De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus

DE CATHOLICIS SEU PATRIARCHIS
CHALDÆORUM ET NESTORIANORUM
COMMENTARIUS
HISTORICO-CHRONOLOGICUS

AUCTORE

JOSEPHO ALOYSIO ASSEMANO

In Romano Sapientiæ Archigymnasio Linguæ Syro-Chaldaicæ, & de Sacris Christianis, nec non in Collegio Urbano de Propaganda Fide Linguarum Orientalium

PROFESSORE.



ROMÆ ANNO JUBILÆI CIↃ. IↃCC. LXXV.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLÆ
IN VIA CURSUS
APUD BENEDICTUM FRANCESIUM
PRÆSIDUM FACULTATE.

139

De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus

SANCTISSIMO PATRI
ET DOMINO NOSTRO DOMINO

PIO SEXTO

PONT. OPT. MAX.

JOSEPHUS ALOYSIUS ASSEMANUS
PERPETUAM FELICITATEM.



RCANO Divinæ Providentiæ consilio, PATER BEATISSIME, contigisse arbitror, ut meus hic qualiscumque Commentarius publicam aspiciat lucem hisce diebus, in quibus Te Ecclesiæ Catho-

licæ Primatem , & Episcopum a Spiritu Sancto positum lætus Orbis Christianus salutat, ac devotus veneratur .

Lugebat equidem Ecclesia Romana suo destituta Pastore ; at luctum omnem in gaudium vertit is , in cujus manu sunt omnium jura regnorum , omnium hominum sortes , ac omnium rationalium corda ; occulta namque suæ virtutis actione adfuit benignissimus Deus , Ecclesiæ suæ consuluit , ac spirituali sua luce S.R.E. Cardinalium mentes illuminavit , atque interno suæ operationis impulsu omnium consilia , & vota ita flexit , ac direxit , ut in Te converterent oculos , ac in Te suffragia conferrent sua , quem Deus ipse jam elegerat , & ad Supremum Pontificatus apicem *præordinaverat* , atque per indicia haudquaquam obscura præsignaverat . Mirabili itaque consensione Te unum Summum Pontificem salutarunt , ac prædicarunt ; quia Te unum noverunt aptiorem , ac digniorem esse , qui difficillimis , ac perturbatissimis hisce Reipublicæ Christianæ temporibus Christi gregem saluberrime pasceres ; Dei Ecclesiam suaviter , ac fortiter regeres ; Fratres infirmos , ac nutantes prudentissime confirmares ; Christianos homines in unitate sanctissime detineres ; Fidem , Religionem , pietatem verbo , opere , & exemplo adsereres , promoveres ,

res, adaugeres; Reipublicæ Ecclesiasticæ felicitatem, & decorem doctrina, ac magnanimitate proveheres; veram, quæ Christi institutionem sapiat, concordiam Sacerdotium inter & Imperium dexterrime, & constantissime stabilires; singulis, quæ sua sunt, juste, ac integre redderes; bonis omnibus animum munificus adjiceres, ad majora, & meliora liberalis excitares; improbos vero potenter in officio contineres.

Certam spem, votum firmum, & exspectationem omnium haud frustrandam faciunt, ac persuadent illa, quæ Tibi ipsi semper constans, per omnem ætatem in variis, ac gravissimis muneribus hactenus dedisti *clarissima specimina* pietatis in Deum, prudentiæ in negociis expediendis, integerrimæ in omnes justitiæ. Sed quoniam primas, maximasque tui Principatus, & Pontificatus curas interturbare haudquaquam licet, hæc pluribus persequi non expedit; Pius tamen patieris, PATER BEATISSIME, quod hujusce Commentarioli occasionem, & scopum paucis tibi aperiam.

Superioribus annis Codicis Liturgici Ecclesiæ Universæ, cujus editionem jam ab anno 1749. Benedicti XIV. prædecessoris tui mandato susceperam, & auspiciis inchoaveram, Tomum XIII. vulgavi, in quo Sacras Ordinationes Chaldæorum,

rum, ac Neſtorianorum ſubjectis adnotationibus illuſtratas Chaldaice, ac Latine exhibui. Cum vero ad majorem Fidei, Diſciplinæ, Politiæ, ac ſtatus Eccleſiæ Aſſyriorum, cujus maxima Pars a ſæculo V. ab Eccleſia Catholica ſeceſſerat, dilucidationem conducere viſum fuit ſupplementi loco Commentarium Hiſtorico-Chronologicum de Catholicis, ſive Patriarchis Chaldæorum, ac Neſtorianorum ſcribere, auctore, ac dirigente Præſule Stephano Borgia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide a Secretis, talem Commentarium adornandum ſuſcepi, quem typis etiam commiſſum perficere, & vulgare nondum licuit, diverſis ſcilicet curis, ſollicitudinibus, ac officiis diſtentus fui; utque domeſticas ſollicitudines, privata ſtudia, & publica officia, ac munia, quæ me quotidie diſtraxerunt, mittam, maxime arduam, ac laborioſam provinciam commemorare liceat, quam Joſeph Maria Caſtelli S.R.E. Cardinalis, & Sac. Congr. de Propaganda Fide vigilantiſſimus Præfectus mihi ſuo, & Congregationis nomine demandavit. Is quippe animo revolvens quantum ad Fidem Catholicam adſerendam, ſancte propagandam, & Religionem Chriſtianam puram, illibatamque ubique terrarum promovendam, errantes homines ad unitatem, in qua ſuam Eccleſiam Chriſtus fundavit, revocandos

confe-

conferat Librorum Ritualium, & Ecclesiasticarum Tabularum recensio, & cognitio; Libros omnes Rituales, antiquos scilicet, & recentes tam Chaldæorum, Malabarum, Nestorianorum, quam Syrorum Orthodoxorum, & Etherodoxorum, quos Jacobitas, sive Monophysitas vocant, colligendos, recensendos, Latine vertendos, ac brevibus notis castigandos a me voluit. Codices ergo Chaldaici, Malabarici, Syriaci, & Arabici, qui ex Oriente, opera præsertim bo. me. Josephi Simonii Archiepiscopi Tyri patrui mei, Romam transvecti summa cura in Bibliothecis Apostolica Vaticana, & Collegii Urbani de Propaganda Fide adservantur, mihi ad id communicati, ac traditi fuere. Laboriosum opus per multa volumina exsequi, ac perficere pro virili studui paucorum annorum spatio, moderante, ac laborem magna ex parte levante Stephano Borgia laudato.

Ubi autem tot curis solutus, ac laboribus functus fui superioribus mensibus Commentarii editionem jamdiu inchoatam, uti dicebam, perficere, perfectamque vulgare decrevi. Illum ergo modo absolutum tibi, PATER BEATISSIME, in perenne, ac publicum meæ lætitiæ, ac in Te observantiæ, devotionisque argumentum, sisto, ac devoveo.

Inte-

Interim tuis, PATER BEATISSIME, pedibus demissime advolutus, etiam, atque etiam rogo, ne hoc, qualecumque est, Opus pro tua humanitate dedigneris oblatum, utque mihi, laboribusque meis Apostolicam tuam Benedictionem impertiri velis, quo Deo juvante, Teque bene favente, quoad vita superstes erit, ampliores pro Ecclesiæ, ac Reipublicæ Litterariæ commodo labores subire queam. Quod autem reliquum est, D. O. M. precari non desinam, ut Te Apostolicæ Sedis dignitati, Reique Christianæ incremento quamdiutissime servet incolumem; ac vitæ florentis tuæ tantum adprecor, quoad omnia, quæ ad Urbis, & Orbis universi felicitatem cupis, & moliris, ac a Te omnes exspectant, perfeceris, Teque Pontificatum feliciter administrante illud Orbi Catholico auspicatissimum contingat, ut, Deo propitio, fiat unum Ovile, & unus Pastor.

APPRO-

De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus

APPROBATIONES.

Facultas Illustrissimi, & Reverendissimi Romanæ Sapientiæ, & Rei Litterariæ universæ Moderatoris.

Poterit imprimi, si iis videbitur, ad quos pertinet.

Paulus Franciscus Antamorus
Rector Deputatus.

IMPRI-

De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. A. Marcucci Episc. Montisalti Vicesg.

JOsephi Aloysii Assemani Viri non tam exoticarum Linguarum, quam Divinarum, Ecclesiasticarumque rerum peritia Clarissimi *Commentarius de Catholicis, seu Patriarchis Chaldæorum, & Nestorianorum*, cum primum in manus meas venit, gavisus sum Scriptorem eximium hanc suis laudibus addidisse, ut Opus ipse perfecerit, quod pauci hactenus cogitare, nemo ausus est adoriri. Mirari deinde subiit erutas e latebris sæculorum, & constitutas judicio æquissimo Chronotaxes, Nomina Antistitum ab Apostolorum ævo ad hæc usque tempora ex Orientalium ipsorum Diptychis, Ritualibus, Menologiis conquisita, & in certam seriem redacta, eorum scripta, ac res gestas in apricum positas, illustratas denique Historias Ecclesiarum, quas a nobis præ toto Orbe divisas longe remotiores effecit jam tot ab hinc retro sæculis calamitosa a Catholica communione defectio. Laudabit laborem, doctrinam, ingenium quisquis Ecclesiasticæ Antiquitatis amator intelliget quantam omnia ista, & quam magnam postulent eruditionis supellectilem: sed multo magis laudabunt quotquot Romanam Ecclesiam, & Petri Cathedram aliarum omnium Magistram colunt, & Principem, juraque illius agnoscunt, ac privilegia, non ambitu Romanorum Pontificum usurpata, ut impudenter quidam comminiscuntur, sed a Deo ipso profecta. Suppetit namque disertissimus Commentarius argumenta invictissima ad probandam antiquam Ecclesiastici regiminis formam, & ad doctrinam adstruendam, confirmandamque de Primatu Romani Pontificis, quem Syrorum, & Assyriorum Primates ipsi, etiam post Nestorium, & Eutychem, tamquam visibile Caput, atque Supremum Hierarcham toti Christianæ Reipublicæ divino jure præfectum & appellare, & agnoscere sæpissime visi sunt. Opus cedro dignum, & quo uno Clarissimus Auctor Patrui sui Josephi Simonii Assemani æquare gloriam videtur nullo umquam tempore interituram, quodque, non modo

modo nihil adversum Fidei, ac publicæ utilitati præseferat, sed omnia consona sanctissimis Legibus, ac Religioni Orthodoxæ.

Quæ ut obsequerer mandatis Reverendissimi Patris Magistri Sacri Palatii Apostolici.

F. Laurentius Fusconi Ravennas ex Ord. Minorum Conventualium, & in Romano Archigymnasio Sacræ Theologiæ Professor.

EX auctoritate Rmi Patris Thomæ Augustini Ricchinii Sacri Palatii Apostolici Magistri legi Catalogum Patriarcharum Chaldæorum a Cl. Viro Josepho Aloysio Assemanio concinnatum, in quo nihil offendi, quod vel Catholicæ Fidei dogmatibus, vel Christianæ Ethices placitis, vel etiam Apostolicæ Sedis Juribus adversetur; omnia quinimmo solide, & erudite expenduntur, ut publica luce dignissima censeam.

Datis ex Ædibus nostris Nonis Jan. anni intercalaris CIↃIↃCCLXXII.

Johannes Christophorus Amadutius Professor Linguæ Græcæ in Archigymnasio Romanæ Sapientiæ, & Præses Typographiæ Sacræ Congreg. de Propaganda Fide.

JUssu Rmi Patris Thomæ Augustini Ricchinii Sac. Pal. Apost. Magistri legi *de Catholicis, seu Patriarchis Chaldæorum Commentarium*, quem in temporum ordinem distribuit, passimque adspersis notationibus ornavit Josephus Aloysius Assemanus Vir peritia exterarum Linguarum, Ecclesiasticæ eruditionis copia, editisque Libris longe clarissimus. Nihil sane in hoc Opere offendi, quod a sanctæ Religionis nostræ doctrina, probaque morum institutione descisceret. Multa vero animadverti, quæ tum ad Chaldææ gentis illustrandos ritus, consuetudines, disciplinamque conducunt, tum Hierarchiæ constitutionem, ac formam ob oculos ponunt, quam in Ecclesiæ suæ administratione imitati sunt Nestoriani. Quamobrem nil esse censeo, quod Librum hunc jamdiu in publicam lucem prodire gestientem remoretur.

Ex Collegio Urbano de Propag. Fide Prid. Kal. Mart. MDCCLXXV.

Petrus Paulus Canonicus Lazzarini Rector Collegii ejusdem.

Mandan-

Mandante Rmo P. Thoma Augustino Ricchinio Apostolici Palatii Magistro attente, diligenterque perlustravi *Catalogum Patriarcharum Chaldæorum* ab eruditissimo Viro Josepho Aloysio Assemanio elucubratum, nec quidquam in eo inveni, quod Catholicæ Fidei, bonis moribus, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ juribus quoquo modo obsistat. Illum proinde typis excudi posse censeo; præsertim cum in hoc Catalogo multa sint, quæ ad illustrandam Ecclesiarum Orientalium historiam, ritus, & disciplinam quam max,me conducunt.

Dat. pridie Kal. Februarii MDCCLXXII.

Ludovicus Ferri Sacræ Theol. Doctor, & Academiæ Theolog. ad Archigymnasium Romanæ Sapientiæ Censor.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ord. Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

PRÆFA-

De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus



PRÆFATIO LEGENDA
L. B.



UONIAM Primatum, ſeu Catholicorum, ſeu Patriarcharum Orientis Chaldæorum, ac Neſtorianorum Catalogum contexere ſtatui, quædam, B. L., tibi ſignificanda, & declaranda neceſſarium eſſe duxi. Et primo quidem mutilam eſſe, multiſque vitiis, ac defectibus laborare Seriem Chronologicam, quam exhibemus: haud enim licuit alia habere monumenta, ex quibus integra, perfecta, & adcurata Series Chronologica omnium Primatum, ſeu Patriarcharum Chaldæorum tam Orthodoxorum, quam Eterodoxorum a primo Christi ſæculo ad præſens deſcriberetur, ac recenſeretur; id notaverat etiam cl. Le-Quien in Oriente ſuo Chriſtiano, & ante ipſum cl. patruus Joſeph Simonius in ſua Bibliotheca Orientali. Ne ergo ſuccenſeas nobis; noſtris conatibus favebis, ſi certiora, & meliora dederis, aliàs noſtra qualicumque cœnula contentus eſto.

Alterum, quod declaramus, proteſtamur, ac monemus, eſt, nos ſcilicet in hoc Catalogo, ſive Commentario ſcribendo Primates Orientis Neſtoriana labe a ſæculo v. fere ad hodiernum diem infectos, & ab Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ Orthodoxæ Communione ſejunctos, recenſere, illorumque geſta, acta, & ſcripta deſcribere, & quidem fere ſemper ex lutulentis fontibus, & monumentis hauſta; ſcilicet ex Neſtorianorum, aliorumque ſectariorum (quorum aliquando ſententias, & verba uſurpavimus) ſcriptis, & Codicibus coacti ſumus Commentarium noſtrum conficere, quod alia nobis non ſuppeterent monumenta. Quamobrem nemo, reor, adeo rigidus, adeo moroſus cenſor fuerit, qui illud vitio nobis ſit daturus, ſi quando ad faciendam dictis fidem ſectariorum, hæreticorumque hominum teſtimonia producimus, qui de ſuis Prælatis, & Symmiſtis verba facientes, vel eos *immeritis* laudibus cumulant, vel eos ſanctos, ac martyres, zeloque eximio flagrantes deprædicant, vel etiam quædam ab iis patrata miracula, ac prodigia referunt, & confingunt: puta (ut ceteris miſſis, quædam exempli gratia hic perſtringam) cum pag. 25. Maraba Neſtorianus *magnus*, ac *martyr* dicitur, cum pag. 43. zelus Jeſujabi Neſtoriani extollitur, cum pag. 141. quodam ficto prodigio S. Sergii incitati 200. mille Turcae ad fidem Neſtorianam converſi dicuntur, &c. Hæc certe, & ſimilia omnino improbamus, deteſtamur, & falſa eſſe, atque ab hæreticis proprio ingenio conficta, certo novimus; non licuit autem ſingula ſuis locis longa confutatione diſcutere, neque id ad propoſitum nobis ſcopum faciebat. Quin & raro id fecimus, nec unquam ſine cauſa;

ſa ; nam vel ad penitiorem perſonarum cognitionem ea conducere viſa ſunt (intereſt quippe ſcire quam famam , quem honoris locum quiſque Præſul , vel ſcriptor apud ſuos Gregales obtineat, & quæ ſectariorum ſit fides, religio, ac diſciplina) vel quia ad inveniendam , confirmandamque Catholicae traditionis veritatem latentem inter ejuſmodi ſenticeta facem nobis præferebant. Nihilominus , ut etiam puſillis conſulamus, ſapientibus quippe, & inſipientibus debitores ſumus, monente Apoſtolo, illud Lectori Benevolo inculcamus ejuſdem Apoſtoli monitum : omnia probate , & quod bonum eſt , tenete. Monitum quoque Theodoreti Dial. 3. Polymorphi ſuggerimus : *Imitare apes, o vir bone, & Sacræ Scripturæ prata, & Sanctorum Patrum pulchros flores mente circumvolans, fidei favos in te contexe. Quod ſi alicubi* (id certe paſſim occurrit in Eterodoxorum, maxime Neſtorianorum, quorum ſcripta, acta, & Canones exhibemus, pratis) *herbam inveneris, nec dulcem, nec eſculentam, cujuſmodi eſt hic Apollinaris, & Euſebii* (addam ego Monophyſitarum, & Neſtorianorum) *liber , habet tamen aliquid utile ad mel conficiendum : non eſt alienum, quod bonum quidem eſt ſumere, quod vero noxium relinquere. Etenim apes ſæpe in venenoſis fructibus inſidentes, quod eſt quidem pernicioſum relinquunt, quod eſt vero ſibi accomodatum accipiunt.* Frequenter equidem Auctorum , qui omni procul dubio extra Eccleſiæ Catholicæ communionem vixerunt, laudamus ingenium, eruditionem, elucubrationum numerum, utilitatem, Synodorum decreta, & ſanctiones; uti etiam laudavit Juliani ingenium S. Auguſtinus, ac Fauſti eloquentiam. Bardeſanis, Tatiani, & Origenis ſcripta

 prædi-

prædicavit Hieronymus. Nulli tamen Eterodoxo ſanctimoniæ prærogativam, laudemve nos aſſerimus ex propria ſententia, certiſſimum quippe nobis eſt, quod ſine fide impoſſibile ſit placere Deo, & extra Arcam, Eccleſiæ Sanctæ Romanæ communionem, nemini ſalus eſt; nec gratus Deo cultus exhiberi poteſt extra templum hoc a Chriſto Deo exſtructum. Occurrit, fateor, in decurſu operis illa inanium titulorum farrago, *Religioſiſſimi*, *Mar*, *Raban*, *Sancti*, *Pii*, *Præſtantiſſimi &c.*, quos, ut Judæi, ita Monophyſitæ, & Neſtoriani ſuis doctoribus ſubſcribere ſolent, ſophiſta nempe ſophiſtæ placet, miles militi, potator potatori; cani pulcherrimus canis videtur, bos bovi, aſinis aſello pulcher eſt, & ſus ſui. Sed ut nullo negotio hæreticos ſecernas a Catholicis, ſeu Orthodoxis, tam Primates, quam Scriptores, & Synodos, Indices chronologicos, Præfationi ſubjiciemus, in quibus adnotabimus Neſtorianos Prælatos, & illorum Synodos, ac Decretales; uti & Scriptores ſectarios, ac hæreticos.

At quænam, inquies, utilitas, qui fructus ex hoc Commentario, in quo tam exacte adnotantur ſcripta, geſta, acta, Canones, & jura, ſive potius uſurpationes jurium, hominum, & ſocietatis, quæ a XII. ſæculis ab Eccleſiæ Catholicæ centro avulſa eſt? Multiplex ſane fructus religioſis lectoribus obvenit, atque illa in primis heic commemoranda eſt utilitas, quod Neſtoriani, vel nolentes famulentur Eccleſiæ Romanæ, ejuſque auctoritatem, quam cæci negant, ſanctiſſimam agnoſcere ſe fateantur, & ab aliis agnoſcendam eſſe perſuadeant. Generales namque regulæ, ac viæ, quas Eccleſia Romana credidit, utiles, ac neceſſariæ ad conſervandam pacem, & uni-

& unitatem Corporis Christi mystici hæ præcipue recensentur, uti notum est: 1. liber, & legitimus Synodorum Ecclesiasticarum usus. 2. Obligatio ex Canonibus, vel actibus uniformitatis oriunda. 3. Quædam subscriptionis, jurisjurandi in certis casibus requisitio. 4. Irrogatio Censurarum, & silentii impositio dissidentibus facienda, necnon separatorum conventuum interdictio. 5. Separatistarum, sive dissidentium exclusio a privilegiis communionis Ecclesiasticæ, eorumdemque coercitio, & justa animadversio. 6. Episcoporum, & Metropolitanorum auctoritas. 7. Demum, ut ceteras mittam, Patriarchæ, sive Catholici, ac Primatis alicujus certi, & conspicui Capitis necessitas, institutio, ac jurisdictio, cui Capiti, & Judici Oecumenico causæ majores totius Ecclesiæ reservatæ sint, quique plenariam potestatem in totam Ecclesiam, quæ in unitate consistit, exerceat, & quasi monarchico jure Christi vice Ecclesiam universam tamquam caput regat. Qui Primus, quod Caput Petri successor Romanus Pontifex agnosci omnino debeat.

Irreligiosi, ac Novatores, uti notum est, has vias, has regulas tamquam novitias, per suppositas, adulterataſque, nescio quas, decretales inductas contra primitivas Ecclesiæ regulas, ac vias rudi populo persuadere conantur; illæque tamquam arbitrariæ, & tyrannicæ agendi rationes ab iis infamantur, qui diversas a Romana Ecclesia fovent opiniones, & societates omnino separatas, ac indipendentes componunt, vel diversis serviunt commodis, perinde ac si methodi istæ nihil sint, nisi mera jurium, & privilegiorum Christianorum violatio, & singularis Romanæ Ecclesiæ ludificatio, cui similis sub sole non existat. Enimve-

Enimvero si certo, & manifeste ostendere possumus hasce methodos non esse adeo peculiares, ac proprias Romanæ Ecclesiæ, quin eædem in Ecclesiis quibuscumque Christianis, quæ tamen aliquam Ecclesiæ speciem præferant, nullo non tempore accuratissime observatæ sint, adhibitæ, & sancitæ, tum saltem culpa singularis, & a communi usu alienæ rationis agendi evanescet; & vel sola Ecclesia Romana approbabitur, vel aliæ quævis Ecclesiæ ejusdem rei culpam sustinebunt. Praxim itaque Ecclesiæ Romanæ cum praxi aliarum Ecclesiarum comparare studui in peculiari quadam Ms. Dissertatione, quam inscripsi: *Ecclesiarum Protestantium, & Dissidentium pro Ecclesia Romana Apologia*. Quoniam tamen nondum licuit eam expolire, & publici juris facere, ex præsentis Commentarii lectione Lector Benevolus nullo negotio animadvertere poterit, quod Ecclesia Chaldæorum, quæ ab initio extitit, & Nestorianorum, quæ a sæculo v. ad nostra usque tempora divisa a Romana Ecclesia permanet, his viis, ac regulis semper institerit, easque Apostolicæ, & antiquæ Ecclesiæ regulas fuisse agnoverit.

Ipsa certe Ecclesiæ Chaldæorum, ac Nestorianorum fere perpetua praxis in hoc Commentario identidem repræsentata demonstrat, quid de utilitate, necessitate Synodorum, quid de illarum cogendarum authoritate, & ratione, atque Canonum obligatione senserint. Quantum adlaboraverint Chaldæi, ac Nestoriani, ut uniformitatem in divino cultu exigerent ab omnibus, qui membra Ecclesiæ suæ se esse profiterentur, perspicuum fit; eum enim in diversas sectas Ecclesiam distracturum, & pacem, ac uniformitatem in Religione,

ne, & disciplina destructurum noverant, quam in unaquaque Ecclesia, etiam Nationali, servandam esse docebant ab antiquis edocti.

Cumque subscriptionem, & jusjurandum vincula haberent homines, quibus continerentur, & colligarentur ad invicem, videre licet apud Chaldæos, ac Nestorianos usum subscriptionum, & juramentorum, non solum formulis Fidei, & disciplinæ, sed & Canonibus Synodorum, & Decisionibus Patriarcharum, quibus sese submissuros, ac submittere declarabant.

Quod si quæramus, quam rationem Ecclesia Chaldæa, ac Nestoriana de ejusmodi Ministris inierit, qui jurare, aut subscribere dubitarent, quique ad introductos ritus, & statam disciplinam sese conformare nollent: Licet hæc hujus Ecclesiæ felicitas censeretur, quod multos haberet Ministros, quam fere ulla Orientalis Ecclesia nationalis (erat quippe per totum fere Orientem, Indias, ac Sinas quoque diffusa secta Nestoriana, uti late demonstrat Assemanus patruus in Biblioth.Orient tom.3. par.2.) habuit: tamen si qui, vel in remotissimis a sede principali partibus degerent, & tales essent, vel ab aditu ad ministerium initio statim prohibebantur, vel ad silentium redigebantur, & abdicabantur in munere publico jam constituti. Nam Synodi eorum nationales, & Primates auctoritatem suam numquam patiebantur contemni.

Demum, quæ Episcoporum, Metropolitarum, & Primatis, seu Patriarchæ, seu Catholici, fuerit auctoritas, quæ jura, quæ privilegia, & quibus innixa fundamentis patet, multoque magis patebit, si Lector adnotationes subjectas tum nostro huic Commentario, cum tom.13. Cod. Liturgici Ecclesiæ universæ consuluerit.

Ne-

Neque eſt, quod quiſpiam ignorantiæ, ſuperſtitioni, & ambitioni Neſtorianorum Chaldæorum attribuat ea, quibus illi Eccleſiæ ſuæ jura, prærogativas, leges, ac privilegia confirmant. Secernenda quippe ſunt hæc duo: primum, quod Eccleſiæ veræ Chriſti talia jura, privilegia, dotes, prærogativæ competant, ac principia, & media debeantur, & ei a Chriſto fundatore, & capite (cui data fuit omnis poteſtas in cælo, & in terra) conceſſa ſint tamquam utilia, & neceſſaria ad illam ſervandam unitatem, & communionem, in qua eam fundavit. Alterum, quod vera Chriſti Eccleſia penes Neſtorianos ſit, vel umquam fuerit. In hoc profecto graviſſime errabant, quod ſuperbia inflati, ac diſtenti Neſtoriani ea ſibi attribuerint, quæ indebite, ac illegitime ſibi vindicarunt ſecedentes a legitimis Paſtoribus Antiocheno, ac Romano Pontifice, & contra legitimum altare profanum aliud erigentes, ac Hierarchiæ veræ Chriſti jura perverſo, & iniquo agendi modo illi adſcripſerint Hierarchiæ, quæ a Chriſto ſponſo adultera per errores, & ſchiſmata evaſerat, & membrum putridum diſſectum e corpore, ac palmes areſcens excisus e vite effecta erat.

§. I.

De prærogativis Neſtorianorum.

UT magis inclareſcant quæ dixi, juvat ex Commentario, Codice Liturgico, & Patrui Bibliotheca (tom. 3. part. 2.) quædam de prærogativis, quas Neſtoriani ſibi vindicant, exſcribere.

Se-

Sedem itaque Seleuciæ, & Ctesiphontis Quintam inter Patriarchales faciunt, Babylonicam appellant, ex Romani Pontificis auctoritate privilegiis Patriarcharum ornatam comminiscuntur. Ebedjesus Sobensis Metropolita celeberrimus apud Nestorianos (de cujus ætate, & scriptis plura in hoc Commentario) in Epitome Canonum part.9. cap.1. de Patriarcharum numero disserens scribit: *Quoniam prædictis Civitatibus* (hoc est, Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, Byzantio, & Babyloni, seu Seleuciæ, & Ctesiphonti) *non ex principatu, & antiquitate solummodo Patriarchalis dignitas, & prærogativa accessit, sed etiam propter Apostolum, qui in ea docuit, & Regem, qui in ea regnavit*; Magnæ Romæ *data fuit propter geminas columnas in ea positas*, Petrum *inquam* Principem Apostolorum, & Paulum Doctorem gentium: ipsaque est Sedes prima, & Caput Patriarcharum. *Secunda autem Sedes est Alexandrina. Tertia Ephesina. Quarta Antiochena. Et vero causa propria hujus rei est excellentia Apostolorum, qui istas Sedes condidere, atque erexere; Simonis inquam Petri, Marci Evangelistæ, Lucæ, & Joannis Evangelistarum. Quinta autem Sedes est Babylon ob reverentiam trium Apostolorum, qui terras illius ditioni subjectas ad Christianam fidem traduxere: fuerunt autem Thomas Indorum, & Sinensium Apostolus, & Bartholomæus, qui & Nathanael, Aramæorum, & Adæus unus ex LXX., qui fuit magister Aghæi, & Maris, idemque Apostolus Mesopotamiæ, & universæ Persidis*. Plena *autem* Patriarchicæ dignitatis prærogativa, *qua nominetenus Apostolicus Seleuciæ, & Ctesiphontis thronus, ut diximus, fruebatur, ex hac causa postmodum concessa est, nimirum ex occasione turbarum,*

 quæ

quæ Ecclesiæ acciderunt ex calumnia servorum Diaboli, Crucifixorum, atque Manichæorum. Duo quippe Patriarchæ cruci affixi fuere ante fores Ecclesiæ Antiochiæ, alter Aramæorum, Antiochenus alter, & factus est luctus totius Orientis, & Occidentis communis; atque horum Patrum sanguine duplicata illi potestas est instar Patriarcharum.

Joseph Indus (Navigat. novi Orbis c.339.) interrogatus ab Alexandro VI. Summo Pontifice, qua auctoritate Babylonis Patriarcha Orientalibus regionibus præesset, respondit: *Olim Divus Petrus Apostolus Antiochiæ præfectus fuit: & cum Sancta Romana Ecclesia schismate laboraret atroci duce Simone Mago, qui sui nominis monumenta reliquit, S. Petrus accersitus est Romam, ut Simonem confunderet, & laborantibus Christianis non deesset. Hic itaque Petrus non prius solvit Antiochia concessurus Romam, quam Vicarium Antiochiæ præfecisset; & is est, qui Orientalem plagam moderatur, & dicitur* Catholicus, *geritque Petri vices: hunc vero* Catholicum *præficiunt Cardinales XII. in Armenia, & id jactant auctoritate Romani Pontificis facere.*

Elias Patriarcha in Epistola (apud Strozza de Dogmat. Chaldæorum in Prolegomen. pag.6.) ad Paulum V. scribit: *Sedes nostra Babylonica non* ex se *electa est, sicut aliorum hæreticorum, qui* sine lege *multiplicarunt Patriarchas in mundo* sine Sede Ecclesiæ magnæ Romæ: *sed* ex præcepto Papæ, & consilio Ecclesiæ Romanæ *electa est Sedes Babylonis, & ita scriptum invenitur apud nos in Annalibus, quod videlicet Patres Orientales* Romæ *ordinabantur. Sed factum est postea, ut cum mitterent homines propter* confirmationem, *in itinere*

nere interficerentur; & cum diu hoc fecissent omnes peribant. Hoc autem Ecclesiæ, & Pontifici narrato, Pontifex consilio inito decrevit, & dixit: Ordinemus eis Patriarcham, & permittamus, ut Patriarchas sibi eligant, ne in via intereant propter confirmationem, *neque eis mala accidant, & nos peccemus, aut ipsi sint extra* Ovile Romæ. *Sic itaque accepimus potestatem usque adhuc, & non a* nobis ipsis *aliquid fecimus, ut reliqui, qui Apostolorum Canones conculcaverunt, & leges Patrum, & impleverunt terram Patriarchis sine necessitate. Propter hoc vocata est Sedes Babylonis Quinta propter quatuor Sedes quatuor Evangelistarum: & ex eo, quod electus est Patriarcha cum* confirmatione Romana, *& dedit nobis facultatem, ut constituamus Pastores, tunc vocata est Sedes Babylonis, quæ quatuor comitatur Sedes, & Quinta numerata est, sicut una ex his.*

Eamdem fere causam, cur Seleuciensis thronus in Patriarchalem excreverit, referunt Syri Nestoriani, & Jacobitæ, Mares scilicet, Amrus, Elias Nisibenus, Gregorius Barhebreus, aliique; Synodicamque quandam Epistolam citant, quam dicunt ab Occidentalibus Patribus ad Orientales conscriptam fuisse, in eaque Patriarchalem dignitatem Seleuciensi Episcopo concessam. Exemplar Epistolæ Synodicæ prædictæ exscribit Ebedjesu Sobensis tract.9. cap.5. Collectionis Canonum Synodalium, exstat in Biblioth. Vaticana in Cod. Syr. XIV. exarato an. Chr. 1332. hoc est 14. ab obitu Sobensis, ad calcem tom.2. Biblioth. Oriental. Patrui pag.497. Latine versam accipe Epistolam:

Fratribus, & membris nostris Christianis, qui in Oriente sunt, fratres vestri, cœtus Pastorum, qui perse-

cutionem patiuntur in Jesu Christo Salvatore nostro, pax iis multiplicetur. Nos etsi indigni, sumus tamen Patres vestri, qui nostri filii estis, & Patrum fratres, qui vobis præsunt. Volumus ergo solvere debitum, quod tamquam Patres vobis debemus: bonas scilicet Constitutiones vobis fratribus, filiisque nostris in Christo sancire: hoc præsertim tempore, quo propter utriusque Imperii discordiam, persecutio in nos commota est. Nos itaque Pastores persecutione, quam patimur, admoniti, verbum Scripturæ recolimus dicentis: Tribulationi nullum fore modum, præsertim nostræ, qui Christiani sumus; adeout uno tempore duorum Patrum sanguis innocenter effusus fuerit: quæ res universam terram commovit, & communi, eoque amaro luctu Ecclesiam Dei in Occidente, atque Oriente implevit. Postquam vero illi duo Patres, alter ex Occidente, & ex Oriente alter perierunt (ambo enim ad fores Ecclesiæ Apostolorum Antiochiæ suspensi fuere) placuit fratribus nostris, atque nobis, ne videlicet fratres nostri Christiani, qui Orientem incolunt, orphani remaneant; ut quandocumque magnus Metropolita, qui Seleuciæ in urbe Arsacidarum, in magna Ecclesia Cochensi totius Orientis principatum *tenet, decesserit, nullus Metropolita Antiochiam ascendat ad* suscipiendam juxta priscum morem ordinationem, *ne, ob Regum inter se discordias, & odia, innocens Pontificum sanguis in posterum effundatur, quemadmodum hac nostra ætate contigit: vidimus enim spectaculum luctuosum, atque terribile: duos nempe Patres e totidem crucibus nudos pendere, propterea que persecutionis tempestatem in Oriente juxta ac in Occidente fuisse excitatam. Idcirco decrevimus facultatem concedere, per quam ab effusione humani sanguinis deinceps immunes serventur.*

Quemad-

Quemadmodum vero olim ſpiritus ſuffragio, & Apoſtolorum ſorte illi conceſſum eſt, ut univerſæ Eccleſiæ Dei, quæ illic eſt, Metropolita foret, ſimiliter illi tradita eſt poteſtas, & auctoritas ſuper omnes mundi Metropolitas. Quamobrem ejus thronus quatuor Orbis Patriarchas ſubſequitur, tenentes quatuor thronos juxta Evangeliſtarum numerum, Matthæi videlicet, Marci, Lucæ, & Joannis. Dataque *itidem illi eſt facultas, ut Epiſcopos ipſe inſtituat totius Orientis, & ultra, Aſſyriæ nimirum, Mediæ, atque Perſidis, & gubernationem Chriſtianorum obtineat: univerſus inſuper Sacerdotum ordo ab impoſitione manus illius procedat. Decedente autem hoc magno Metropolita, ejus ſucceſſor ab Antiocheno Patriarcha conſtituatur; quia ſpiritus non permittit, ut* filii Patrem ſibi per impoſitionem manuum generent: *ſed neque in ſæcularibus poteſtatibus majores a minoribus creantur. Idque ab antiquis Patribus noſtris definitum fuit juxta illud: minorem a majori benedici oportere, ſicut Abraham gentium pater benedictionem accepit a Rege Salem Melchiſedech Sacerdote veritatis, & Rege juſtitiæ, cui Chriſtus ſecundum humanitatem aſſimilatus, & comparatus fuit. Eadem de cauſa nos quoque, quibus credita eſt magna Dei domus, quæ eſt Sancta Eccleſia, per juſſionem Dei Patris, & per gratiam Filii ejus Jeſu Chriſti, & per conceſſionem Spiritus Paracliti orando petimus, & per virtutem SS. Trinitatis, & per immortale verbum concedimus* Patriarchalis *dignitatis Chariſma Sanctæ Sedi magni Metropolitæ, quæ eſt in magna Eccleſia Cochenſi Seleuciæ regiæ Arſacidarum Civitatis in Oriente. Hic porro conſenſus, & hoc ſpirituale donum, nempe* Patriarchica *dignitas cuſtodiatur apud Rectores, qui deinceps in illa Sede collocabuntur uſque*

ad

ad diem Revelationis Christi : nosque perpetua consensione assentimur eisdem omnibus, quæ ab ipsis in Patriarchica *gubernatione fient. Interim oramus, ut throni illius Rectores, quorum sanguis vivifici, & vivi sanguinis Christi Domini particeps factus est, quique consortes fieri passionis, & resurrectionis ejusdem desideraverunt, ab eodem Christo custodiantur, & liberentur ab omnibus, qui tribulant eos, eorumque judicium ad victoriam perducatur, & forti brachio sustententur, Sanctique Spiritus virtute muniantur, ne coram hostibus suis cadant. Ita quæsumus, Domine, custodi famulis tuis Patriarchis gratiam istam Patriarchatus, eosque in ea tuere, nostramque cum illis in hoc negotio consensionem conserva, sicut fœdus fidele, quod cum Abraham, Isaac, & Jacob, & cum universa Sancta Ecclesia tua pepegisti. Etiam, amen. A te, Domine, perfectio, & complementum sit in sæcula.*

Hic quoque Metropolita magnus, qui Patriarchicam dignitatem super universum Orientem accepit, potestatem simul habeat creandi Metropolitas, ubicumque ipsi libuerit, quotque noverit esse necessarios. Eos vero ab illo institui oportebit secundum Ecclesiasticum morem per suffragium, consensumque duorum Episcoporum cum ipso præsentium, ut numerus ternarius non minuatur; ponaturque Evangeliorum Codex super caput ejus, & lectio Petri recitetur, quando cæli, terræque potestatem accepit. Cumque ordinatus fuerit, manum suam Patriarcha super caput ejus imponat, & orationem recitet. Per hunc modum ab ipso ordinentur, & per manus ejus impositionem perficiantur *omnes, qui Metropolitanæ dignitatis gratiam suscepturi sunt.*

Patriarcha autem defuncto, congregentur Episcopi, & Me-

& Metropolitæ, ut per tempus licuerit: & Patriarcha a nobis per manus *ipsorum constituatur per virtutem Spiritus Paracliti, & per suffragium nostrum perficiatur ipse Patriarcha gratia & dono Spiritus Sancti: sciantque ipsum exinde fore spiritualem Patrem datum in Ecclesia per Spiritum Paraclitum. Hæc porro nostris litteris significavimus, ut hoc modo id negotium peragatur. Omnes vero Ecclesiasticæ dignitates infra ipsum sunt, quoniam ipse est omnium Pater, & ab eo generantur. Episcopi autem, qui a Metropolitanis suarum Provinciarum instituuntur, locum tantummodo Episcoporum teneant, & orationem faciant in medio fratrum suorum; non tamen illis liceat accedere ad* Sacerdotum ordinationem, & ad Episcopale opus, donec ad Patrem potestatum, qui est Patriarcha, accedant, & ab eo perficiantur per concessionem, & Epistolam ab eo acceptam. *Quemadmodum vero ipse Patriarcha jus habet ad ordinationem Metropolitarum, & Episcoporum, & ad* perfectionem *Episcoporum: similiter* jus habet ad sententias judiciales, & absolutiones, atque abrogationes, & reservationes; *quandoquidem illi hæc credita sunt, & circa ea potestatem habet, & auctoritatem.*

Quicumque autem illo inferiores sunt, nullam in eum potestatem habeant secundum divinum mandatum. *Quod si aliquam adversus eum causam quispiam habeat, aut quidquam ab illo repetere oporteat, Patriarchæ* judicium Patriarchis *reservetur, & ab istis ejus causa, non ab ejus discipulis, cognoscatur, quia neque Ecclesiasticæ leges id permittunt, neque leges naturæ. Quod si contigerit aliquando Imperium* (Persarum) *nobiscum habere pacem, ipsum Imperium* (hoc est Rex Persarum) *judicium indicat,*

cat, & de Regis mandato Patriarchæ causæ decidatur, discipuli autem ejus nullam in eum potestatem in verbo Dei habeant; ne qui membra, & partes sunt, magistris coæquentur, neve dicere audeant, se judices illius esse.

Hæc a nobis, & per manus nostras vobis, fratres, decreta sunt statuta. Describite illa vobis in tabulis cordis vestri. Eorum memoria sine oblivione apud vos servetur. Universa, quæ apud nos est, Ecclesia vos in Domino salutat.

Hæc autem Epistola a Patriarcha Occidentis missa fuit per Agapitum Episcopum Beth Lapethæ, quæ est Sedes Elam; *quamobrem ipse primus ordinatus, & electus fuit Metropolita in terra, & in Ecclesia Orientis, honoremque consecutus est, ut primus in electione Patriarchæ suffragium ferat.* Hactenus ex Sobensi.

Hujus Epistolæ multo ante Sobensem meminit Timotheus Patriarcha, qui circa an. Chr. 780. claruit apud Nestorianos, etsi in consignanda ejusdem Epistolæ epocha valde hallucinetur, cum apud eundem Sobensem loc. cit. scribat Timotheus. *Hæc igitur Epistola a Patribus nostris Occidentalibus Apostolorum successoribus scripta fuit an.* 40. *post martyrium Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli: ante Oecumenicam vero Synodum Patrum* 318. *an. circiter* 280. Annus 40. post martyrium Apostolorum incidit in an. Christi circiter 108. Cum Apostoli passi dicantur an. Chr. 68. Atqui Jabachues sub quo id factum a Chaldæis narratur, postquam an. 15. sedit, obiit an. Chr. 140., vel 220. Deinde Synodus Nicæna ex Syrorum sententia celebrata fuit an. Græc. 636. Chr. 325. Falsum est igitur, quod Timotheus scribit Epistolam illam, quæ an. Chr. circiter

ter 108. exarata est, Synodo Nicæna priorem fuisse an. circiter 280. Sic enim ea Synodus habita fuisset non an. 325., sed an. 388.

Sobensis ad conciliandam Epistolæ fidem fragmentum alterius subjungit, quam occasione dissidii sub *Papa* Seleuciensi Primate in Ecclesia Chaldæorum orti de privilegiis ejusdem Sedis Seleuciensis a Patribus Occidentalibus scriptam affirmat, ubi prioris illius Epistolæ diserta fit mentio:

Potestatem (scribit Sobensis loc. cit.) *honorem, & majestatem Patriarchæ ostendit alia Epistola a Patribus nostris Occidentalibus scripta ad consolationem* Papæ *Patriarchæ, quæ sic habet. Occidentales. Quod autem a Patribus nostris spiritualibus dictum est, judicium videlicet Patriarchæ Orientis nostris Patriarchis esse reservatum: quia habita exacta inquisitione compertum fuit, Patriarchæ accusatores in suis delationibus falsitatis convictos; & Patriarchas illatorum criminum omnino immunes: nunc definimus in potestate, & verbo vivo Dei, nullum deinceps habere jus Metropolitas, & Episcopos, sed nec Christianos Orientis ad accusationes, criminationesve instruendas adversus proprium Patriarcham, easque ad Patres nostros Occidentales verbo, aut scripto deferendas. Quod si rursus aliud quidpiam objiciant, sicut hactenus fecerunt, ipsis respondemus:* Patriarcham omnium Christianorum Orientis esse judicem: ipsius autem Patriarchæ judicem esse Christum .... *Existimavimus Ecclesiæ Dei nostræ, vestræque regionis illud utile esse, quod veteres Patres nostri æquum, & justum censuerunt, quando vestræ Sedi, quæ est in magna Ecclesia Cochensi, concesserunt, ut ipse Metropolitas institueret, sicut idem utile esse judicasset, ut*

nimirum ipse super eos potestatem haberet, eosque pro merito constitueret, vel propter illorum delictum deponeret: *similiter, & super omnes Episcopos Orientis: & ipse Patriarcha* judex, & vindex *fieret in universa Ecclesia Orientis, idemque regeret, & gubernaret. Id igitur nos quoque suscipimus, & sequimur.*

Sobensis subjungit Timothei Patriarchæ auctoritatem de hac 2. Epistola scribentis: *Hæc igitur, quæ in ista Epistola continentur, non vulgares homines, sed Patriarchæ Occidentis, cæterique Episcopi conscripsere. Cajus inquam Romæ* (hic Pontificatum gessit exeunte an. Ch. 283., & tenuit 12. annis): *Petrus Patriarcha Alexandriæ* (hic sedit ab an. 300. ad 312.) *Paulus Patriarcha Antiochiæ* (Samosatenus Sedem Antiochenam occupavit ab an. 260. ad an. 272. quo depositus fuit). *Et Flavianus Patriarcha Ephesi* (hic ignotus in historia Ecclesiastica): *nondum enim Patriarchalis dignitas Ecclesiæ magnæ Constantinopolitanæ concessa fuerat: sed & una cum præfatis Patriarchis Alexander Episcopus Hierusalem* (tenuit Sedem Hierosolimitanam ab an. 199. ad an. 253.) *Et Gregorius* (obiit circa an. 265.) *Thaumaturgus.*

Hæc Timotheus apud Sobensem, qui Epistolam circa an. Chr. 300. scriptam dicens fallitur; nam primo locus designari non potest, in quo Præsules laudati convenerint. Secundo, diversis claruerunt temporibus, ut in textu intra parenthesim notavimus, quos Timotheus æquales facit. Tertio, cum Ecclesiæ Orientalis regimen ad Patriarcham Antiochenum spectet, nulla erat causa, cur Archiepiscopo Seleuciensi id privilegium ab omnibus simul Patriarchis concederetur; neque Seleuciensis Præsul apud idoneum ullum Scriptorem legitur suppli-

ſupplicationem ſuam in aliqua Synodo exhibuiſſe, in quo dumtaxat caſu cæteri Epiſcopi, ſeu Patriarchæ de privilegiis Epiſcopalium Sedium ſibi minime ſubjectarum iudicantes, ea ampliare ſoliti erant, vel coarctare, uti ex Actis Synodorum Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, & Chalcedonenſis liquet. Denique, ut omittam voces illas *Metropolitæ*, *Patriarchæ*, ante Concilium Nicænum communiter uſurpari minime conſueviſſe, ex Canonibus Arabicis, Nicænis (quos Chaldæi, Syrique tam Orthodoxi, quam Etherodoxi recipiunt) id privilegium Archiepiſcopi Seleuciæ non fuiſſe verum, vel inde colligitur, quod Arabico Canone 38. de illo Archiepiſcopo dicatur: *Ex nunc* (ergo non antea) *permittatur ei conſtituere Metropolitanos*. Et Can.40. de Perſidis Antiſtitibus ſubjungitur: *Non permittit magna Synodus, ut congregentur im Provincia Perſidis, nec conſtituant leges ullas ſine licentia Patriarchæ Antiocheni . . . quia quamvis eorum dominus* (ideſt Epiſcopus Seleuciæ) *factus ſit in dignitate Patriarchali, in hoc tamen conſultum eſt eorum utilitati & exemptioni a damno, & nocumentis, atque eorum paci. & tranquillitati proviſum eſt. Non propterea tamen ipſis licet ſolvere, aut ligare, vel conſtituere ullas Eccleſiaſticas leges, vel addere eis, vel diminuere quidquam propria auctoritate, ſed potius in omnibus ſint obedientes Principibus, & Patriarchæ*. Qui Canon commentitium oſtendit privilegium illud de appellationibus a Seleucienſi ad Antiochenum minime faciendis.

Subjungit Sobenſis teſtimonium Dadjeſu pro veritate Epiſtolæ in hæc verba: *Dicimus ergo, quod etiam ſcripſerunt Patres noſtri Occidentales, non licere Metropolitis*,

litis, & Episcopis, sed nec ulli ordini Christianorum Orientis judicio contendere coram Patribus nostris adversus suum Patriarcham : quandoquidem omnium Orientalium Judex est Patriarcha, ipsius autem Judex est Christus. *Idcirco definivimus, & confirmavimus Canonem istum numquam abolendum, aut abrogandum : definitus quippe est a Trinitate. Itaque in verbo Trinitatis, quæ est Domina sæculorum, nemini liceat adversus Catholicum* Synodum *cogere, aut dissidium schisma, factionesque conflare, aut adversus eumdem accusationum capita, & querelas scribere, sicut antiqui fecere, aut libellos capitulorum hujusmodi per Provincias divulgare, sicut adversus* Papam *ausi sunt : aut in domos subrepere ad habenda adversus eum colloquia, nec quisquam ex quavis causa existimet, ac dicat* Catholicum Orientis judicari *posse ab ipsius subditis; ejus enim* judicium *Christo, qui eum elegit, suæque Ecclesiæ præposuit, reservatur.*

Claruit Dadjesu sub Theodosio Juniore, tenuitque Sedem ab an. Chr. 430. ad an. 465. ejus proinde Canon in Synodo editus magnum Epistolæ citatæ pondus addere videtur. Verum auctoritas hæc Dadjesu sic intelligenda est, ut post factum illud *Papæ*, ex quo dissidium in Syria gravissimum exarsit, præceptum Occidentalium, hoc est Antiocheni Præsulis, subjectorum Episcoporum consecutum fuerit de causa Seleuciensis Episcopi a nemine inferiorum Antistitum judicanda; & quod non temere sit ille a suis apud Patres Occidentales accusandus, uti Papas accusatus fuerat, neque adversus illum Synodus Provincialis *absque auctoritate* Antiocheni Patriarchæ cogenda, uti adversus *Papam* coacta est; sed ipse tamquam judex omnium Orientalium agnosci de-

debeat, judicium ejus, quantum ad subditos, Christo reservandum. Id præceptum ex ea quidem occasione Orientalibus impositum fuerat, non secus, atque iidem Orientales privilegium ordinandi Metropolitam suum propter factum Jabachuæ a Patriarcha Antiocheno acceperant.

Si conjectura non fallit (ita Assemanus Patruus citatus) utramque Epistolam excogitavit Joseph Patriarcha, qui an. Chr 552. electus tribus post annis dignitate amotus obiit an. 556. Hic teste Bar-Hebreo in Chronico Epistolas nonnullas temporibus Papæ, qui eamdem depositionis sententiam ab Episcopis acceperat, scriptas confinxit, inter quas, & illas fuisse, de quibus hic sermonem instituimus, haud improbabilis est conjectura: *Exstant Epistolæ consolatoriæ* (ita scribit Bar-Hebreus) *a S. Jacobo Nisibeno, & a S. Ephremo ad hunc* Papam *conscriptæ ob dexteræ ejus impedimentum, quibus Episcopos reprehendunt, quod in ipsum ausu temerario insurrexissent. Nonnulli vero existimant Josephum Catholicum, cum ab Episcopis damnatus esset, eas Epistolas composuisse.*

Porro videntur Epistolæ ex uno eodemque fonte promanasse, nimirum ex Canonibus Nicænis, quos Arabicos vulgo appellant: *Cum enim in iis* (ut advertit Renaudot. tom.I. Liturgiar. Orient. pag. 367.) *quædam statuta reperiantur, ea statim Nestoriani arripuerunt, atque eo adminiculo antiquitatem Catholicorum suorum ad Nicæna tempora* (imo longe antea) *promoverunt: qui conatus inutilis plane futurus apud historiæ antiquæ peritos viros fuisset, sed apud ignaros Ecclesiasticarum originum, quales tunc erant Orientales Christiani, successu non*

carnit.

caruit. Huic primo ædificio ex fictis, & inconditis narrationibus fastigium impositum est, ut Ecclesia Nestoriana Seleuciensis Apostolicæ successioni conjungeretur. Et ab Antiocheni Patriarchæ jurisdictione exempta, pari cum illo auctoritatis, dignitatisque prærogativa, Patriarchali scilicet, cumularetur.

Ex Canonibus itaque Nicænis, Arabicis, aliisque monumentis id constat, quod Seleuciensis Episcopus, qui postea *Catholicus*, seu *Patriarcha* Orientis appellatus fuit, ante Nicænum Concilium Archiepiscopali honore fulserit, Primasque Episcoporum Assyriæ, atque Babyloniæ fuerit: sed ille non secus, ac reliqui Metropolitani sub Antiocheni Patriarchæ potestate vixit, donec Chaldæi Nestorianam sectam amplexi sunt. Tunc enim, ut ab Ecclesia Catholica, ita ab Antiocheno Patriarcha deficientes, Patriarcham sibi constituerunt, qui plenam, & absolutam in ipsos potestatem exerceret. Concessum equidem fuit ab Episcopo Antiocheno privilegium Seleuciensi Episcopo, ut a suis Suffraganeis ordinaretur, quod rogante *Jabachue* factum constanter scribunt Chaldæi. Quod autem antiqui Patres Orientales, olim Romæ ordinabantur, quodque id in Annalibus Chaldæorum scriptum reperiatur, nullo idoneo teste asseritur. Orientales omnes, ut dixi, Antiocheno Patriarchæ semper subjecti fuere: ab eo, vel ejus jussu Primates Seleucienses ordinabantur. Hoc in Annalibus Chaldæorum legitur; non vero quod Romæ, vel a Romano Pontifice ordinationem acciperent. Primi, qui Romam pro Antiochia supposuerunt, sunt Chaldæi auctores ordinationis *Sulakæ* Patriarchæ, qui in Epistola ad Julium III. dat. an. 1552. sic ajunt: *Præterea hoc scito,*

Pater

Pater noster excelse, quod Sacerdotium nostrum a priscis temporibus ex Roma sit, quæ est Sedes Petri Principis Apostolorum. Verum ex quo confusus est ordo Christianorum a filiis Hagar Ægyptiæ, interrupta est via nostra ad vos inde a spatio 300. annorum usque ad hanc diem. Hanc falsam populorum suorum traditionem suffragio suo confirmat idem *Sulaka* in professione fidei, quam Romæ emisit anno sequenti his verbis: *Veneramur quoque, atque laudamus, & exaltamus Ecclesiam Romanam, & Caput ejus Papam Sanctum, atque omnes proles ipsius benedictas. Nam ita habetur in libris nostris, quod Sacerdotium nostrum ex ista Ecclesia Romana sit, ac propterea venimus ad accipiendum fermentum a vobis, sicut scriptum est in Epistola nostra.*

Antiqua monumenta omnia clamant, Nestorianos ad Romam, Romanosque Pontifices falso traduxisse, quæ de Antiochia, Antiochenisque Patriarchis vera sunt; ab Antiochenis prisci Seleuciæ, seu Orientalium Primates consecrabantur, vel consecrationis confirmationem postulabant. Quod autem Neoterici Romam pro Antiochia acciperent, inde videtur ortum, quod cum Nestoriani sub Imperio Persarum degerent, negotia omnia, quæ ipsi Antiochiæ expediebant, in Romana ditione confecta dicebant, atque ita Romæ multoties contigisse Neoterici oscitanter existimarunt, quod in Romano quidem Imperio, sed Antiochiæ, non Romæ, gestum fuerat.

Quidquod exeunte sæculo XIII. commercium litterarum inter Romanum Pontificem, & Patriarcham Nestorianorum cæptum fuit, hoc est anno Christi 1288., quo *Jaballahæ* Patriarchæ orator ad Nicolaum IV. accessit?

cessit?

ceſſit ? Hinc in memorata ad Julium III. Epiſtola ajunt, viam interruptam fuiſſe a ſpatio 300. annorum ad eum diem, quo ſcribebant, hoc eſt uſque ad an. 1552. Cum autem in Epiſtola, quam *Jaballaha* ad Benedictum XI. ſcripſit, Catholicum ſe, & Patriarcham totius Orientis nuncupaverit, nec ob hunc titulum a Summo Pontifice reprehenſus fuerit, priſca cum recentibus confundentes arbitrati ſunt, qui ad Julium III. litteras dedere, antiquos ſuos Patriarchas a Romanis Pontificibus initiatos, & Romæ conſecratos fuiſſe. Ceterum quod ait Joſeph Indus, de quo alibi, S. Petrum Vicarium ſuum Antiochiæ præfeciſſe, eumque ipſum eſſe, qui Orientalem plagam moderatur; id vero de Antiocheno Præſule verum eſt, ad Babylonicum autem, ſeu Neſtorianum Patriarcham nullo modo ſpectat.

Quoniam vero Antiochenum Patriarcham ab Orthodoxa Fide defeciſſe poſt Neſtorii depoſitionem effutiunt Neſtoriani, ejus prærogativam volunt ad Seleucienſem Epiſcopum *integre*, ac *plene* translatam fuiſſe. *Nihilominus etſi apud nos* (ſic ſcribit Georgius Arbelenſis Neſtorianus declarat. Divin. Offic. tract.2. c.6.) *in Provinciis Orientis* Catholicus, *&* Patriarcha *ſunt* unum; *aſt non hoc Sancti Apoſtoli tradiderunt: ſed diſtinxerunt gradus, & alium creavere Epiſcopum ſimplicem, alium Epiſcopum Metropolitam, alium Epiſcopum Catholicum, alium Epiſcopum Patriarcham. Et Canon iſte in omnibus locis obtinuit, etiam in Oriente, uſque ad tempora Theodoſii Junioris. Poſtquam vero Cyrillus* (Alexandrinus), *& Joannes Antiochenus, & reliqui Occidentales Sanctum Neſtorium* (verba ſunt Neſtoriani ſcriptoris) *contra jus, & fas excommunicarunt, tunc demum Orientis Eccleſia*

Pri-

Primatum Antiocheni Patriarchæ *ſuſtulit*, *ſicut oportebat*, *eumque ſegregavit*, *utpote ab Orthodoxa Fide aberrantem*, *ejuſque dominationem deinceps minime paſſa eſt*. *Porrò ante illius Patriarchæ Antiocheni tempora*, *Patriarcha iſte*, *Seleuciæ* Catholicus dumtaxat *erat*, Antiochenique *Patriarchæ* jurisdictioni *ſubjectus*, *& ante ipſius* (Seleucienſis Catholici) *nomen*, *Antiocheni Patriarchæ nomen recitabatur*. *Poſtquam vero Antiochenus Patriarcha auſus eſt Neſtorium anathematizare*, *Seleucienſem Sedem* Dadjeſu Aramæo *tunc temporis obtinente*, *Orientalis Eccleſia Joannem Antiochenum*, *Cyrillum*, *Cæleſtinum Romanum*, *Memnonem Epheſinum*, *eorumque in illa temeraria*, *& iniqua Synodo* (ita Epheſinam Sanctam Synodum impius Neſtorianus ſugillat) *ſocios anathematizavit*. *Et quoniam* (ſic pergit Neſtorianus Arbelenſis) *Eccleſia Orientalis ſine Patriarcha manebat*, *neque decebat confeſſionem ſummo Antiſtite carere*, *cogitarunt Patres ipſum* Catholicum *in* Patriarcham *extollere*, *ita tamen*, *ut* Catholici *nomen*, *utpote ab Occidentali Sancta Synodo per veram traditionem acceptum*, *nequaquam dimitteret*. Patriarchæ *porrò nomen adjecere*, *quoniam videbatur haudquaquam decere confeſſionem noſtram* (Neſtorianam ſcilicet, quæ iniqua ſeceſſione, & injuſta defectione ab Eccleſiæ Catholicæ univerſæ, & a legitimo, quem agnoſcebant Paſtore, ſeſe erexerat in novam Eccleſiam) *Patriarcha carere*. *Quod vero non alium ab illo Patriarcham conſtituerunt*; id vero factum eſt, ne Antiſtitem ſibi ipſi pro arbitratu creaſſe viderentur, ſed Patriarcham ſibi delegiſſe, utpote homines, qui *ſoli Orthodoxam Fidem*, *& Sanctam Apoſtolicam veritatem retinuiſſent*. Ita defectionem ſuam ab Eccleſia Catholica, & ab Antiocheni

Patriarchæ poteſtate cohoneſtare ſtudent Neſtoriani hæretici.

Verum in hac narratione plurimum peccat Arbelenſis. In primis dum ait, Dadjeſum, utpote Neſtorio faventem, ex *Catholico* Patriarcham factum, tumque cœpiſſe *Seleucienſes Catholicos* Patriarchali dignitate exornari. Neque enim *Dadjeſus* Neſtorio favit, neque ſub ejus tempore Seleucienſes Præſides a poteſtate Antiocheni, aut ab Eccleſiæ Catholicæ communione defecerunt; ſed ſub *Babæo*, qui poſtmodum Sedem illam invaſit, primuſque ſibi ſectæ ſuæ principatum aſſeruit. Præterea falſum eſt, Orientalem Eccleſiam anathema dixiſſe Joanni Antiocheno, & aliis, de quibus ſupra. Sive enim ſermo ſit de Orientis Epiſcopis, qui Joannis communionem ſequebantur, cum adhuc S. Cyrillo, & Memnoni infenſus eſſet; ſive de Orientalibus, qui poſt ejuſdem Joannis cum S Cyrillo reconciliationem, tam in Syria, quam in Meſopotamia, & Perſide ſententiam Neſtorii propugnare pergebant, S. Cæleſtinum Romanum nemo damnare, aut anathematizare auſus fuit, nec ipſi Neſtorii acerrimi defenſores; ob Sedis ſcilicet Romanæ Primatum, quam neque ab ipſis, neque ab aliis judicari poſſe optime noverant. Neſtorius ipſe a S. Cæleſtino damnatus, ne hiſcere quidem in contrarium auſus fuit. Memnonem, & S. Cyrillum Joannes cum ſuis ſectariis in Conciliabulo Epheſino dudum anathematizaverat, eoſdemque eodem damnationis loco Orientales Neſtoriani ſemper habuerunt. Joannem vero, etſi poſtquam cum S. Cyrillo reconciliatus eſt, Neſtoriani deſeruere, ejuſque communionem abrenunciarunt; quod tamen ſub ejus ditione eſſent, anathema in eum intorquendi licentiam nullam ſibi vindicarunt. De

De Fide, quam illibatam ab Apostolicis temporibus a Nestorianis conservatam fuisse somniat, non est cur hic loquar, cum ad aliud disputationis caput pertineat. Quædam tamen juvat hoc loco expendere.

Ignatius Syrorum Jacobitarum Patriarcha circa an. Chr. 1222. Epistolam dedit ad *Saidum* Nestorianum Diaconum, & in Bagdadensi Aula Scribam, in qua Nestorianos Syros, tamquam sectam nuper exortam traducebat. *Saidus* Ignatii, qui & David, litteras transmisit Jesujabo Nestoriano Nisibeno Episcopo, responsionem ad ejus objecta postulans. Nisibenus Epistolam Arabicam ad Saidum dedit, in qua Apologiam pro Nestorianis scripsit. In hac Epistola Ignatii objecta ad tria sic reducit: *Ait igitur Fidem Nestorianorum* novam, *recentemque esse*, *non* antiquam, *&* Apostolicam. *Deinde, Nestorianos nullum habere Monasterium, cum Monasteria quidem antiqua sint, eorum vero secta* nuper exorta. *Denique Nestorianos, cum duas in Christo substantias, duasque* Personas *dicunt*, *Trinitati additamentum facere; Trinitas vero nequaquam additamentum admittit*.

Ad primam Ignatii David objectionem respondet sic Nisibenus: *Siquidem de Nestorianis loquitur, doctrinam S. Domini nostri Nestorii sectantibus, ejusque coævis, ea sane nequaquam* nova *appellanda est*, comparatione præsertim facta cum illis, qui Jacobiticam sectam *tenent*: Nestorii *enim ætas* Jacobi *tempora annis* 90. *antecedit, adeoque* Nestorianismus *hac ratione* Jacobitismo *antiquior est*. Absolute *autem loquendo, jam elapsi sunt a Nestorio an.*800., *qui vero ætatem h. m. habet, nequaquam* recens *dici potest*. *Præterea fuit* Nestorius *æqualis* Cyrillo *ipsius adversario*: *ambo igitur* antiquitate, *&* no-

vitate *pares sunt. Si vero loquatur de* Nestorianismi *appellatione nobis Orientalibus imposita, etsi hoc nobis nomen ex ipsius sententia* serò *tandem, &* nuper *adhæsit, Fides tamen, & Apostolica religio antiquissima nobis est jam inde ab ævo Apostolorum, qui Orientem docuerunt, nec ab ullo unquam mutata. Idque ex eo probatur, quod nemo ex iis, qui Christiana religione censentur*, hæresim ullam in Oriente *excogitavit, aut* novam, contrariamque *doctrinam pro* vera *fidelibus prædicavit. Nec* ullus Hæresiarcha *exstitit, adversus quem Concilia Ecclesiæ congregari, ejus scilicet impugnandi causa, opus fuerit, aut* Synodos *haberi ad* instaurandos *legis* Canones, *quemadmodum exactis temporibus in* Occidente *contigisse deprehendimus, in quo* fundamenta *Fidei propter relaxationem immutata sunt: sed quod* Orientales *a Dominis Apostolis* traditum *accepere, id* invariatum *usque in* præsentem diem *retinent. Hæc igitur religio ipsorum* (Nestorianorum) ceterarum omnium antiquissima est, *quæ* nomini cujuspiam *inscribuntur, si Christum Dominum excipias. Adde, quod S. Dominus* Nestorius *nequaquam nobis Orientalibus Patriarcha præfuit: noster enim per ea tempora Patriarcha erat Dominus* Dadjesus, *decimus sextus scilicet a D.* Mari, *qui fuit unus ex LXX. Hic autem D.* Mares *fundator est Sedis Orientis, accepta potestate a suo Magistro* Thaddæo, *qui una cum D.* Thoma *uno ex XII. Orientalibus regionibus Evangelium annunciavit.*

Ad hæc Patriarchæ Occidentis, antequam Concilia ibi congregari, aut schismata exoriri cœpta fuissent, cum veritatem Fidei Orientalium compertam haberent, numerumque fidelium eo crevisse cernerent, ne Sacerdotii ordines ab eis illos accipere necesse esset, indulserunt eisdem, consense-

ſenſeruntque, ut Patriarcham in Oriente conſtituerent, qui Chirotoniæ munera largiretur; litteraſque ad eos hac de re dederunt, quibus ſe ajebant in Spiritu Sancto cum ipſis conſentire. Cauſa autem hujus conceſſionis calamitas fuit, quam Patres quidam ſubiere, cum Occidentem, ſacros ordines accepturi, petiiſſent: intercedente enim inter utrumque Imperium ſimultate, veluti exploratores delati ſunt, & ambo in crucem acti. Tum vero Divina commiſeratio, Chriſtianaque charitas poſtulavit, ut fideles ab h. m. vitæ diſcrimine in poſterum eximerentur, ne ſcilicet in pericula ipſi ſponte ruere, vel ab aliis conjici viderentur. Catholico itaque Orientis conceſſere, ut Patriarchalibus ipſe quoque privilegiis gauderet. Nec deſtitere Patriarchæ Orientis ab illo tempore hanc fidem alter ab altero traditam, ſucceſſorique veluti hereditatem relinquere uſque in præſentem diem; antiquiſſima igitur traditio eſt. Jam ad Neſtorium quod ſpectat, ubi ille Conſtantinopoli Patriarcha ordinatus eſt, datis ad Orientales litteris, collata ſibi dignitate ipſum de fide recte ſentire, Sanctum præterea Spiritum viſibili ſpecie ſuper ejuſdem Liturgiam deſcendere, Occidentales ſignificarunt: quamobrem ab Orientalibus ſummo in honore habitus fuit. Cum autem diſſidium poſt hæc ipſum inter, & Cyrillum exortum fuiſſet, alter alteri anathema dixit: ſimiliter & utriuſque factionis Epiſcopi. Porro D. Joannes Patriarcha Antiochenus, qui judex illius controverſiæ delectus fuerat, poſtquam Neſtorii, ac Cyrilli doctrinam inſpexiſſet, illum quidem laudavit, abſolutumque ab excommunicatione cenſuit; Cyrillum vero tamquam falſi dogmatis auctorem anathemati ſubjecit. At vero Neſtorius, qui a Sede ſua aberat, ſolitudinis amore captus, ut diſſenſiones evitaret, veluti exulem ſe habebat, etſi

ſpon-

ſponte abdicaſſet. Contra Cyrillus Imperatoris ope Sedem cum doctrina retinuit.

His ita geſtis, cum ad Orientales Neſtorianum dogma perveniſſet, ipſum compererunt iis prorſus conſentaneum, quæ a Dominis Apoſtolis tradita acceperant. Et quidem ab eo alienum, quod Jacobitæ modo Neſtorianis affingunt. Nam doctos quoſdam Jacobitas, ejuſque ſectæ primarios viros deprehendimus in libris ſuis affirmantes, unionem divinitatis cum humanitate in Chriſto Domino ex Neſtorianorum ſententia poſt baptiſmum, cum ſcilicet Spiritus deſcendit, & vox Patris inſonuit, contigiſſe. Hoc autem nos Orientales nequaquam dicimus, neque id in libris Neſtorio adſcriptis uſquam legimus, ſed anathematizamus eos, qui h. m. doctrinam tradunt, aut profitentur, dicimuſque & profitemur unionem tunc contigiſſe, cum Angelus Domini Dominæ Mariæ naſciturum ex ipſa Chriſtum Dominum annunciavit, ipſaque eidem annuit, credıditque, ac dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum: atque hæc eſt noſtra, & Apoſtolica Fides, non nova, aut nuper excogitata. Hactenus Niſibenus, cujus dicta omnia caſtigandi hic non eſt locus; quædam tamen animadvertenda proponimus.

Ac primo quidem, ad nauſeam uſque, uti & alii omnes ſectarii conſueverunt, repetit, ſuam Neſtorianam fidem antiquiſſimam eſſe, & Apoſtolicam: ſed id, quod ſectarii jactare ſolent, oſtendere plane nequeunt, cum *novitatis* facile convinci poſſint, ex eo ſcilicet, vel ſolo; quod uniuſcujuſque ſectæ initium poſt Apoſtolica tempora aſſignetur. Neſtoriani omnium, qui nunc exſtant, Chriſtianorum Orientalium hæreticorum, antiquiſſimi ſint; ſed ab ævo Apoſtolorum longe diſtant, nec Apoſtolo-

ſtolorum doctrinam, quamvis id ſibi fidentius, licentiuſque arrogent, ullo pacto tenent, in iis potiſſimum, in quibus ab Eccleſia Catholica Romana diſſentiunt. Contendat itaque Niſibenus de antiquitate cum Jacobitis; at quod ſectam ſuam ab Apoſtolicis temporibus arceſſit, nullamque Chriſtianam ſocietatem Neſtorianis antiquiorem dicit, id certe omnino falſum eſt: nam Palæſtina, Syria (ut de Urbe Roma, aliiſque civitatibus, & gentibus ſileam) ab Apoſtolis ad fidem converſæ ſunt, antequam Chaldæis Evangelium annunciatum fuiſſet. Præterea Chaldæi ab Antiocheno Patriarcha, ut ipſi Neſtoriani, & Jeſujabus hic Niſibenus, diſerte tradunt, & fatentur, Epiſcopos ſuos accipiebant. Is igitur antiquior eſt, & dignitate major. Demum Catholica Fides, quæ ab *ipſis Apoſtolis* ad noſtram ætatem traducta eſt, Neſtorianos errores poſt ann. Chr. 400. excogitatos, omnino antecedit.

Caſtigandum proinde ſecundo loco hic venit aſſertum Niſibeni, Sobenſis, aliorumque Symmiſtarum, quod nempe nullus in Oriente apud Chaldæos exſtiterit hæreticus: conſtat enim, quod Manes, Bardeſanes errores ſuos in Chaldæa, Aſſyria, & Meſopotamia promulgaverint. Item, Meſſalianos, Euchitas, Marcioniſtas, Arianos, Ætianos, Sabellianos, Photinianos, Borboritas, Catharos, & Audianos iis in regionibus plurimos fuiſſe teſtis eſt S. Ephrem in hymnis adverſus hæreſes, & in Teſtamento. Deinde falſum eſt Neſtorianos nihil in rebus fidei innovaſſe, ut alibi obſervavimus. Item falſum eſt, nullum Concilium adverſus eos coactum fuiſſe. Neſtoriani ſiquidem omnes, atque adeo Chaldæi ipſorum ſectatores, diſerte damnati ſunt in Conciliis Oecu-

menicis

menicis III., IV., V., & VI. Nec fuit necesse eorum mentionem amplius in Ecclesia Latina, vel Græca fieri, qui a Catholicis penitus defecerant, & in angulum Orientis sese receperunt; sed damnata hæresi, quam profitebantur, ipsos quoque damnari consequens est.

Nec est cur immorer in iis, quæ ad sectæ Nestorianæ disciplinam sanctissime, ut dicit, semper conservatam adtinent castigandis; ut enim omnia silentio premam, si Synodos haberi ad instaurandos Legis Canones opus nullum fuit apud Nestorianos, eccur quæso tot Synodi ab iis celebratæ fuere? quorsum tot Constitutiones, Sanctiones, & Decretales Antistitum Nestorianorum? Ex Commentarii nostri lectione falsitatis convincitur manifeste Nisibenus, qui talia in suæ sectæ laudem, ac prærogativam impudens jactat.

Asserit præterea Dadjesum, qui tempore Nestorii Chaldæis præerat, inter ejus gentis Patriarchas XVI. locum obtinere, cum fuerit iuxta recensionem Amri, & Maris (Nestorianorum utique Scriptorum) XIX., aut XX. Sed excusari forte potest Nisibenus, quod nonnullos tamquam illegittimos, e numero Patriarcharum, seu potius Primatum Seleuciæ, expunxerit, ut *Maanem*, & *Marabochtum* ipsius *Dadjesu* præcessores: & quod Thomam Apostolum Sedis illius, ut volunt Chaldæi, una cum *Adæo* fundatorem, *Achæumque* ipsius *Adæi* socium, quos *Amrus*, & Bar-Hebræus tamquam Primates Orientis recensent, ex *Maris* sententia omiserit. Marim Orientis Apostolorum *Adæi*, seu *Thaddæi*, discipulum, & unum ex LXX Discipulis facit. Idem affirmant Chaldæi Scriptores omnes, quibus & Jacobitæ hac in re adstipulantur; Græcis tamen, & Latinis tam *Maris*, quam

quam *Aghæi* nomina ignota ſunt, nec ea in Synopſi Diſcipulorum Chriſti apud ipſos occurrunt. Adæum, ſeu Thaddæum, Maris magiſtrum, affirmat eſſe unum ex XII. Apoſtolis. At Amrus, Mares, Bar-Hebræus, &, quod caput eſt, Euſebius ex fide Archivi Edeſſeni, tradunt eum ex numero Diſcipulorum, non Apoſtolorum, fuiſſe.

Affirmat Patriarchas Orientis ante Synodorum tempora dignitatem Patriarchalem Chaldæis conceſſiſſe; idque ob eam cauſam, quæ refertur in ſuppoſititia eorum Epiſtola, de qua ſupra. Nugatur, cum Spiritum Sanctum ſcribit viſibili ſpecie ſuper Neſtorii oblationem apparuiſſe; hoc ſcilicet Commento auctoritatem Liturgiæ Chaldaicæ conciliare contendit, quæ Neſtorii nomine circumfertur. De qua *Leo Byzantinus lib.* 3. adverſus Neſtorium ſcribit: *Audet, & aliud malum non ſecundum ad ſuperiora .... aliam enim Liturgiam effutivit, præter illam, quæ a Patribus tradita eſt Eccleſiis, neque reveritus illam Apoſtolorum, nec illam magni Baſilii in eodem ſpiritu conſcriptam. In qua Liturgia blaſphemiis, non precationibus, Euchariſtiæ myſterium opplevit.* Sed de Liturgia Neſtorii Chaldaica alibi; ſatiſque cum Niſibeno hoc loco egimus, quem ſtudio ſuæ ſectæ ductum talia dictitaſſe conſtat. Et ſane quod Neſtorianos ſancte doctrinam Evangelii, ac pure conſervaſſe, ſcripſerit homo Neſtorianus mirandum non eſt; illud certe mirari ſubit, quî homines Proteſtantes Neſtorianos tamquam Evangelicæ doctrinæ propugnatores deprædicare videantur: juvat autem in ſequenti §. nonnihil etiam de hac re delibare.

§. II.

Crozii assertum de Nestorianis discutitur.

M. V. La-Croze in Historia Christianismi Indorum Hagæ in 4. edit. an. 1724. pag. 341., & 342. scribit: *Nos hic* (in Malebaria) *antiquissimam Ecclesiam deprehendimus, cujus dogmata fere omnia cum iis conveniunt, quæ* Reformata *Religio profitetur. Christiani Orientales, qui* Nestorianorum *nomine noscuntur, a* v. *jam sæculo ab omnium aliorum societate sejuncti, eique Patriarchæ subjecti, qui nec Romano Imperio obnoxius est, nec ullum cum eo commercium habet, aut linguam ejus, vel auctores novit; eadem, quæ nos* (sic Crozius e Protestantium grege) *Sacramenta admittunt; negant plane transubstantiationem in realem præsentiam; aversantur imaginum cultum; ignorant doctrinam Purgatorii; Romanasque traditiones fere omnes, quæ a Protestantibus rejiciuntur: facti res est, quod falsitatis insimulandi nullus est modus. Id nos demonstravimus ex Actis Synodi* (Diamperiensis) *& ex testimonio historici Meneziani Romanæ Catholicæ fidei studiosissimi .... Idem præterea confirmant antiquæ, recentesque relationes omnes. Hinc optima conclusio deduci potest adversus horum dogmatum antiquitatem, quorum pleraque pars in Romanam paulatim irrepsit Ecclesiam, nec tamen potuit usque in præsentem diem in communem Græcorum religionem introduci. Ac proinde audacissimæ temeritatis, & inexcusabilis præjudicii procul dubio convincitur Abbas Renaudotius, cum affirmat Nestorianos eadem circa Eucharistiam cum propria Eccle-*

Ecclesia sentire. Contrarium evidenter probant Acta Synodi Diamperiensis, & Ecclesiastici eorum populorum libri. Idem dicendum de Sacramentis, quæ iste Abbas enumerationi Ecclesiæ Romanæ per totum Orientem esse conformia supponit. Et quidem sinceritatem, pudoremque exuat oportet, qui id de Nestoriana Ecclesia velit asserere. Hæc *enim, ut vidimus, nec Confessionem agnoscebat, neque Confirmationem, aut extremam Unctionem, & Matrimonium quoque e numero Sacramentorum excludebat. Nihil admirabilius foret, quam h. m. conformitas, siquidem vera fuisset deprehensa. Nam ante Petrum Lombardum, qui sæculo* XII. *vivebat, hic septenarius Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ numerus apud nullum auctorem reperitur.*

In Præfatione autem scribit Crozius: *Nos hic Ecclesiam habemus, quæ spatio* 1200., *& amplius annorum, cum nullum haberet commertium cum Ecclesia Romæ, Constantinopoleos, Alexandriæ, & Antiochiæ, pleramque partem dogmatum conservat, quæ a Protestantibus admittuntur, & ab iis Ecclesiis, sive omnino, sive ex parte reiiciuntur. Videre licebit Christianos Malabares plane respuere supremam Papæ potestatem, negare transubstantiationem, & affirmare Sacramentum Eucharistiæ nil aliud esse, quam figuram Corporis Jesu Christi. His adde Confirmationem, extremam Unctionem, & Matrimonium e Sacramentorum numero explosa, Imaginum cultum tamquam idolorum habitum, & Purgatorium veluti fabulam traductum. Omnes istæ facti veritates innituntur ipsis Synodi Actis, & auctoritate ejus Antistitis, qui nec vim, nec dolum omisit, ut ea dogmata inter illos antiquos Christianos stabiliret, qui eadem admittere recusabant.*

Hæc Crozius, cui permissa facti veritate, quæ tamen

men non constat, ut mox dicam, sic hominem suo ipsius argumento urgeo. Crozius ait Nestorianorum fidem quoad eos, quos enumerat, articulos cum Protestantibus convenire, Romanis repugnare. Esto; quid inde? An propterea Apostolica est, quam ipse laudat, Nestorianorum religio? Imo potius nova, & longe post Nestorium exorta; nam idem Crozius affirmat Christianos in Malabariam sæculo v., vel paulo ante penetrasse. Nos autem antiquiores Nestorio Patres habemus Græcos, Latinos, Syros, a quibus contraria assertæ Nestorianorum doctrinæ dogmata traduntur.

Præterea probandum erat Crozio, non supponendum, eam, quam Lusitani apud Nestorianos Malabares invenerunt religionem, non processu temporis mutatam fuisse; sed una cum antiquis eorum Patribus in Malabariam ex Chaldæa, & Perside invectam, ibique sine ullo primævæ puritatis detrimento conservatam. Cur enim Romani, Græci, Syri, qui ante Nestorium puram in Oriente, & Occidente doctrinam, juxta ipsum Crozium, tenebant, novis antiquam fidem erroribus inquinassent, Nestoriani vero eamdem in extremis Indorum finibus puram retinuissent? Proferat Crozius singulare ejus gentis privilegium a Deo promissum, vel concessum, eximiam eorum probitatem, aut doctrinam, insignem miraculorum gloriam, Sedium Episcopalium prærogativas, honores, Scriptorum eruditionem, Pastorum pro dilatanda, aut conservanda religione indefessum studium, & cetera h. m., quæ a primis sæculis ad nostram usque ætatem apud Latinos, Græcos, Syros cernere est, apud Nestorianos non item, maxime in Malabaria versantes.

Dein-

Deinde, si puram, Evangelicamque doctrinam in Christianis Malabariæ agnoscit Crozius, tantum abest, ut rem Protestantium tueatur, quin potius eam imprudens evertit. Si enim in re fidei ab erroribus immunes Malabares pronunciantur, non in iis tantum articulis, quos supra enumeravit, sed in reliquis etiam, qui ad religionem spectant, cum illis convenire debent Protestantes, ac proinde Crucis signum venerari, Sanctos, eorumque Reliquias colere, illos invocare, præscriptum ab Ecclesia jejunium Quadragesimæ, aliaque jejunia observare, & in iis a carne, lacticiniis, piscibus, & vino abstinere; Horas Canonicas persolvere; Liturgiam, ceteraque Sacramenta eodem ritu celebrare ac denique omnia peragere, quæ ex Ritualibus Syriacis a Nestoriano populo usurpari certum est. Quæ *Protestantibus* quam contraria sint, nemo non videt. Quod si partem eorum, quæ Nestoriani faciunt, docentque admittere se dicat Crozius, & partem repudiare; ego contra hominem vel malæ fidei convinco, qui in sectæ suæ patrocinium contrarios, plerisque illius dogmatibus Nestorianos confidenter advocat; vel adductum ab eo pro erroribus Protestantium argumentum derideo, quos Nestoriani si ex parte confirmare videntur, ex altera certe confutant, convelluntque. Desinat ergo puritatem doctrinæ Evangelicæ in Nestorianis jactare, nisi aut sibi ipsi contradicere velit, aut propriam sectam qua stabilire putat, eadem machina destruere.

His generatim delibatis ad examinandam eam, quam asserit, facti veritatem descendere oporteret; sed cum id a cl. Patruo tom. 3. Bibl. part. 2. factum sit, & a nobis in Codice Liturgico Ecclesiæ Universæ fiat, quin

quin & ex Commentarii hujusce lectione luculenter adpareat, data opera abstineo: illud solum examinandum breviter suscipiam, quæ Nestorianorum sententia sit de Papæ Romani potestate, & auctoritate.

Ex ipsis Nestorianorum monumentis perspicuum est, S. Petrum fuisse Apostolorum omnium, adeoque S. Thomæ, a quo Principatum sibi vindicant, Principem. Elias Anbaræ clarus apud suos in libro Carminum part. 2. serm. 3. stropha 59. hæc habet: *Quærunt eruditi non ignari veritatis, cur Simeonem Bar-Jona Salvator Cepham, hoc est Petram, appellavit? Cum Christus ipse Redemptor magnus sit Petra veritatis, quare ergo alterum Petram, & caput ædificii nuncupavit? Eadem appellatione, eodemque nomine Simeonem Petræ cognomento decoravit; quemadmodum Christi, Salvatoresque populi in lege plures dicti sunt, unus autem est Christus verus, idemque Salvator magnus, qui ceteris tamen pro suo, cuique tempore nomen istud accomodatum dedit. Quia nimirum futurum erat, ut Christus Petra veritatis in cælum se reciperet, ibique ab humanis sese oculis absconderet, propterea Vicarium suum in terra constituit, eumque Petram ædificii appellavit. Is igitur Magistri, Dominique sui in terris gerit* imaginem, & personam, & mediator est inter nos, & Filium, & Pontifex prototypo suo similis. *Et quidem summus, & magnus Pontifex est Christus, & nostri, Patrisque mediator, atque in cælesti Sancto Sanctorum ad dexteram Patris Sacerdotio fungitur, Deumque cognatis suis hominibus propitiat, atque noster est apud Patrem advocatus. Is vero elegit, & constituit in terris* Episcopum Procuratorem Ecclesiarum *Simonem senem Jonæ filium, fidei fundamentum.*

Illum

Illum porro ex propria appellatione Petram *nominavit, non enim antea* Petra *quisquam vocabatur; ipse vero futurus erat Ecclesiæ fundamentum, & caput ædificii. Non eum Christus Salvatorem suo nomine appellavit, quoniam plures fuerant in populo Salvatores. At enim vero* Barjonæ *potestatem haud quaquam cessare fecit Christus, quemadmodum illorum potestatem abrogaverat. Sed neque Simonem Christum appellavit, quia plures in Judæa fuerant Christi, quos Filius Dei abstulit, Cepham vero haud quaquam una cum ipsis excidere fecit.* Hactenus Elias.

Sed & Romanam Ecclesiam, Petri Cathedram, cunctarum, quæ in mundo sunt, Ecclesiarum primam, & caput Nestoriani ipsi fatentur, & in publicis quidem ipsorum Tabulis authenticis; enim vero in plenaria Nationali ipsorum Synodo Nomocanonem *Ebedjesu* Sobensis receperunt, & adprobarunt, quin & fragmenta, sive capita ex illo Nomocanone, quæ mox subjiciemus, publica, legitima apud ipsos, auctoritate in Pontificalem librum retulerunt. *Loca itaque* (sic Nomocan. part. 9. cap. I.) *in quibus a Sanctis Apostolis dignitas Patriarchalis instituta fuit, urbes istæ sunt quinque, in orbe scilicet universo celebres maxime, & conspicuæ, quas & urbium esse matres novimus. Primo loco est Babylon: ea quippe Metropolis, materque urbium; & idcirco caput regni Assyriorum fuit, sicut Primogenitus Prophetarum* (Moyses in Genesi) *docuit. Secunda est Alexandria, quæ ab Alexandro Magno condita fuit. Tertia Antigone, quæ ab Antigono ædificata, ab Antiocho postea aucta, & exornata ab ejus nomine Antiochia nominatur. Quarta est* Magna Roma, *quæ a Romulo condita, ab eodem nomen accepit. Quinta Byzantium, quæ urbs ab Imperato-*

re

re Constantino Constantinopolis dicta est. In his ergo quinque urbibus post revelationem Dei Verbi in carne a Beatis Apostolis constituti fuerunt quinque Episcopi Metropolitæ, qui & Patriarchæ nominantur. Et quoniam prædictis Civitatibus, non ex principatu, & antiquitate solummodo Patriarchalis dignitas, & prærogativa accessit; sed etiam propter Apostolum, qui in ea docuit, & Regem, qui in ea regnavit, magnæ Romæ *data fuit propter* geminas columnas *in ea positas*, Petrum *inquam* Apostolorum Principem, & Paulum Doctorem gentium: *ipsaque est* Sedes prima, & Caput Patriarcharum. *Secunda autem Sedes est Alexandrina. Tertia Ephesina. Quarta Antiochena. Et vero causa propria hujus rei est excellentia Apostolorum, qui istas Sedes condidere, atque erexere: Simonis, inquam, Petri, Marci Evangelistæ, Lucæ, & Joannis Evangelistarum. Quinta autem Sedes est Babylon ob reverentiam trium Apòstolorum, qui terras ditioni illius subjectas ad Christianam fidem traduxerunt: fuerunt autem Thomas Indorum, & Sinensium Apostolus, & Bartholomæus, qui & Nathanael Aramæorum, & Adæus unus ex LXX., qui fuit magister Aghai, & Maris, & Apostolus Mesopotamiæ, & universæ Persidis. Plena autem Patriarchicæ dignitatis prærogativa, qua nomine tenus Apostolicus Seleuciæ, & Ctesiphontis thronus, ut diximus, fruebatur, ex hac causa postmodum concessa est, nimirum ex occasione turbarum, quæ Ecclesiæ acciderunt ex calumnia servorum Diaboli, Domini crucifixorum* (Judæorum) *atque Manichæorum. Duo quippe Patriarchæ Cruci affixi fuere ante fores Ecclesiæ Antiochenæ, alter Aramæorum, Antiochenus alter, & factus est luctus omni Orienti, & Occidenti communis; atque horum Patrum,*

sangui-

ſanguine duplicata illi poteſtas eſt inſtar Patriarcharum. Et primum, qui Patriarchicam prærogativam accepit, quidam ajunt Schiachlupham fuiſſe, alii Papam.

Hæc in Epitome Canonum, & in Pontificali, ſubjunguntur vero utrobique in confirmationem eorum, quæ deſcripta ſunt, Canones Nicæni, ſive Oecumenici, qui reſpondent Arabicis (per Abrahamum Ecchellenſem editis) 37. 38. 39. ſunt autem ſequentes ex recenſione Neſtorianorum.

Placuit Synodo Oecumenicæ quatuor eſſe in mundo Patriarchas, ſicut quatuor ſunt Evangeliſtæ, & quatuor flumina, & quatuor plagæ univerſi: ſicut etiam ſæculi ſapientes dicunt, quatuor eſſe elementa, mundi principia: Caput *autem eſſe* Romanum *Antiſtitem juxta mandatum ipſorum* (Apoſtolorum) *Canonibus definitum, & ab illo Alexandrinum, & ab hoc Epheſinum, poſtea Antiochenum.*

Placuit Synodo Oecumenicæ, Epheſinam Sedem, quæ Patriarchalis eſt, ad urbem Imperii Byzantium *tranſire, ut ſimul honor ſit ambobus Sacerdotio ſcilicet, & imperio. Epheſino autem Antiſtiti honorem haberi, neque idcirco contemni, quia Sedes ejus inde ſublata eſt. Epiſcopum præterea Hieroſolymitanum Cæſareenſi minime ſubeſſe, ſed & ipſi quoque propter Locum Sanctum haberi honorem. Antiſtiti quoque Seleucienſi in partibus Orientis concedi, ut deinceps Metropolitas, ſicut Patriarchæ ſolent, inſtituat; ne videlicet, dum ad magnum Patriarcham in terris Romanorum commorantem, qui eſt Antiochenus, accedunt, receduntve, communes Chriſtianæ fidei hoſtes occaſionem inde capiant adverſus Chriſtianos fratres noſtros ibidem commorantes, & perſecutionem contra eos commoveant. Patriarcham itidem Antiochenum communibus precibus annuere,*

 & huic

& huic decreto acquiescere, neque contristari, quod ipsi totius Orientis magna jurisdictio ablata fuerit; quandoquidem ad quietem, & pacem fratrum nostrorum Persarum istud transactum est, ne scilicet sine causa accusentur, & ab infidelibus cædantur. Si vero ex aliqua causa congregari Synodum in terris Romanorum contingat, atque in eo Concilio Seleuciensem adesse, placuit eumdem reliquis Metropolitis in Romanorum ditione commorantibus in sacris sessionibus præferri, quia locum Patriarchæ in Oriente ex permissione obtinet.

Quidquid sit de genuinitate horum Canonum, ex confessione Nestorianorum perspicuum redditur 1. Seleuciensem Archiepiscopum olim Antiocheno Patriarchæ fuisse subjectum. 2. Illum Patriarchali honore decoratum fuisse a Patriarchis Antiochenis, & quidem post Nicænam Synodum. 3. A Nicænæ Synodi temporibus, ac deinceps eum evasisse postremum inter Patriarchas, & primum inter Metropolitas. 4. Ejus potestatem, & auctoritatem Ecclesiæ Cochensi alligatam esse, quæ apud Seleuciam, & Ctesiphontem consistit, eamque Sedem donatam hac potestate, non in *totam Ecclesiam* Christi, sed in *Orientem* dumtaxat. Contra vero Romanum Pontificem, quem omnium etiam Patriarcharum primum, & Caput profitentur Nestoriani, in omnes Patriarchas, etiam in ipsum Nestorianorum Catholicum Patriarcham auctoritatem, ac potestatem habere. Quemadmodum enim Presbyteri Episcopis, Episcopi Patriarchis subsunt, pari ratione quilibet, & omnes Patriarchæ subesse debent Romano Pontifici primo Capiti, & Primati omnium, idque ex ipsa Malabarum, & Nestorianorum confessione, & ex Canonibus antiquissimis

Apo-

Apoſtolis, & Oecumenicis Conciliis inſcriptis, quos genuinos, vel ſumma auctoritate dotatos omni procul dubio agnoſcunt, & venerantur Neſtoriani quorumcumque locorum.

Si ergo in Libris Neſtorianorum, etiam Eccleſiaſticis, ac Ritualibus quidpiam occurrat, quod contrarium videatur eſſe Primatui, dignitati, & prærogativis Romanæ Eccleſiæ, atque Romani Pontificis jura Primatialia in totum orbem turbet, ac poteſtatem, & juriſdictionem lædat, illud tamquam recens inventum, recentium Scriptorum, vel etiam Antiſtitum ſocordia, inſcitia, ſeu dolo irrepſiſſe habendum, & dicendum eſt, atque excogitatum cenſeri debet ad cohoneſtandam Neſtorianorum irrationabilem, iniquam, & injuſtam ſeceſſionem, & defectionem a religione Catholica, atque a ſupremo legitimo Capite, & centro Romano Pontifice. Quamobrem ſimilia aſſerta novitatis arguenda veniunt, ac tribuenda ſpiritui erroris, & vertiginis, ac inconſtantiæ, quo ſectarii, hæreticique homines a ſuperbo agitantur Lucifero.

§. III.

De Synodis Chaldæorum, ac Neſtorianorum.

PLures Synodos recipiunt Chaldæi, atque Neſtoriani, quas vel in Oriente, vel in Occidente celebrarunt vel Nationes integræ, vel Diœceſes, vel omnes ſimul Chriſtiani Communionis Catholicæ. Et ſane Neſtoriani etiam Synodum Nicænam I., & Conſtantinopolitanam I. admittunt, damnant vero Synodos Oecu-

menicas Ephesinam, & Chalcedonensem, in quibus Nestorii, & Eutychetis hæreses proscriptæ fuerunt. Unde Timotheus Patriarcha in Synodo Nationali, quam celebravit an. 786., & confirmavit an. 804. declaravit: *Anathematizatas fuisse Synodos Ephesinam, & Chalcedonensem ex eo, quod duas personas in unam coaluisse docuerint*. Jesujabus Episcopus Nisibenus, Ebedjesu Sobensis lib. Margheritæ Fidei part. 3. c. 4. de Sectarum divisione; Mares quoque in vita Patriarchæ Dadjesu, Amrus, quotquot denique Nestoriani Ecclesiasticam historiam scripserunt, infinitas in Synodum Ephesinam calumnias evomunt. Et quid mirum, cum non defuerint impii nostrorum temporum homines, qui eamdem Sanctam Oecumenicam Synodum traducere ausi sunt, quasi præcipitem, vel iniquam sententiam in Nestorium tulerit?

Ebedjesu Sobensis in Catalog. Scriptor. cap. 189. inter Synodos Occidentales recenset Ephesinam, quam hæreticus homo vocat *iniquam*, & Chalcedonensem. Et in Nomocanone part. 5. cap. 20. citat Canonem Concilii Chalcedonensis, non quod a Nestorianis id Concilium recipiatur, sed quia illius Canones in Codicibus Syriacis descriptos viderit. Ita Gregorius Bar-Hebræus cl. Monophysita ex eodem Concilio testimonia profert: *Sicut* (ita ille in Præfatione Libri Directionum, seu Nomo-Canonis, quem nuper jussu doctrina, Religione non minus, quam dignitate Emi Josephi Mariæ Castelli S. R. E. Card. Sac. Congregationis de Propaganda Fide Præfecti, latinitate donavimus) *ex Sanctis Patribus Canones protuli, ita ex non receptis receptas definitiones deduxi, Arianis inquam, qui Antiochiæ Canones 25. condiderunt, & Macedonianis, qui Gangræ 20., &* Leonis

nis *asseclis*, *qui Chalcedone* 27. *posuere*. Aliquando Nestoriani Chalcedonensis Synodi Decreta se admittere simularunt, ut scribit Leontius Byzantinus lib. de Nestorianorum impietate secreto tradita, ibi. *Primum* (inquit) *artificium simulationis dignum malitia eorum est, quod cum Sanctos Ecclesiæ Doctores, & a Deo datos non recipiant, simulant verbo se neque Nestorium, neque Diodorum primos impietatis suæ fontes recipere. Quin etiam magnam Synodum* (Chalcedonensem) *pro alio quovis invitamento simplicioribus proponunt, non quidem sentientes cum ea: nescio enim an ulli alii primas partes sentiendi contra eam concedant: gravem tamen personam ejus in suo actu sibi per simulationem imponentes, latent in ipsis negotii susceptis initiis. Cum vero semel suaserint Synodum recipere, aut nacti sunt aliquem, qui recipiat, percontantur, quemnam ex Patribus solitus sit, & placeat tractare, & exercere &c.*

Sed hic integrum caput 189. Catalog. Ebedjesu exscribam: *Synodi Occidentalium Apostolorum, Nicæna, Byzantina, Gangrensis, Ephesina iniqua, Chalcedonensis, & Antiochena*. Occidentales autem Sobensis vocat Syros, Græcos, Latinos, aliosque, quos Orientalibus Chaldæis, Chaldæorumque Nestoriano Patriarchæ subjectis Persis, atque Indis opponit. De Synodis autem, quæ apud Orientales Syriace, & Arabice circumferuntur, paulo post quædam dicam; nunc notandum occurrit, nec omnes a Sobensi enumerari; Ancyrani enim, Neocæsareensis, Laodicen, Sardicen., & Chartaginen. Conciliorum nulla fit mentio, ut de reliquis Oecumenicis Orientalibus sileam, quæ post Chalcedonense celebrata sunt. Nec quas ipse hic recenset, a Nestorianis omnes

rece-

receptas esse: nam Nestoriani duas tantum Synodos ex Oecumenicis admittunt, Nicænam scilicet, & Constantinopolitanam primam: Ephesinæ tamen, & Chalcedonensis Canonibus utuntur, uti mox dicebam, quod in iis de disciplina Ecclesiastica, & non de re Fidei ipsos inter, & Catholicos controversæ agitur. Quod autem *Synodos* dicit, non *Acta*, sed *Canones* Synodorum intelligit. Quidquid autem sit, an Acta Conciliorum, prout Græce, & Latine habentur, apud Syros, Arabesque integra extiterint, ea certe nulla hodie, quod sciam, Bibliotheca vel in Oriente, vel in Occidente repræsentat, sed Canones dumtaxat, definitiones, & Epistolas quasdam, de quibus tam Sobensis, quam alii Scriptores Orientales loquuntur.

Item judicia (ita subjicit Sobensis cap. 190.) *seu statuta Imperatorum Græcorum, quæ sanxere Constantinus, & Leo, & Theodosius invicti*. Jus scilicet etiam Christianorum Orientalium, quo tum Ecclesiasticæ, tum Civiles causæ definiuntur, tribus constat, Canonibus nempe Conciliorum, Responsis Patrum, & Statutis Imperatorum.

Item Synodi (sic subjungit cap.191.) *Orientalium, videlicet Mar Isaaci, Barsumæ, & Mar Abæ, Ezechielis, & Josephi, & Jesujabi, & Mar Timothei, & Josue Barnun, & Joannis*. Præter hic memoratas a Sobensi, aliæ plures Synodi ab Orientalibus Chaldæis, Syrisque tam Orthodoxis, quam Eterodoxis habitæ sunt, de quibus quædam dixi in Commentario nostro, quædam etiam mox dicam. *Constitutiones quoque Simeonis, Jesubochti Metropolitarum Persidis, & Ebedjesu, ac Georgii Metropolitarum Assyriæ. Nec non duo Tomi Collectionis Gabrielis*

Metro-

Metropolitæ Bassoræ, atque alius Tomus Mar Eliæ I. Catholici, & quatuor Tomi Eliæ Sobensis, cognomento Barsinæi. Hæc Ebedjesu Sobensis, verum de his Canonum Collectoribus, eorumque ætate plura in nostro Commentario.

Regula autem apud Chaldæos, ac Nestorianos obtinuit, & adhuc viget, quam Sobensis laudatus in Epitome Canonum tom.1. part.1 cap.2. refert in hæc verba: *Canones ab Episcopo, vel Doctore extra Synodum sanciti, Synodales minime vocandi sunt. Si vero eos Catholicus recipit, & ipse Patriarcha eorum causa Concilium cogit, in quo recipiantur, tum vero Synodici appellantur, ut sunt Judicia Timothei, & Josue Barnun, quæ a Synodo Patrum recepta sunt, & Synodica appellata.*

Sed Syllabum Conciliorum, & Epistolarum Synodicarum infra exhibeo secernendo Catholica, sive Orthodoxa Concilia ab Eterodoxis, quamvis ex lectione nostri Commentarii facile hæc cognosci possint, & secerni. Nunc autem, ut amicorum votis satisfaciam, nonnihil delibandum censui de Canonibus Nicænis, quos quidem moderni critici apocryphos judicant, etsi apud Nestorianos, Monophysitas, aliosque Orientales, etiam Orthodoxos, genuini, vel saltem auctoritate præditi noscantur.

Ebedjesus itaque Sobensis in Catalogo Scriptorum cap.57. de Marutha Maipheractæ Episcopo, qui floruit sub Imperatore Theodosio Seniore, Arcadio, & Theodosio juniore scribit: *Rogatu Isaaci Catholici* (ut idem Sobensis cap. 3. Epitom Canon. Synodal. declaravit) *Seleuciæ, e Græco in Syriacum sermonem convertit Canones Concilii Nicæni, scripsitque totam historiam illius Sanctæ Syno-*

Synodi. Elias pariter Damaſci Neſtorianus & ipſe in Canonum collectione de Marutha ſcribit, quod Leges, & Canones ab Epiſcopis Romanæ ditionis variis temporibus conſtitutos ad Orientales Provincias tranſtulerit: Nicænorumque Patrum Decreta ex Græco in Syriacum verterit, cum ab Izdegerde Perſarum Rege ad Romanorum Imperatorem cum epiſtola miſſus apud eumdem verſaretur.

Opus vere aureum. Sed proh dolor! (ita Patruus tom.1. Biblioth. pag.195.) necdum inventum: fortaſſe una cum aliis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis in aliquo Syriæ angulo tineas paſcit. Illud certe ætate Sobenſis exſtabat, nam Sobenſis ipſe in Epitome Canonum cap. 3. excerpta Nicæni Concilii hiſtoriæ profert, quæ ex narratione Maruthæ ſe deſumpſiſſe teſtatur, ac ſubdit apud Chaldæos Neſtorianos ex præfati Concilii Canonibus: *Nihil aliud exſtare, præter 73. Canones, quos Maruthas tranſtulit, & præter alios 20. qui nuper editi fuerunt*.

Hi ſunt Canones, qui *Arabici* vulgo dicuntur, quia ex Arabicis exemplaribus primum a Baptiſta Eliano Societatis Jeſu Presbytero Alexandriæ exſcripti, & in latinum verſi, deinde ab Orientalibus quibuſdam correcti, & ab Alphonſo Piſano, atque Franciſco Turriano ex eadem Societate Jeſu viris publici juris facti: demum a cl. Abrahamo Ecchellenſi Syro-Maronita ad ſex Editiones Orientales collati, atque elegantiori interpretatione publicati fuerunt. Vindicantur autem ab eodem Ecchellenſi in Opuſculo hac de re edito, ac a Thyrſo Gonzalez Societ. Jeſu de Infallibilit. Romani Pontificis diſput.3. ſect.2. ſ.9. Rejiciuntur vero ut ſpurii a Pearſonio

ſonio vindic. Ignat. part.1. pag.187., & poſt Juſtiniani ævum dicuntur confecti fuiſſe.

In quæſtione hiſtorica breviter quæ mihi probabilia ſunt aperiam. Jacobus Niſibis Epiſcopus anno Alexandri 636., Chriſti 325., una cum S. Ephremo in Bythiniam profectus, Concilio interfuit Nicæno, doctrinæ Orthodoxæ vindex acerrimus. Guillelmus Cave Hiſtor. Litter. tom.1. pag.170. Arabicos prædictos Canones a Jacobo hoc Niſibeno abjudicans ſcribit: *Næ vero illi nugantur, qui Jacobum noſtrum Canonum 84. Arabicorum Nicæni Concilii compilatorem faciunt*. Verum nugatur ipſe, ſiquidem velit, quod Jacobus Meſopotamiam redux Acta quædam, & Canones, Conſtitutioneſque Nicæni Concilii, cui interfuit, non ſecum in Aſſyriam detulerit, & promulgaverit Aſſyriis (quibus Nicænam fidem exponere omnino debuit) & tradiderit. An autem ſolos 20., qui noti, & vulgati habentur, Nicænum Concilium condiderit, & hos ſolos conſequenter in Meſopotamiam detulerit Niſibenus, & an nullæ aliæ Conſtitutiones a Nicæno editæ fuerint, quæſtio eſt.

Abraham Ecchellenſis in notis ad Catalogum Ebedjeſu de Scriptoribus pag.284. de Marutha loquens inquit: *Is poſt D. Jacobum Niſibenum, qui eidem Concilio interfuit, ſuam Syris novam tradidit Canonum, & Conſtitutionum verſionem una cum Actis, & Hiſtoria, quæ omnia hactenus Syris, Arabibus, aliiſque nationibus Orientalibus integra exſtant, ut alias in Præfatione ejuſdem Concilii* (Nicæni) *& Epitome diximus*. Gregorius Bar-hebræus in Chron. Syriaco part.3. ad vitam Iſaaci ſcribit: *Anno 691. Græcorum congregata fuit Synodus 150. Epiſcoporum*

porum Constantinopoli sub Theodosio seniore adversus Macedonium ejusdem urbis Episcopum, qui contra Spiritum Sanctum blasphemavit, affirmans illum esse creaturam. Iterum Maruthas Maipheractensis cum litteris ad Izdegerdem Legatus fuit anno ejusdem XI. *Qua occasione Isaacum Catholicum de causa Synodi admonuit. Is vero* XL. *Episcopos suarum Provinciarum congregavit, qui Constantinopolitanæ Synodi Decreto adamussim inhærentes, Macedonii damnationem ratam habuerunt. Idemque Maruthas Canones admirabiles Orientalibus præscripsit, eosque docuit Eutaxiam omnem.* Cum scilicet statuta Conciliorum Oecumenicorum Nicæni (cujus appendix videtur Sardicense) & Constantinopolitani in Syrorum sermonem transtulisset, & Collectionem Jacobi Nisibeni (forte raram effectam, aut mutilam, sive mendosam) recensitam, & locupletatam vulgavit. Hæc videtur communis Orientalium traditio, & sententia, qui licet in contrarias factiones divisi, seque mutuo diris devoveant, & eorum plerique in Romanam Ecclesiam iniqui, ab ejus communione, & ab ejusdem Capitis obedientia defecerint, omnes tamen Orientales isti Canones, & Constitutiones prædictas recipiunt, & Nicænos, atque Oecumenicos, anterioresque divisionibus, ac separationibus profitentur; quamvis in iis palam arguatur illorum secessio a subjectione Romani Pontificis tamquam iniqua, & injusta.

Ignorantiæ Orientalium tribuunt Critici moderni Europæi, quod Canones Apostolicos, Nicænos, aliosque antiquos Oecumenicos recipiant, & urgeant, qui tamen (si fides sit prædictis Criticis) post sæculum Justiniani invecti, ac divulgati censentur. Nolo in quæstione

ſtione critica diſcutienda moroſus eſſe, hoc unum dico, quod prædictorum Canonum auctoritas penſanda hic veniat ab eorum auctoritate, qui illos recipiunt, eiſdemque utuntur. Noſtra quippe facimus, quibus auctoritatis noſtræ robur impertimur, ut loquuntur Imperatores. Et quæ protervia eſt, rejicere veluti non ſatis antiquos Canones, quorum nullus tam recens eſt, qui non multis ſæculis vetuſtior ſit Conſtitutionibus, quas Novatores in forma regiminis exterioris obtrudere vellent? At quodcumque tandem Novatorum, & Criticorum judicium ſit de prædictis Canonibus, & Conſtitutionibus, in quibus politia Eccleſiæ, Hierarchiæ ordo, ac jura divinitus inſtituta explicantur, ad circumſtantias exiguntur, definiuntur, & ſanciuntur; *quin ex illis traditio*, & *diſciplina Eccleſiæ certo eliciatur*, *negari non poteſt*, *etiamſi neſciatur* a quo, & quando ſcripti ſint, & promulgati. Quemadmodum enim Lutheranis Helveticis, Anglicanis, Genevenſibus, aliiſque Canonibus, & Conſtitutionibus, non ex auctorum nomine comparatur Auctoritas ad probandam illorum, qui iis utuntur, diſciplinam, ſed ex uſu, & approbatione; ſimili fere ratione de Orientalium, Syrorum, Arabumque Canonibus ſtatuendum eſt; cum habeant præterea longinqui temporis auctoritatem; & ne per conjecturam quidem aſſequi valeamus, quì ab Orientalibus, maxime Aſſyriis, & Neſtorianis, Canones, & formæ regiminis Eccleſiaſtici, quæ per falſas, uti dicunt Decretales, invectæ ſunt in Romano Patriarchatu, fuerint recepti, adprobati, & ceu Apoſtolici, Nicæni, Oecumenicique adoptati. Nihil ergo agunt, quicumque ſimiles Canones rejiciendos contendunt tamquam ſuppoſitos aucto-

 ribus,

ribus, quorum nominibus insigniuntur, modo illos a Christianis, apud quos reperiuntur, usurpatos, & probatos fuisse constet. Neque recentiorum temporum commenta variis contaminata vitiis, sed Apostolicæ sinceritatis monumenta sunt illi, qui consensu, & traditione Ecclesiæ præscripti videntur.

Novum porro non est, quod Schismatici, ac Hæretici homines foras exportent Canones sanctos, & regulas Ecclesiæ antiquas, atque ad suam sectam, & disciplinam communiendam accomodent; id vero Ecclesiæ usuvenit, non tamen exinde Orthodoxi quidquam ab aliis accipiebant, quod non sinebat hæresis odium, neque locum apud ipsos habere poterat; Ecclesia enim Christi florentissima, & legibus, ac institutis ad Hierarchiæ ordinem, & functiones recte, & secundum ordinem habendas abunde instructa a spiritu Christi, qui manens in ea usque ad consummationem sæculi, eam docet omnem veritatem, quidquam ab aliis doceri opus non habebat.

Sed cum suppositos, adulterinos, & fictos Canones pronunciant, docendi sumus a quibus, quo sæculo, quo fine fraus illa facta fuerit. Architectos sane fraudis illius nemo designare potest, cum in eam Hierarchiæ formam omnes Ecclesiæ, licet inter se sejunctæ, & dissentientes, consenserint a multis sæculis. Acta aliqua, vel instrumenta fabricare homines, ad fallendum parati, possunt, quæ suo tempore in lucem proferantur, & aliquibus fucum faciant, qui suo testimonio alios in errorem inducant. In Canonibus, & Constitutionibus regimen, & politiam Ecclesiæ spectantibus existimabit ne quispiam introductam fuisse, nemine reclamante, no-

novam defectibus, vitiis, tyrannide, & iniqua usurpatione scatentem formam, quæ statim ubique suscepta fuerit, & reliquas omnes, præsertim Apostolicam illam, quam Novatores (sibi tamen ipsis contradicentibus) somniant, aboleverit? Quando tandem, quo sæculo tanta mutatio facta est? Scire enim illud debent, qui de ea tam confidenter pronunciant. At unde id habebunt? cum nullus probatus auctor Ecclesiasticus, historia nulla, nullum Concilium Oecumenicum ratum rei tam novæ, tam inauditæ mentionem fecerit.

Quo fine etiam, & cui bono? An ut superseminarentur zizania in medio sementis Evangelicæ, & ut Apostolica illa Hierarchiæ forma, de qua tamen numquam Novatoribus inter se convenit, suffocaretur, & periret? Verum cum ea ipsa Novatorum forma toto cælo differat ab omnibus aliis, Christiani quidem nullo negotio partes Hierarchici regiminis fere omnes Patrum, Conciliorum, & Scriptorum testimoniis ita communiunt, ut nihil suis in juribus, nihil in disciplina, & politia communi esse constet, quod longo Ecclesiarum (etiam Eterodoxarum) usu, priusquam a Gratiano, vel, nescio, quo Mercatore scriberentur, confirmatum non fuerit, id quod de primitivis Evangelicis (ut ajunt) & Apostolicis formis suis jactatis Novatores præstare non possunt.

Fraudem illam Conciliis Oecumenicis Ephesino, & Chalcedonensi antiquiorem esse oportuit, cum Nestoriani, & Monophysitæ ab Ecclesia Catholica secedentes, eamdem politiam, disciplinam, ac regiminis formam servaverint. Notum porro est, quot controversiæ, etiam in minimis rebus, & disciplinæ, ac politiæ

tiæ capitibus, exortæ fuerint, quot continua certamina inter Orthodoxos, & Etherodoxos, Orientales inter, & Occidentales, atque inter ejuſdem etiam Eccleſiæ membra: omnes tamen exacte veteri formæ, ac diſciplinæ adherere ſe dicebant, itaut ab ea recedere flagitium exiſtimarent. Quis ergo exiſtimabit in tota ſacri regiminis forma, ac diſpoſitione, adeo negligentes fuiſſe, ut pro Apoſtolica illius ſuſtinendi forma, novam, vitioſam, ac tyrannicam ſubſtitui paterentur?

Hæc ergo regula, hic Hierarchiæ ordo, hæc poteſtas Hierarcharum, ab initio Evangelii decucurrit, & per temporum, ac locorum vices, & adjuncta explicata fuit, ac applicata, etiam ante priores quoſque Hæreticos, nedum ante Heſternos Novatores. Heſterni porro ſunt vel ipſi Neſtoriani, Monophyſitæ, aliique ſectarii, quamvis a ſæculo v. ſeſe ſeparaverint ab Eccleſia Catholica; ii omnes ex nobis prodeuntes, noſtra Sacramentalia, noſtras Regulas, noſtros Canones, noſtras Conſtitutiones retinuere, licet nonnullis in locis, ac temporibus ea veneno ſuæ pravæ doctrinæ, ac ſectæ inſperſerint, & ad ſua traxerint deſideria; ſumma tamen ſemper verſutia, ac fraude, quandoquidem Codices, ac Tabulas, quæ in manibus Catholicorum erant, diſciplinamque univerſalem, quæ obtinebat, penitus corrumpere, & pervertere, ac aperte vitiare non potuerunt. Ex illis tamen corruptionibus, depravationibus, ſiniſtris interpretationibus, & iniquis, ac illegitimis applicationibus nullum effici poteſt argumentum contra Canonum, & Regularum Eccleſiæ auctoritatem, quæ in eo ſita eſt, quod Eccleſiæ Conſtitutionem, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ formam, & regulam, ac jura illi

illi repræſentent; hæc autem Eccleſia loquitur omnium gentium linguis, quia in unitate eſt omnium gentium. Unitas porro illa fidei eſt, & communionis, atque conteſſerationis; fidei vero depoſitum ſervavere ſingulares Eccleſiæ cum centro conjunctæ, neque a Capite, Magiſtro, & Paſtore ſejunctæ; & certe voces Eccleſiarum audiendæ ſunt, cum ea loquuntur, quæ ſemper, & ubique credita ſunt; tunc enim non tam illæ audiuntur, quam Paſtor bonus, qui audiri ſe teſtatus eſt ab illis, qui diſcipulos ſuos (in Petra utique fundatos, a centro unitatis non ſeparatos, & a Capite non abſciſſos) audierint, ab ovibus nempe ſuis, quæ non noverunt vocem alienorum.

Itaque ſi in Canonibus, Conſtitutionibus, *Monumentis*, & Tabulis publicis *Neſtorianis*, *Jacobiticis*, aliiſque gentium, quæ Chriſtiano nomine cenſentur, quidpiam animadvertamus, quod ad hæreſim eorum inſinuandam, aut ſchiſma confirmandum pertinet, aut illorum ſectæ interſperſa ſemina perſpiciamus, jam non Eccleſia loquitur, ſed alieni, quorum voces Chriſti oves non audiunt, ſcilicet, quia de novitate doctrinæ conſtat, & de injuſta, ac illegitima ſeceſſione, quia non ubique, ſed inter ſolos Neſtorianos hæc audiuntur, & probantur, & ab omnibus aliis Chriſtianis cum horrore rejiciantur; quin & vel ab ipſis ſectariis aliis in ſuis Eccleſiaſticis Monumentis, & Conſtitutionibus clariſſimè oppugnentur. Sed ſatis hic præfatus ſum de Synodis Chaldæorum, ac Neſtorianorum; quarum Indicem ſubjiciam poſt illum Patriarcharum.

§. IV.

§. IV.

De supremo Antistite sive Catholico, sive Patriarcha Nestorianorum.

QUamvis ex iis, quæ §. I. late descripsimus, satis hoc argumentum confectum videatur, juvat tamen in hoc §. plenius de eo agere.

Primis itaque Ecclesiæ temporibus in Romani Imperii dispositione universus Oriens, qui a Thracia per Ægyptum, & Asiam minorem usque ad Euphratem, & Tigrim extendebatur, quinque amplas Provincias continebat, quæ Constantini M. ævo Diœceses appellatæ sunt; Ægyptiacam nimirum, Orientalem Asiaticam, Ponticam, & Thracicam, quæ Magistratibus sibi Præfectis parebant. In majoribus earum civitatibus institutæ sunt jam ab Apostolorum temporibus præcipuæ Sedes, quæ subjectas Ecclesias regerent, duæ Patriarchicæ, ac tres Primatiales. Ægyptiacam enim Diœcesim Alexandrinus Patriarcha administrabat; Orientalem Antiochenus: Asiaticæ vero præerat Ephesinus Primas; Thracicæ Heracleensis, ac Ponticæ Cæsareensis.

Commune ab initio omnibus Episcopis nomen; postea Archiepiscopi, Metropolitani, Primatis, Exarchi, Catholici, & Patriarchæ titulus pro uniuscujusque Ecclesiæ dignitate attributus. Canone vi. Concilii Nicæni hæc Sedium Orientalium privilegia ab Apostolis orta indicantur. Cum enim Alexandrino Episcopo jus suum juxta formam Romani Patriarchatus his verbis tribuisset: *Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Lybiam, & Penta-*

Pentapolim, itaut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & urbis Romæ parilis mos est. Subjungit de reliquis Primariis Orientis Præsulibus: *Similiter & apud Antiochiam*, cæterasque Provincias, *suis privilegia serventur Ecclesiis*, ubi per *cæteras Provincias* intelligunt Nicæni Patres, *præsertim tres Diœceses autocephalas ab omni potestate Patriarchali liberas, & exemptas, habentesque Primatem pari potestate gaudentem in subjectas sibi Provincias, nempe Diœcesim Asiaticam sub Ephesino; Thracicam sub Heracleensi; Ponticam sub Primatu Cæsareensi*, ut inquit Christianus Lupus in citati Canonis expositione.

Quæ autem extra Romanum Imperium erant Christianorum in Oriente Ecclesiæ, ut in Perside, Media, Parthia, Armenia majore, Iberia, & India, eæ ad Patriarcham Antiochenum spectabant sub magnis Metropolitis, quos sequior ætas *Catholicos* nuncupavit. Duo autem ab initio fuere sub Antiocheno Patriarcha *Catholici*, nimirum *Persidis Metropolita*, qui Christianos in tota Persia, & magna India versantes regebat; & Seleuciæ Archiepiscopus, qui Assyriis, Chaldæis, & Arabibus Christianis sub Persarum Regum ditione positis præerat. Horum institutio antecedit Nicæni Concilii tempora, nam Joannes Persidis Episcopus Concilio Nicæno subscripsit, & Simeon Archiepiscopus Seleuciæ, & Ctesiphontis sub Sapore Rege occubuit circa ann. Chr. 330. Circa ejusdem Concilii Nicæni tempora emerserunt Armeniæ, & Iberiæ Catholici. Cum enim Constantino Imperatore, & Tiridate Armenorum Rege S. Gregorius, *Illuminator* dictus Armenos, Iberos vero Christiana quædam ancilla, quam *Nune* Armeni vocant,

ad Christi fidem adduxissent; utrique genti Episcopus datus fuit; Armenis quidem S. Gregorius, Iberis vero Gregorius alter ejusdem nepos. Horum successores Catholici appellati: sed & apud Græcos binos Catholicos Patriarchatus Antiocheni suo ævo exstitisse perhibet Nilus Doxopatrus, qui Tract. de Quinque Thronis Patriarchalibus ann. 1043. ad Rogerium Regem Siciliæ scripsit; Indiæ nimirum, & Babylonis, seu Bagdadi; Seleuciensem vero Præsulem non Catholici, sed Metropolitani titulo ornatum, eidemque octavum inter Metropolitas locum attributum.

Apud Nestorianos aliter se res habuit, ex quo enim ab Ecclesia Catholica avulsi sunt, Seleuciæ Archiepiscopus caput, & princeps ejus sectæ factus ab Antiocheni Patriarchæ obedientia defecit, uti supra diximus, seque ipsum Catholicum Patriarcham appellavit; id vero factum est post Acacii obitum, cum *Babæus* illius successor an. 498. Sedem Seleuciensem occupavit infectus labe Nestoriana. Qui Babæum excepere iisdem inquinati erroribus, Patriarchicam dignitatem sibi vindicarunt. Ante eum Christi annum Seleucienses, & Persidis Metropolitani sub Patriarchæ Antiocheni potestate vixerant: idque unum ab Antiocheno Episcopo privilegium obtinuerant, ut a suis Suffraganeis ordinarentur; neve ordinationis causa Antiochiam adire cum vitæ periculo cogerentur, uti in Nicænis Arabicis Canonibus dicitur. Quidquid aliter de Patriarchatus sui institutione scribunt Nestoriani, id a nobis supra confutatum fuit.

Post annum Christi 500. Nestorianorum Antistes Persidis etiam Metropolitam ditioni suæ subjicere aggressus

greſſus eſt. Ex Coſma Indicopleuſte, qui Topographiam Chriſtianam edidit anno Chr. circiter 535., habemus, quod Neſtorianorum omnium Catholicus haberetur Seleuciæ Antiſtes *Patricius*, ſeu *Mar-Abas*, idemque Archiepiſcopalem totius Perſidis Thronum occupaſſe dicitur. Ebedjeſus Sobenſis Epitom. Canon. P. 8. c. 15. ſcribit, Eccleſiam Perſidis non ante 420., quo *Jaballahæ* Synodus habita fuit, Metropolitæ jura accepiſſe: ab eodem autem *Jaballaha* ſextum illi inter Metropolitanas Sedes locum decretum fuiſſe.

Verum ante Jaballahæ tempora Epiſcopus Perſarum Metropoliticis prærogativis gaudebat, ut dixi: poſt Jaballaham vero uſque ad an. circiter 800. de Primatu cum Seleucienſi Catholico contendebat, teſte Gregorio Bar-hebræo in Chronico. Abulfaragius Benattibus in Arabica Canonum Collectione hunc Iſaaci Canonem refert: *Si Epiſcopus mortuus, aut depoſitus fuerit, ad Præſulem Modainæ* (Seleuciæ) *ſpectat ejus loco virum idoneum ordinare. Barſumas vero, ejuſque ſocii id æquum eſſe negarunt, affirmaruntque non licere Præſuli Modainæ cauſam ullam cognoſcere in Sedibus Metropolitarum, & Epiſcoporum regni Perſarum, neque ordinare Metropolitas, aut Epiſcopos, aut Presbyteros, aut Diaconos ex Sedibus Metropolitarum, neque judicium ullum in eorum Provinciis exercere*. Idem Barſumas in Conventu Sectariorum conſtituit, ut Epiſcopi uniuſcujuſque Metropolitæ congregentur, eumque ordinent. Cumque idem Barſumas errorem ſuum cognoviſſet, ab illo tamen nequaquam receſſit, ſed Epiſcopos Gandiſapor, & Baſſoræ ad ordinandum Huzitarum Antiſtitem congregavit, ne hic *perfectione* indigeret, uti habet *Benattibus* in Nomocanone

 p. 173.,

p. 173. ; hoc eſt ne Seleuciæ Archiepiſcopum adiret, a quo perficeretur, ſeu confirmaretur ; contendebat namque Archiepiſcopus Seleuciæ Metropolitarum omnium ordinationem ad ſe ſpectare ; Epiſcopos vero a Metropolitis ordinatos, a ſe perfici, & confirmari debere. Barſumæ exemplo reliqui Perſarum Primates cum Seleucienſi diu altercati ſunt. Simeon Perſarum Metropolita circa an. 654. a Jeſujabi Adiabeni poteſtate ſe ſubtraxit ; ſed Georgius Jeſujabi ſucceſſor, confirmato Perſidis Metropolitæ in Catarenſes imperio, eumdem Simeonem allexit, ut ſibi obtemperare non detrectaret. Cognominem Simeonem circa an. 800. antiqua Sedis ſuæ privilegia obtendentem, Timotheus a GEORGIO Decimus ad obedientiam adduxit, conceſſa eidem facultate, ut *Epiſcopos ipſe conſecraret*, perficeretque ; ne ſcilicet, inſtar ceterarum Diœceſeon *Epiſcoporum* cogerentur adire Catholicum, ut ab eo perficerentur. Hic Metropolitarum Perſidis ſtatus erat circa an. Chr. 1280., quo Bar-hebræus Chronicon Syriacum ſcripſit. Anno demum 1580., quo *Atallahæ* ſucceſſor *Ebedjeſu* orthodoxus Chaldæorum Patriarcha obiit, Simeon Denha ex Gelu, Seert, & Salmaſæ Archiepiſcopo, factus ejuſdem gentis Catholicus, ab Eliæ Neſtoriani Patriarchæ obedientia ſecedens, Sede in Perſidis Montanis fixa, communique cum Elia Catholico *Patriarchæ* titulo aſſumpto, antiquam Perſarum Metropolitarum dignitatem, Seleucienſium Catholicorum æmulam reſtituit, quam ejus ſucceſſores ad hanc diem ſartam, tectamque conſervant.

Quatuor titulis appellatum legimus Seleuciæ, & Cteſiphontis Antiſtitem, qui hodie Patriarcha Neſtoria-

norum

norum audit; *Episcopi* scilicet, quo nomine appellantur Papas, Simeon, Saadostus, Barbaseminus ejus Ecclesiæ Præsules in Actis Mm. Orientalium Chaldaice & Latine vulgatis a consobrino Stephano Evodio Archiepiscopo Apameno, qui post Patrui obitum Bibliothecæ Vaticanæ Custos primarius præest. Sozomenus lib.2. c.9., S. Simeonem *Archiepiscopi* titulo ornat. In Epistola Synodica supra relata idem Archiepiscopus *Metropolita magnus* dicitur, qui Seleuciæ in urbe magna Arsacidarum in magna Ecclesia Cochensi sedet, totiusque Orientis principatum tenet. Apud Cosmam Indicopleusten *Archiepiscopus Persidis*, & *Catholicus* appellatur *Patricius*, seu *Marabas*. In Synodo Isaaci Metropolita magnus titulo *Catholici* adjungitur. Omisso Seleuciæ, & Ctesiphontis nomine, alicubi *Catholicus* absolute, sæpius cum addito *Orientis* dicitur. Simeon Betharsamensis apud Patruum tom.1. Biblioth. pag. 358. *Babæum Catholicum* vocat. Auctor Catalogi Patriarcharum Chaldæorum apud cit. Assem. p.351. Acacium *Catholicum* fidelium nominat. In Synodo Dadjesu: *Nec quisquam ex quavis causa existimet, aut dicat*, Catholicum Orientis *judicari posse ab iis, qui infra ipsum sunt*. Salomon Bassoræ Episcopus Catalogum eorum Antistitum texit hoc præfixo titulo: *Nomina Catholicorum Orientis*. Canone Arabico Nicæno 38. Seleuciæ Antistiti nomen *Catholici* adjungitur. Ebedjesus Sobensis S. Simeonem *Catholicum* Seleuciæ, & Ctesiphontis appellat. Tom.1. Biblioth. Assem. pag.8.

Catholico titulus Patriarchæ accessit; in Synodica citata Occidentalium, dicitur *Patriarcha Orientis*. Gregorius Bar-hebræus inquit apud Assem. tom.3. Biblioth. p.396.: *Occidentales Episcopi Orientalibus permiserunt*...

ut

ut magnus ille Orientis Metropolita Catholici, *&* Patriarchæ *nomine decoraretur*. Eodem titulo insignitur in Pontificali vulgato a nobis Cod. Liturg. E. V. tom. 13. Jaballaha in Epist. ad Benedictum XI. Papam an. 1304. seipsum appellat *Catholicum*, & *Patriarcham totius Orientis*. Sobensis apud Assem. tom. 3. Biblioth. p. 60. ad Canonem Isaaci, *Catholici* loco, Episcopi nomen cum titulo *Patriarchæ* conjungit. Nunc omnes Nestorianorum Patriarchæ hunc Epistolis suis titulum præfigunt: *N. Catholicus Patriarcha*, vel *N. Patriarcha*, adduntque Sedis nomen.

Noverunt equidem Nestoriani sectæ suæ Præsidem, non Patriarcham, sed Catholicum olim fuisse Antiocheno Patriarchæ subjectum: Catholico tamen nomen Patriarchæ adjicere cœperunt, postquam Nestorianam hæresim amplexi sunt, ut supra ex Arbelensi observavi, qui Nestorianus scriptor dum ait, a SS. Patribus id traditum esse, antiquam Ecclesiæ disciplinam forte intellexit, secundum quam, etsi non nomen, res tamen per Episcopum, Metropolitam, Catholicum, & Patriarcham significata ab initio viguit.

Fuere enim a temporibus Apostolorum, qui urbem unam regerent, & qui multarum urbium Rectores præessent: hos sequior ætas Metropolitas, seu Archiepiscopos vocavit, illos Episcopos. Fuere etiam, quibus Præsules aliquot Provinciarum subessent, quos Catholicos, Primates, Exarchos dicimus. Fuere denique quorum regimini magna aliqua orbis pars commissa fuit, quibus perinde Catholici, Metropolitæ, & Episcopo subjecti essent, hos Patriarchas nuncupamus.

Vera Patriarcharum Nestorianorum Sedes, ac titulus

lus antiquissimus Seleucia, & Ctesiphon est, quæ duæ urbes conjunctæ adeo erant, ut urbs una viderentur; quippe fluminis tantum intercursu dirimebantur. Quoniam vero Seleucia Babyloni, & Bagdadum Ctesiphonti successit, recentioresque Bagdadum pro Babylone accipere consueverunt; hinc factum est, ut Nestorianorum Patriarcha, Seleuciæ, & Ctesiphontis titulum in Babylonensem, & Bagdadensem mutaverit. Sicuti autem Bagdadensis, seu Babylonici, ita & Mosulani titulus Patriarchæ Nestorianorum adhæsit, ex fixo scilicet in ea urbe domicilio. Est autem Mosul urbs satis ampla Assyriæ cis Tigrim fluvium intra Mesopotamiam posita ex adversa Tigris parte ad ortum habens ruinas antiquæ Ninives. Sulaka, & Abdjesus Catholici a Romano Pontifice confirmati in urbe Mosul, *ubi Nestoriani Patriarchæ morabantur*, *Sedem figere nequiverunt* : Amidam ergo profecti sunt. Hinc pro Mosul nomen Amidæ usurpare cœperunt.

Alios Sedi suæ titulos Nestoriani Patriarchæ adjungunt; ab Apostolis scilicet, qui Assyrios, Persasque docuisse perhibentur; a populis, quibus præsunt, & a mundi plaga, quam incolunt, petitos. Sed nunc hos titulos præ ceteris usurpant: *Patriarcha Orientis*, *Patriarcha Orientalium*, *Patriarcha Chaldæorum*. Cum autem Nestorianum nomen (Assem. tom. 4. Bibl. pag. 628.) a se amoliri conentur, nulla mihi hactenus Epistola occurrit, in qua seipsos Patriarchas Nestorianorum compellent.

Loca, quod attinet, in quibus Patriarchæ Nestorianorum mansionem habuerunt, ex ipsorum historia patet, quod Seleuciæ apud Ecclesiam Cochensem habita-

bitarunt uſque ad VIII. Chriſti ſæculum, quo Bagdadum ab Almanſore Calipha conditum eſt. At tempore procedente alibi domicilium pro opportunitate fixere, ut ex Cod. Liturg. tom. 13 , & præſentis Commentarii lectione perſpicuum fit.

Ex his, quæ diximus, palam fit, qui modo Neſtorianorum ſummus Antiſtes dicitur, eum fuiſſe Seleuciæ, & Cteſiphontis Epiſcopum : Babyloniæ, Aſſyriæque Archiepiſcopum, ſeu Metropolitam, Chaldæorum, Perſarumque Primatem, ſeu Catholicum; omnium denique Neſtorianam hæreſim profitentium, Patriarcham. Si conſideretur ut Patriarcha, nullis apud ſectarios limitibus poteſtas ejus definitur: Neſtorianis enim omnibus præeſt, ubicumque terrarum verſentur. Cumque in ipſum jura *Primatialia*, & prærogativæ, ſeu dotes Doctoris, Magiſtri, Paſtoris, Centri, Primatis, atque Capitis Eccleſiæ univerſæ Chriſti, quam unam, unicam, & illibatam apud ſe inique, & falſo hæretici cenſent conſiſtere, tranſierint, ac in ipſum devoluta cum juribus Catholici conſolidata fuerint ex ipſorum Neſtorianorum ſyſtemate, plenitudinem Apoſtolicæ poteſtatis in omnes Chriſtianos ſive Laicos, ſive Clericos, ſive quacumque præeminentia, dignitate, gradu Laicis, Eccleſiaſticiſque præfulgentes homines ſibi ineſſe Neſtoriani Patriarchæ credunt; unde illa omnia jura, & dotes, ac privilegia, quæ a Theologis, & Canoniſtis Romanis poſt receptas Decretales (uti quidam effutiunt) & collectionem Canonum Gratiani vulgatam adſeruntur, vindicantur, & adjudicantur Romano Pontifici; eadem amplioribus forte, & incircumſcriptis limitibus nunc Neſtoriani, uti & olim (ante ſcilicet ſæculum, quo

quo tales Decretales in Occidente confictì dicuntur a nonnullis) ſibi attribuunt Neſtoriani, ſuoque Patriarchæ adſcribunt, tamquam neceſſario fluentia, vel connexa cum Primatu a Chriſto ſupremo omnium Domino ad ſervandam unitatem Eccleſiæ ſuæ viſibilis, & Catholicæ perpetuo, & ſtabiliter inſtituta, & ab Eccleſia a primis uſque ſæculis uti talia agnita, declarata, expoſita, definita, ſancita, & recepta; hæc autem jura alibi etiam ex Neſtorianorum, ac omnium Chriſtianarum gentium ſententia propoſuimus.

Tamquam Chaldæorum, Perſarumque Primas, ſeu Catholicus a Meſopotamiæ finibus uſque ad extremos Indiarum terminos, Metropolitas omnes, Epiſcopoſque ſuæ ditioni ſubjecit; qui olim a duobus Primatibus, Seleuciæ nimirum, atque Perſidis pendebant, poſtea unum Neſtorianorum Catholicum Seleucienſis Eccleſiæ Antiſtitem agnovere.

Ut vero Seleuciæ, & Cteſiphontis Epiſcopus, utramque urbem regit. Translata autem primo Bagdadum, deinde Moſulum Sede Epiſcopalem etiam Diæceſim ampliavit, binis hiſce civitatibus Seleucienſi Eccleſiæ adjunctis. Idem fere dicendum de Joſephis Patriarchis Orthodoxis, qui Sedem Amidæ fixerunt; deque Simeonibus, qui in Ormi, aliiſve Mediæ, ſeu Perſidis morantur locis; urbes enim illas Metropoliticis, ſive Epiſcopalibus privilegiis, ac juribus exutas, ſuo ſubjecere imperio.

Sed quoniam de Diæceſi Chaldæorum poſt labores Cll. Patrui, & Quienii, aliorumque eruditiſſimam Diſſertationem, propediem vulgandam, compoſuit Cl. Stephanus Borgia Sac. Congreg de Propaganda Fide a Secretis digniſſimus, idcirco plura dicere ſuperſedeo.

§. ULTIMUS.

De Scriptoribus Chaldæis, ac Nestorianis.

Restat jam, ut de Scriptoribus, quorum laboribus usi sumus in Commentario hoc faciendo, quædam dicam. Tres Catalogi Patriarcharum Chaldæorum, & Nestorianorum exstant Romæ in Bibliotheca Vaticana ex Oriente asportati, duo Syriace, tertius Arabice conscripti.

Primus Catalogus, quem in Appendice 2. Syriace primum, deinde Latine versum exhibemus a pag. 257. repræsentat sola nomina Catholicorum, seu Patriarcharum num. 79. incipit autem ab Adæo, & Mari, & desinit in *Surinum*. Auctor est Salomon Bostrensis Nestorianus Metropolita sæculi XIII. Scriptor; & continetur in libro inscripto Spicilegii *Apum*. Codex, ex quo Catalogum exscripsimus, exstat in Bibliotheca Vaticana, & recensetur ab Assemano tom. 1. Biblioth. Orientalis pag. 575. ac numeratur 17. inter Codices Syriacos Vaticanos. Codex autem est in 4. bombycinus constans pag. 129. caractere Chaldaico exaratus fuit a Gabriele Monacho in Beth-Selom vico regionis Baz an. Græcor. 1787. feria 4. die 14. Febr. De Salomone vero auctore plura videsis in Commentario nostro a pag. 174.

Alter Catalogus, quem metro Heptasyllabo compositum exhibemus Syriace, & Latine in Appendice num. 3. pag. 261. incipit a Beatis *Thadæo*, & *Mari*, & desinit in Timotheum (quem num. 74. dicit) Jaballahæ successorem, qui vivebat circa an. 1300. Exscriptus

ptus eſt vero Catalogus iſte ex Cod. Amidenſi VII. apud cit. Aſſeman. pag. 582. Codex autem iſte in fol. *bombyc.* pag. 260. conſtat, ac litteris Chaldaicis exaratus fuit ab Abdalla Presbytero Aſſyrio feria 3. die 2. Julii an. Græc. 1871. in Monaſterio S. Phetionis Martyris in regione Mardenſi ſub Elia Patriarcha Chaldæorum, & Jeſujabo Metropolita Sobæ, Armeniæ, & Mardæ.

Tertius Catalogus, quem Arabice, & Latine exhibemus in Append. ſub num. IV. pag 268. exſcriptus eſt ex Cod. Arab. 37. (tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 508.) Codex in 4. bombycin. pag. conſtans 93. Arabicis litteris, & ſermone exaratus fuit ab Ehetalla Tagritenſi Medico in urbe Tagrit die 13. menſis *Scival* an. Hegyræ 617. Continet autem Nomo-Canonem ab Elia Metropolita Damaſceno Neſtorianorum ſcriptum. Fere ad calcem partis 2. leguntur nomina prædicta Patriarcharum Orientis ad Adæo Apoſtolo uſque ad Timotheum ſucceſſorem Jaballahæ, qui 76. numeratur.

Sed quoniam Catalogi prædicti ſola fere nomina exhibebant, aliorum Scriptorum Neſtorianorum, & Monophyſitarum ſcriptis uſi ſumus; ac præſertim Amri, Maris, & Bar-hebræi. Tom. 2. Biblioth. Orient. p. 509. recenſetur ſub num. XLI. in 4. bombyc. pag. 257. Codex inſcriptus *Turris* auctore Amro filio Matthæi Neſtoriano ſæculi XIV. ſcriptore, de quo diximus in Comment. pag. 206. quamvis autem Codex mutilus ſit ab initio, & in fine, tamen autographus videtur; in ejus parte 5. legitur hiſtoria Patriarcharum Orientis a Thoma Apoſtolo uſque ad Jaballaham ſucceſſorem Denhæ; ſubjicitur etiam Tabula Sedium Metropolitanarum eidem Patriarchæ Neſtoriano ſubjectarum. Non diſſimilem Tractatum

vulgaverat Mares Salomonis filius ſub Barſuma, & Ebedjeſu Neſtorianorum Patriarchis ſæculo XII. clarus, in quo Tractatu hiſtoria Arabica Patriarcharum ab Adæo, & Mari Chriſti Diſcipulis uſque ad Ebedjeſu Barſumæ ſucceſſorem ſcribitur. De hoc autem Mari egimus pag. 157., & pag. 208.

Bar-hebræus cel. Syrus Monophyſita floruit ſæculo XIII. natus quippe an. Chr. 1226., obiit an. Ch. 1286. inter cætera, quæ edidit ſcripta, de quibus conſule Patrui Biblioth. tom. 2. cap. 42. Chronicon Syriacum ab orbe condito ad ſuam uſque ætatem perductum, & in Partes tres diviſum ſcripſit. Pars I. Chronicon Patrum, & Regum, in quo de rebus geſtis ab Adam ad regnum Chaldæorum ſub Nabuchodonoſor; a Chaldæis ad Medos, & Perſas: ab his ad Alexandrum Magnum, & Ptolemeos Reges Ægypti; mox de Imperatoribus Romanorum in Occidente, & in Oriente uſque ad Heraclium: demum a Mahomete Pſeudopropheta Arabumque imperio uſque ad regnum Tartarorum, quos Mogulenſes vocant, ad an. Græc. 1600., Chr. 1289. per cap. 332. Pars 2. Chronicon Patriarcharum Antiochiæ, & Jacobitarum. Opus bifariam diviſum; & prior quidem pars inſcribitur: *Series Summorum Pontificum Veteris Teſtamenti*, ab Aaron uſque ad Hananum Caiphæ ſocerum, hoc eſt, uſque ad Paſſionem Domini. Altera vero, *Hiſtoria Summorum Sacerdotum Novi Teſtamenti*, ubi præjacta de Pontificatu Petri Apoſtoli, ac Sedibus Patriarchalibus ab ipſo fundatis præfatione, ſeries, reſque geſtæ Patriarcharum Antiochiæ accurate deſcribuntur ab Evodio ad Ephremum Amidenſem, qui eo tempore Eccleſiam Antiochenam rexit, quo Severus ob

ob hæresim Sede pulsus, Ægyptum, & Syriam Monophysitico errore inficiebat; post Severi obitum sequitur exacta Patriarcharum Jacobitarum historia a Sergio, qui primus ei genti præfuit, ad Nemrod cognomento Philoxenum, qui obiit an. Græc. 1596., Chr. 1285. Hinc ab anonymo continuatur eadem historia usque ad Noe Libaniotam, qui an. Græc. 1804., Chr. 1493. ordinatus fuit.

Pars III. Chronicon Primatum, Patriarcharum, & Maphrianorum Orientis, tum Chaldæorum Orthodoxorum, tum hæreticorum Nestorianorum, & Jacobitarum a Thoma Apostolo, ejusque Discipulis Adæo, & Aghæo usque ad Jaballaham, qui an. Græc. 1593., Chr. 1282. Nestorianis præerat; & a Marutha primo Jacobitarum Maphriano, qui anno *Græc. 939.* ordinatus fuit, usque ad an. 1597., quo Bar-hebræus ipse eam dignitatem apud suos gerebat. Continuatur eadem historia ab an. Græc. 1597. usque ad an. 1807., quo Stephanus a Noe Patriarcha Orienti præfectus fuit.

Opus hoc Bar-hebræi exstat in Bibliotheca Vaticana, & inter Syriacos (tom. 2. Biblioth. Orientalis pag. 500.) Codices recensetur n.XXIV. in 4. bombyc. 421. Syriacis partim antiquis, partim recentibus litteris, & sermone exaratus. Pertinuit olim Codex ad Ephremum Diaconum Malchi filium ex Kusiana pago apud Haam Castrum Turabdini sub Ignatio Patriarcha, & Cyrillo ejusdem Pagi Episcopo. Opus luce dignum, cujus Part. 3., & 2. fere integram olim in Latinum sermonem reddidimus, si otium fuerit, illud adnotationibus illustratum vulgabimus. Tanti autem habitus fuit a suis Bar-hebræus, ut ejus memoria in Calendario legatur,

gatur, quod collegit, exaravitque Saliba Presbyter (exſtat Cod. Syr. 27.) hiſce verbis ad diem 30. Julii: *Mar Gregorius Orientis Maphrianus an. Græc.* 1597. Canis ſcilicet cani pulcherrimus; ſed de Bar-hebræo alibi.

Redeo jam ad Scriptores Syros tam Orthodoxos, quam Neſtorianos, ii plurimi fuerunt, atque ex illorum ſcriptis, quæ exſtant in Bibliotheca Vaticana, multa a Patruo excerpta in Commenrarium noſtrum contulimus, Scriptorum etiam nomina, & ſcripta paſſim in adnotationibus indicavimus ex fide, ut plurimum Patrui, & Ebedjeſus Sobenſis. Duo autem Lectores Benevolos rogo, alterum ne Scriptores hæreticos Neſtorianos, qui fere omnes ſub Neſtorianis Patriarchis floruerunt, cum Orthodoxis confundant, hos poſt ſæculum v. (quo Neſtorianiſmus infecit Orientem) licet pauci ſint, ſubjectis Indici III. notis indicamus, exceptis primis quinque, qui Neſtorianiſmum præceſſerunt, unde Neſtoriani non fuerunt. Alterum vero ne crimini nobis vertat, quod vel nimis exacte Scriptorum hæreticorum ætatem, geſta, & ſcripta exhibuerimus, vel quorundam Scriptorum etiam nomina reticuerimus; enimvero prima, & vera intentio fuerat ſola nomina, & ætatem Primatum deſcribere, & ſubjectis notis Synodos, & Statuta Primatum indicare, ac nuda nomina quorundam celebriorum apud Syros Neſtorianos Scriptorum; at amicorum conſiliis, ac votis, præcipue vero Cl. Præſulis Stephani Borgiæ Mœcenatis, & illorum, quorum judicia, & cenſuræ noſter hic qualiſcumque Commentarius Superiorum auctoritate ſubjectus fuit, cedendum, & annuendum ſtatuimus, ea propter Synodorum Canones,

ac

ac Decreta præcipua, Patriarcharum etiam Etherodoxorum Synodicas, & Constitutiones aliquas Scriptorum celebriorum, & Codicum, quorum notitiam habuimus, vel quos alicujus momenti censuimus, quin a præfixa nobis ratione nimium aberraremus, repræsentavimus. Lectores plura desiderantes remittimus ad Bibliothecam Patrui. Sed satis jam præfati sumus. Nostris laboribus utere, ampliores, Deo dante, & Superioribus annuentibus, subiemus pro Reipublicæ Litterariæ, & Ecclesiasticæ commodo.

INDEX I.

Catholicorum, seu Patriarcharum Chaldæorum, & Nestorianorum.

XVI.

XLI.

(*a*) Hic primus Nestorianorum Catholicus, seu Patriarcha fuit, quem fere omnes, quos recensemus, secuti sunt: omnes quippe successores, si aliquos exceperis, quos adnotabimus, Nestoriani fuerunt.

(*b*) Hic perperam Sanctus dicitur a Nestorianis, uti & Mar-Abas I. Martyr adseritur ab eisdem sectariis.

(*c*) Episcopos, ac Presbyteros in Indias, & Sinas misit.

(*d*) Fuit & alter, qui Joannes Leprosus audit, Patriarcha, quem aliqui recensent.

(*a*) In textu per errorem est XLIX. numerus corrigendus, uti & reliqui consequentes.

(*b*) Per errorem est L, ut monui.

(*c*) Primus Diploma Patriarchatus a Chalipha postulavit.

XCIV.

(*a*) Hic Professionem Fidei Orthodoxæ emisit, & Epistolam scripsit ad Romanum Pontificem.

(*b*) Professionem Fidei Orthodoxæ, filialemque obedientiam Benedicto XI. Romano Pontifici exhibuit.

(*c*) Hic Orthodoxus fuit.

(*d*) Hic Orthodoxus fuit.

(*e*) Hic confirmationem Apostolicam nec habuit, nec postulavit.

APPENDIX.

(*a*) Professionem Fidei emisit, & a Romano Pontifice Pallio fuit donatus.

(*b*) Professionem Fidei Romam misit.

(*c*) Scripsit ad Romanum Pontificem Innoc. X.

(*d*) Hic scripsit Epistolam ad Romanum Pontificem, quam in Appendice num. I. Chaldaice, & Latine exhibemus.

(*e*) Hic Professionem Fidei Romam misit, quæ rejecta fuit.

(*f*) Romanam Fidem professus est.

(*g*) Professionem Fidei Romam misit.

(*h*) Romæ Orthodoxus obiit.

(*i*) Orthodoxus fuit.

(*k*) Orthodoxus fuit.

(*l*) Orthodoxus.

INDEX II.

Synodorum, & Constitutionum Chaldæorum, & Nestorianorum.

XVIII.

(*a*) Synodi, & Constitutiones, ac Synodicæ, quæ ab hac, & deinceps recensentur, Nestorianorum, & Eterodoxorum sunt, quod semel monuisse satis esto.

Pro-

INDEX III.

Scriptorum Chaldæorum, & Nestorianorum.

XIV.

(a) Synodus Orthodoxa fuit.

(b) Videtur primus texuisse Catalogum, sive Seriem Seleuciensium Episcoporum a primo usque sæculo ad suam ætatem.

(a) Hic primus legitur apud Nestorianos Historiam Ecclesiasticam scripsisse.

(b) Hic dicitur auctor Carminis Enneasyllabi; iterum hodierni moris pronunciandi Syriacas voces, substituendo perpetuo vocali *o* vocalem *a*; ac primus exposuit Dionysium Areopagitam.

(c) Hic primus apud Nestorianos edidit Vocabularium Turcico-Syriacum.

LXIX.

(*a*) Primus inter Neſtorianos Annales confecit;

(*a*) Hic primus inter Nestorianos Grammaticam scripsit, quamvis primus inter Syros recenseatur Jacobus Edessenus.

(*b*) Lexicon Syriacum composuit.

(*c*) Hic Tractatus Grammaticos fecit, quorum unus est de *Punctis*.

(*d*) Grammaticam composuit, & Nomenclatorem.

(*a*) De Benattibo Bar-hebræus in Chron. Syriac. 1. Part. fol. 112. scribit: *Eodem an. Græc. 1355. exeunte Octobri obiit Abulpharagius Monachus Nestorianus . . . Hic utrumque Testamentum sermone Arabico commentatus est: libros etiam Aristotelis illustravit; Catholicos ejus gentis* (hoc est Nestorianos Patriarchas) *plurimum redarguit, quod Ecclesiasticam eruditionem negligerent. Verum in Syriaca lingua parum mihi versatus fuisse videtur: menda enim in ipsius Commentariis passim occurrunt, ut illud Job*, Vidi eum, & non erat; (id enim sibi vult ܡܚܙܬܗ cum vocali ! super litteram ܚ, & ܬ aspera, quod a ܚܙܘܐ, hoc est, ܚܙܘܢܐ visio derivatur) *Ipse vero* ܡܚܪܬܗ *legit cum vocali* ̈ *super* ܚ & ܬ *leni*, & finis ejus *exposuit* a ܚܪܬܐ, *quod* finem *significat*.

(*b*) Miracula fingit in sua secta patrari, quod & ceteri Nestoriani falso scribunt.

(*c*) Hic Grammaticam Syriacam ex variorum Tractatibus composuit.

(*a*) Orthodoxus.
(*b*) Orthodoxus.
(*c*) Orthodoxam Fidem professus est.
(*d*) Orthod. Fidem professus est.
(*e*) Orthodoxus Romæ obiit.
(*f*) Orthodoxus.
(*g*) Orthodoxus.



DE

De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus



DE CATHOLICIS, SEU PATRIARCHIS CHALDÆORUM, ET NESTORIANORUM COMMENTARIUS CHRONOLOGICO-HISTORICUS.

I. THOMAS.



HOMAS Orientis Apostolus (1) a Barhebræo, in Chronico, Sedis Seleuciensis fundator, primusque Orientalium, quos Chaldæos, Assyrios, & Nestorianos appellamus, Episcopus dicitur. Mares, & Amrus, Apostolos quidem Orientis, seu Chaldæorum, præter Thomam, agnoscunt Petrum Apostolorum Principem, Bartholomæum, quem eumdem cum Natanaele faciunt, Thaddæum, seu Lebbæum, Adæum unum ex LXX., Aghæum, & Marim: sed in

(1) Apostolos suos Syri, & Chaldæi agnoscunt primùm Magos, qui Gentium primitiæ fuerunt, primique Christum adorarunt; sive enim ex Arabia, sive ex Chaldæa & Perside ad Christum adorandum venerint, cum Evangelica Historia ad Orientem, unde accesserant, rediisse doceat, illos ad Chaldæos spectare constat, quoniam Ecclesia Chaldæorum Arabas Persasque comprehendit.

Catalogo Episcoporum Seleuciensium, quos Catholicos, seu Patriarchas Orientis dicunt, Apostolorum XII. neminem recensent; (De Thomæ Apostoli prædicatione plura dat Assemanus *tom*.4. *Biblioth*.*c*.1.) verùm ab Adæo discipulo initium ducunt, ut sequitur.

II. ADÆUS.

EX LXX. Discipulis Edessæ Apostolus, cum Abgarum Regem a lepra curatum (1) una cum Edessenis civibus baptizasset, in Orientem profectus, Evangelium in Adiabene, Bagerma, & Assyria prædicavit. Mox Edessam regressus ibidem obiit anno prædicationis, eodemque ab Ascensione Dominica duodecimo, vivente adhuc Abgaro; ibique in majori ejusdem Urbis Ecclesia cum pompa conditus fuit (2).

III. ACHÆUS.

ALii Aghæum scribunt, Agim legit Renaudot. *tom*.2. *Liturg*. *Orient*. *pag*. 599. Hic Adæi discipulus, & Maris socius a magistro Cherdam, & Barzabdam ad prædicandum Evangelium missus, post Adæi in Urbem Edessenam reditum abiit in Parthiam, & Huziidem, & usque ad fines Indorum *Gog* & *Magog* (3) mox in Mesopotamiam

(1) Adæi, qui & Thaddæus dicitur, legationem ad Abgarum ex publicis Edessenorum Tabulariis refert Eusebius *lib*. 1. *Hist*. *Eccl*. *cap*. 23. Ejusdem legationis, præter Græcos Latinosque Scriptores, antiqui ac recentes Syri meminere apud Asseman. *Biblioth* *tom*. 4. *pag*. 8.

(2) Hæc Amrus, & Mares: a quibus tamen Barhebræus dissentit, cum Adæum ab Ethnico Abgari filio occisum fuisse die 30. Julii scribit. Sed hoc, quod de Adæi nece a Barhebræo dicitur, Aghæo ejus discipulo a Mari tribuitur, ut mox patebit, interim plura vide apud Asseman. cit.

(3) Mira de his populis fabulantur Syri & Græci sequioris ævi, dum ajunt ab Alexandro M. in Aqui-

miam regressus, tertio post Adæum anno Edessæ decessit die 30. Julii. Barhebræus Aghæum a Maano Abgari filio, qui Adæum occiderat, interemptum fuisse affirmat. A Mari inter Chaldæorum quidem Apostolos numeratur; non tamen in Catholicorum, seu Episcoporum Seleuciensium Catalogo recensetur, etsi Adæo tres annos, ut dixi, supervixisset, quos idem Auctor in Episcopatu Maris Adæi successoris minime includit.

IV. MARES.

GEnte Hebræus, alter Adæi discipulus, prædicavit unacum Dionysio Presbytero socio in Babylonia, & in Huzitide, & in oppidis Assyriæ, & Persidis, nec non in Urbibus Cascara, & Badana, & Abila, ubi Ecclesias CCCLX. construxisse dicitur, Helcana viro divite expensas suppeditante. Post Aghæi autem socii obitum ex Urbe Edessena in Orientem profectus, Seleuciam petiit, ubi Ecclesiam magnam condidit, sedemque Episcopatus fixit. Hinc Seleuciensium Episcoporum origo juxta Marim,

Aquilonis fines recedere coactos, muroque æneo ac vastissimis montibus, ne in Orientalem plagam excurrerent, inclusos, e latebris suis tandem udituros, orbemque universum devastaturos fore. Salomon Episcopus Bassorae sæculi XIII. Scriptor Nestorianus in libro Spicilegii inscripto *Apis part. 2. cap. 54.* dicit: postquam populi illi omnia sus deque verterint, ictu oculi ab Angelo exterminandos fore: deinde Antichristum regnaturum: postremò homines universos resurrecturos, & ad Christi tribunal properaturos. Quod verò de *Gog* & *Mágog* dicitur, illos nimirum montibus, muroque æneo interclusos Aquilonarem partem degere, de Tartariæ majoris incolis, finitimisque gentibus commode intelligi potest; commentumque illud de muro æneo ab Alexandro extructo, desumptum videtur ex celeberrimo muro a Sinarum Regibus Tartaros inter ac Sinenses erecto; vel certe de Pylis Caspii, quam urbem ipsius Alexandri, ut ajunt, opus, hodieque Portam Ferream, seu *Derbent* dici compertum est. Vid. Assem. *Bibliotb. tom. 3. p. 322. & tom. 4. pag. 514. &c.*

rim, & Amrum. Obiit an. Græcor. CCCXCIII., Christi LXXXII., Prædicationis XXXIII., & in Dorkena sepultus (1).

V. ABRES.

Nomen Persicum est, inquit Amrus, & brachium adjutoremve significat: Abres autem gente Hebræus, ex Josephi fabri, ut inquit Mares, Sponsi B.M.V. genere, a Simeone Cleophæ, Hierusalem Episcopo, ordinatus, & in Orientem missus, sedit Seleuciæ an. XVI. Amrus annos XVII. ei tribuit. Barhebræus ab Antiocheno, non a Hierosolymitano Episcopo, ordinatum testatur.

VI. ABRAHAM.

Cascarensis, affinis Jacobi Adelphotei, quem Mares Josephi filium existimat: Antiochiæ, ubi domicilium habebat, electus, & Seleuciam missus, cum filium Regis Persarum a dœmonio liberasset, excitatam in Christianos persecutionem sedavit. Vid. Assem. *tom.* 4. *pag.* 39. Obiit an. XXII. Episcopatus, hoc est, Christi CXX. Modainæ, seu Seleuciæ sepultus. Barhebræus scribit eum sedisse an. XII. Amrus affirmat illum an. Græc. CCCCLXIII. Chr CLII. obiisse, quod tamen stare nequit, nisi sedisse dicatur an. LIV.

VII. JA-

(1) E dictis compertum fit, quis Christiana fide Orientales imbuerit in Syria, Mesopotamia, Chaldæa, Assyria, Perside usque ad extremos Indiæ Gangeticæ fines. Progressiones ejusdem fidei Apostolorum Discipulis debentur; & Seleuciæ in primis Archiepiscopis, qui Christianorum omnium in Perside constitutorum curam semper gessere, perque vicinos Episcopos Indis quoque consulere non destitere. Unde meritò castigandus Hottingerus *Hist. Eccl. part.* 1. *pag.* 169. ex Sozomeno *lib.* 2. *cap.* 8. scribens Persas, non ab Apostolis, sed ab Osdroenis, seu Edessenis, & Armeniis serò tandem, & post sæculum Christi III. accepisse Christianam fidem. Vid. Asseman. *tom.* 4. *Biblioth. pag.* 17. 36. 37.

VII. JACOBUS.

HEbræus, Josephi, ut inquit Mares, affinis Hierosolymis ordinatus, obiit Modainæ, cum sedisset an. XVIII. mens. VI. (1)

VIII. ACHADABUES.

NOmen Syriacum, & *fratrem Patris sui* significat, eo quod hic simillimus omnium Patri suo esset; *Jabachues* vocatur a Sobensi in Catalogo; hic Jacobi, ut vult Mares, filius ab eodem unacum *Jabjesu*, quem Barhebræus *Lamjesu* appellat, Antiochiam missus, ut quem eum vellet Episcopus ille ordinaret; eodem Jabjesu cum hospite in crucem jussu Præsidis sublato, Hierosolymam profugit, & ordinatus Seleuciam repetiit, ubi decessit Episcopatus an. XX. Chr. CLIX. Barhebræus illum an. XV. sedisse scribit. Amrus post ejus obitum vacasse sedem III. an., & illum obiisse affirmat an. Græc. DXXXI. Chr. CCXX. (2)

IX. SCHIA-

(1) Jacobi ætate innotuisse Porphyrium Siculum, qui *Evangelii solutionem* fecit, seu illud impugnavit scribit Barhebræus in Chronico; sed fallitur: nam Porphyrius non Siculus, sed Tyrius fuit, & an. Chr. 232. natus Romam venit sub Gallieno Imperatore an. 262. vixitque usque ad initium sæculi sequentis, vid. Pag. *ad an.* 263. 302. 325. Mares scribit sub hoc Jacobo conditam fuisse urbem Ardascirum a cognomine Persarum Rege; sed immanis est anachronismus, nam Ardascirus, quem Artaxersem appellant, post an: Chr. 226. Persis regnare cœpit. Amrus testatur Jacobum ad omnes simul Sacerdotii ordines evectum fuisse, quod & de prædecessore Abrahamo observaverat, ut nimirum hoc facto abusum gentis suæ excusaret, qui omnes simul ordines conferre, nulla sacrorum Canonum habita ratione, consueverunt. Vid. Asseman. *tom* 2. *pag*. 395.

(2) Assemanus *tom*. 2 *pag*. 396. observat titulum *Catholici*, & *Patriarchæ* Seleuciensi Episcopo sub Achadabue tribui a Scriptoribus Syris per anticipationem, & juxta morem suorum temporum. In Codd. *Vaticanis Amid.* & *Syriacis* dicitur ordinatus a Romano Pontifice, quod sequioris ævi commentum esse alibi adnotavimus.

IX. SCHIACLUPHA.

CAscarensis, hic occasione belli, quod an. CLXI. inter Romanos, Parthosque incohatum fuerat, Romanis M. Aurelio, & Lucio Vero, Parthis Vologese II. Imperatoribus, Schiacluphas majorum exemplo Antiochiam ordinationis causa pergere nequivit, sed Seleuciæ primus ab Orientalibus ordinatus fuit. Amrus Schiacluphæ adscribit institutionem, ut Psalmi alternatim in Ecclesia canantur, idque juxta præscriptum viventis Ignatii Episcopi Antiochiæ, qui fertur Angelos vidisse duobus Choris modulantes, utque idem fieret in Ecclesia præcepisse. Sed errat, nam Ignatius Schiaclupham præcessit CL. & amplius annis; & illa institutio facta fuit in Oriente a Simeone Barsaboe ad similitudinem Occidentalium, de more inducto ab Ignatio, vid. Assem. *tom. 2. pag. 397. & tom. 4. pag.* 42. Sedit Cascarensis an. XX., obiit, si vera est præcedentium annorum supputatio, an. Chr. CLXXIX. vel, admisso triennio vacationis sedis, an. CLXXXII. Amrus Schiacluphæ mortem consignat ad an. Chr. CCXLIV. quem Saporis 4. appellat. Hinc liquet Episcoporum Seleuciensium seriem ad Adæo ad Schiaclupham mutilam esse; neque enim totum annorum spatium, quod ab Ascensione Christi ad an. Chr. CCXLIV. effluxit, implere possunt, cum ab an. CLXXIX. quo Schiacluphæ mors ex dictis collocanda est, ad an. CCXLIV. appareat hiatus annorum LXV.

X. PAPAS.

HIC Aghæi filius, Arakensis, absque Patrum suffragiis ordinatus Sedem tenuit an. LXX. In Synodo Episcoporum, cui S. Millesius interfuit, Vicarius in viventis

ventis locum ſubrogatus eſt ejuſdem Archidiaconus S. Simeon. Id factum an. Chr. CCCXIV. Synodo ſupervixit Papas an XII., obiitque an. CCCXXVI. nimirum altero poſt Nicœnum Concilium, ad quod ſuo nomine Simeonem & Saadoſtum Legatos miſerat. Eadem ferè Amrus, qui vacaſſe Sedem ante Papæ ordinationem affirmat an. tres, eumque conſecratum an. Græc. DLVIII. Chr. CCXLVII. obiiſſe LXXIX. Epiſcopatus anno. Sed a Mari, & Amro diſſentit Barhebræus, qui Papam an. Græc. DLXXVII. Chr. CCLXVI. ordinatum ſcribit: an. Epiſcopatus LIX. hoc eſt Chr. CCCXXV. Legatos ad Synodum Nicœnam miſiſſe: nono poſt anno, Chr. DC. CCCXXXIV. coactam adverſus ipſum Synodum: an. demum ſequenti obiiſſe, cum ex Perſide oriundus a Davide Maiſanæ manuum impoſitionem primùm acceperit (1).

XI. SI-

(1) Aliqui per ſe ipſum Synodo Nicœnæ interfuiſſe ferunt. Illud Scriptoribus Syris conſtat, quod prima Chaldæorum Synodus coacta fuerit Seleuciæ an. Chr. 314. in cauſa Papæ, qui accuſabatur ab Epiſcopis Orientalibus multorum criminum, utpote homo intolerandi faſtus, & ambitionis immenſæ. Synodi Acta deſcribuntur in vita S. Milleſii Epiſcopi, & Martyris, qui ei interfuit. Vide *Acta Martyrum Oriental.* edita a noſtro Conſobrino Apameæ Archiepiſcopo. Exſtat epiſtola S. Jacobi Niſibeni ad Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos Seleuciæ, & Cteſiphontis de diſſenſionibus, & contradictionibus, quæ ex ſuperbia oriuntur, deque ambitione ad memoratam Synodum tranſmiſſa. Aſſem. *tom.* 4. *pag.* 175. In hac Synodo damnatus eſt Papas, eique ſuffectus Vicarius S. Simeon. Mares cauſam depoſitionis ejus refert, quod uni eidemque Eccleſiæ binos Epiſcopos conſecraſſet. Auctor vitæ S. Milleſii, quod Presbyteros, & Diaconos ſuæ Eccleſiæ indignis modis tractaret.

XI. SIMEON.

Barsaboe, hoc est, tinctorum filius, Susensis (1) Papæ Archidiaconus, quo Papa vivente, & dejecto Sedem Episcopalem Vicaria potestate administravit ab an. Chr. cccxiv. Papæ autem an. cccxxvi. defuncto in Episcopatu Seleuciensi successit, quem usque ad an. cccxxx. tenuit. Martyrio coronatus est sub Sapore Persarum Rege (2). Cum sedisset annos xviii. Composuit Canticum, cujus initium = *Quamvis exuatis* = Antequam Martyrium subiret, fertur in carcere cum feria v. majoris Hebdomadæ sacrum faceret, calicem in sinistra Presbyteri sui, & patenam in dextera collocasse, & Canticum dixisse, cujus initium = *Oculo mentis & charitatis* = quod hodieque canitur. *Hæc* Mares (3). Amrus Simeoni annos quidem sedis xviii. tribuit: sed eum affirmat anno vi. Saporis loco Papæ ordinatum, in eo scilicet dissidio, quod Papam inter & Episcopos exarsit; anno verô Græcor. dclv. Chr. cccxliv. lauream Martyrii adeptum fuisse; Sedem denique vacasse post ejus obitum annos iii. Barhebræus cœsum fuisse eum scribit anno Episcopatus xiii. Verum ex synceris ipsius Actis liquet, Simeonem an. Saporis xxxi. Regni Persarum cxvii. [qui incidit in an. Chr. cccxxx.] obiisse: Sciaadostum autem eodem anno successisse ipsi, & sequenti Martyrium subiisse. Non igitur vacavit Sedes post

(1) Susa, Syris Susan, Arabibus *Sus*: vetus regia Persarum, Memmonia Græcis dicta, caput regionis Susianæ; ad Eulæum fluvium posita, propter amænitatem loci nomen habet a Liliis, quæ multa in illa regione nascuntur.

(2) De Persecutione Saporis plura habet citatus Consobrinus, quem omnino consule.

(3) Fertur etiam constituisse, ut non ex Codice, sed memoriter Clerici Psalmos David in Divinis Officiis canerent. Vid. Assem. *tom.* 3. *pag.* 51.

post Simeonis obitum tribus annis, ut scribit Amrus, neque ejusdem martyrum contigit anno Episcopatus ejus XIII., ut vult Barhebræus. Si autem anno Saporis VI. Episcopatum iniisset, ut idem Amrus affirmat, non annos XVIII., sed XXV. sedisset; cæsus enim fuit anno ejusdem Saporis XXXI. (1)

XII. SCIAADOSTUS.

GRæcis Sadoch, vel Sadoth, alias Jesudosti, Simeonis Archidiaconus, & ex sorore nepos, ex Bagerma, vel, uti alii volunt, ex Susa, tribus post ejusdem Simeonis cædem mensibus per sortem electus, cum an. II., & menses V. sedisset, jussu Saporis occisus fuit cum CXXVIII sociis. Ita Mares, Amrus, & Barhebræus. Verum ex synceris Martyrum Actis, vulgatis a *Consobrino*, constat, eum anno *persecutionis II*, Saporis XXXI, mense Februario martyrium subiisse, postquam men ses V. in carcere detentus fuisset.

XIII. BARBASEMINUS.

CHaldaicum nomen *quatuor nominibus præditum* latine reddas. Hic alter Simeonis ex sorore nepos clâm ordinatus, an. III. sedit, & lauream martyrii sub Sapore cum aliis sociis adeptus est. Clericos, & Monachos assidue hortabatur, ut habitum mutarent, & sæcularium instar albis indumentis uterentur, quo crudelem Saporis persecutionem vitarent. Corpus Barbasemini ab Episcopo Huzitarum in urbe Gandisapor conditum. Vacavit

B Se-

(1) Simeonis tempore hæresis Manichæorum in Oriente erupit. Manes an. 240. natus e Perside in Mesopotamiam venit, ubi celebrem disputationem cum Archelao Cascaræ Episcopo habuit circa an. 261, a quo & profligatus fuit. Assem. *T* 4. *p*. 44.

Sedes an.xxii. usque ad Regnum Jezdegerdis. Amrus Barbaseminum ordinatum scribit an. Græ.DCLXV.Ch.CCCLIV., sedisse an.VII., vacuam fuisse sedem an.XXXI. post ejus obitum. In Actis citatis passus fuisse dicitur an.Persecut.VI.,Saporis XXXVI.Ch.CCCXXXVI.; & vacasse post ejus obitum sedem an. circiter XX. nimirum usque ad an.Ch. CCCLVI. vel paulò amplius, non usque ad interitumSaporis, qui accidit an. Ch. CCCLXX., XXXIV. scilicet annis post Barbasemini martyrium: neque usque ad initium Regni Jezdegerdis, qui an. Ch. CCCLXXXXIX. regnum iniit. Sub Barbasemino narrat Amrus Kardagum Beth-Garmæ regulum ex Gentilium secta ad Christi fidem conversum, pro ea sub Sapore sanguinem fudisse. Exstructa præterea Cœnobia Jonæ in Arak, Chamulæ in Gezira, & Zarnuchæ.

XIV. TOMARZA.

TAmuza ab aliis vocatur, quod nomen Græcè Arium, seu Martem dixeris, & Julio mensi apud Syros imponitur, ex Cascara, facta sub Joviano Imperatore Persas inter & Romanos pace, Episcopus Seleuciæ in Synodo ordinatus Modainæ sedit an.VII., menses aliquot. Tamuzæ in reparandis Ecclesiarum ruinis operam suam impendit Brichjesus, seu Bochjesus Diaconus. Sub eo claruit Abdas Dorkenensis, qui cœnobium Salibæ, seu Crucis, apud Sarsaram fluvium condidit, ejusque discipulus Ebedjesu, qui alterum monasterium apud Hirtam exstruxit; Nabatheos insuper, & Mateothæ, Maisanæque incolas docuit; a Tamuza demum Episcopus Dair - Maipherac creatus, in Mesene obiit. Assem. *tom.* 4. *pag.* 6.; qui *tom.* 3. *pag.* 613. Chronologiam Maris castigans *pag.* 40. scribit, quod Jezdegerde Regnum ineunte, abdicavit Ca-

juma

iuma Tomarsæ successor, postquam annos v. sedisset. Falsum est igitur, Tomarzam initio regni Jezdegerdis ordinatum fuisse. Amrus Tomarzam ordinatum scribit an. Græc. DCCIII., Ch. CCCLXXXXII., & obiisse an. G. DCCXI. Ch. CCCC. Id si verum esset, stare nequit, quod superius idem auctor de Barbasemino scripserat, eum scilicet obiisse an. Gr. DCLXV. Ch. CCCLIV., sedemque vacasse an. XXXVII. Nam ab an. Gr. DCLXV. ad an. DCCIII., quo Tomarzam ordinatum affirmat, anni effluxere XXXVIII. non XXXI. Barhebræus inaugurationem Tomarzæ ad annum collocat; ut dixi, quo sub Joviano Imperatore pax inter Romanos, & Persas facta est, eumque sedisse narrat annos octo: Atqui pax sub Joviano inita fuit an. Ch. CCCLXIII. Vel igitur in serie Catholicorum Seleuciæ inter Tomarzam, & Barbaseminum hiatus est; vel *dicendum, post Barbasemini* cædem, quæ an. Ch. CCCXXXVI. contigit, sedem vacasse an. XLIX., nimirum ad an. CCCLXXXIV., deinde Tomarzam per annos octo, ab an. scilicet CCCLXXXIV. ad an. CCCLXLII. sedisse: demum post triennium vacationis sedis, Cajumam an. CCCLXXXXV. Episcopum institutum fuisse.

XV. CAJUMA.

HIc secundo post Tamuzæ obitum anno, qui erat nonus Beherami, seu Vararanis Persarum Regis, Modainæ ordinatus, cum annis v. sedisset, in Synodo Episcoporum, cui Maruthas a Romanorum Imperatore ad Regem Persarum Legatus intererat, Episcopatum sponte abdicavit, subrogato in ejus locum Isaaco. Hæc Mares, & Barhebræus. Amrus verò id factum refert an. Græc. DCCXIX., Iezdegerdis III. Cajumæ IV. Qui temporum caracteres stare nequeunt. Nam primò, Synodus illa, in qua Cajumæ Isaa-

cus ſubrogatus, celebrata fuit an. Ch.CCCLXXXXIX., Jezdegerdis primo. Deinde an. Græc. DCCXIX., Ch.CCCCVIII. convenire nequit cum anno Jezdegerdis III., Cajumæ IV. Jezdegerdes enim regnare cœpit an.Ch.CCCLXXXXIX., & Cajuma Epiſcopatum iniit circa an. CCCLXXXXV. (1)

XVI. ISAAC.

HIc Tamuzæ Catholici affinis in locum Cajumæ ſponte abdicantis ſubrogatus legem a Patribus in Synodo adjectam ſanctè perfecit; nam in modum pueri Seniori Cajumæ obſecutus, nihil ipſo inconſulto, quoad vixit, decernebat. Sub Iſaaco II. Synodus Seleuciæ an. C. CCCCX., Jezdegerdis XI. habita fuit: cum enim Maruthas Majapharchinenſis Canones Nicænos ex Græco Syriacos feciſſet quo tempore ad Jezdegerdem literas Imp. Romanorum attulit, Iſaac & Maruthas Synodum Epiſcoporum Orientalium convocarunt, cui interfuerunt XL. Epiſcopi. In hac Canones prædicti diſcuſſi, & recepti una cum fidei Nicænæ regula, & in volumen redacti ab omnibus, & ſingulis Epiſcopis juxta cujuſque gradum ſubſcripti, & proprio nomine, ac ſigillo ſignati fuere. Celebrata fuit in Feſto Nativitatis Domini. Canones XXI. in illa Synodo conditi. Renaudot. *tom.* 2. *Liturgiarum Orient. pag.* 272. ex fide Cod. Florentini Canones XXVII. recenſet. Canonibus præmittitur Epiſtola Maruthæ, quæ ſcripta dicitur in Concilio XL. Epiſcoporum præſente Iſaaco

(1) Altera Synodus Seleuciæ celebrata fuit an. Ch. 399. Cum enim Cajumas Chriſtianos, rebus divina ope bene compoſitis, perfecta pace, concordiaque frui videret, univerſos Orientis Metropolitas, & Epiſcopos convocavit, qui ad ipſum continuo profecti, Synodum illo, & Marutha Epiſcopo Majapharchinenſi præſentibus celebrarunt. Vid. Aſſem. *tom.* 4. *p.* 175.

Isaaco Catholico. Sobensis *in Epitome Canonum Synodalium* citat ex ea Synodo Canones undecim *Part.* 8. *cap.* 9. 17. 20., *&* *Part.* 6. *cap.* 3. 5. Elias Damasci Metropolita in *Nomocanone*, (*Cod. Arab.* 37. *tom.* 2. *Bibliot. Orient. pag.* 507.) quem e Syriaco Arabicum fecit, summam Canonum ejusdem refert. Obiit, Amro teste, an. Græc. DCCXXVIII., postquam XI. annis sedisset (1).

XVII. ACHÆUS.

ANtequam ad Catholici dignitatem eveheretur, multas peregrinationes suscepit, & Martyrum, qui pro Christo sub Sapore passi fuerant, monumenta visitavit, eorumque Acta scripsit. Abdæ præceptoris sui historiam scripsit. Isaaco communi fidelium consensu suffectus obiit an. Ch. CCCCXV. Sub ejus Episcopatu inventæ sunt reliquiæ S. Stephani, & in S. Hierusalem urbe repositæ. Hormisdates, suscepta christiana fide baptizatus, Ecclesias ædificavit, Christianosque contutatus est. Achæus in urbe Modaina sepultus fuit. Vide Assem. *tom.* 2. *pag.* 401., *&* *tom.* 3. *pag.* 368.

XVIII. JA-

(1) De Nicænorum Canonum numero maxima controversia. Syrorum, & Orientalium sententia est, quod Maruthas Episcopus Tagritensis historiam Concilii Nicæni, & Canones ejusdem in Syriacum sermonem transtulerit. Ita Ebediesu Sobensis in Catalogo Scriptorum Syrorum *pag.* 50. Opus vere aureum; sed proh dolor! necdum inventum: forte una cum aliis Ecclesiasticæ historiæ monumentis in aliquo Syriæ angulo tineas pascit. Idem Ebediesu *in Epitome Canonum Synodalium cap.* 3., ex Nicæna Maruthæ historia nonnihil delibavit, hoc præfixo titulo „ Historia Concilii Œcumenici „ ex iis, quæ Maruthas Maipheractensis rogatus ab Isaaco Catholico scripsit „ Canones, quos transtulit Maruthas, tres sunt supra LXX, de quibus idem Soben. „ Verùm apud nos nihil aliud exstat, præter LXX, & tres Canones, quos Maruthas transtulit; & præter alios viginti, qui nuper editi fuerunt „ Sed de his alibi.

XVIII. JABALLAHA.

Jaballaha (latine Deus dedit) Monachus fuit S.Abdæ; tum Monasterium ad Euphratis ripas construxit. Monachos in tres ordines divisit, ut in sacra Psalmodia alteri alteris succederent, atque ipsis psallentibus, illi post constitutam sibi Psalmodiam, ægrotorum, & peregrinorum obsequiis vacarent, resque Monasterii procurarent. Anno Ch. CDXV. Catholicus factus Ecclesiam Modainæ instauravit, & alteram amplissimam corrogato ære a fundamentis excitavit. Quarta Synodus Seleuciæ an.Ch.CDXX. celebrata fuit præsentibus Jaballaha Catholico, Marutha, Acacio Amidæ Episcopo, qui pro pace inter utrumque imperium concilianda advenerat, Hosee Nisibis, aliisque. *Nullos canones condidit* Synodus, sed solum in ea unanimi consensu decretum fuit observandos esse Occidentalium Patrum Canones, & quidquid S. Isaac Catholicus, & Maruthas Majapharchinesis Episcopus definierunt, accuratè custodiendum, nec ulla ratione violandum esse: præstandam præterea Patri magno super Seleuciæ, & Ctesiphontis thronum sedenti obedientiam, ejusque præceptis obsequendum. Obiit Jaballaha an.Ch.CCCCXX.(1)

XIX. MAA-

(1) Eo Canonum Codice, qui primùm in Synodo Isaaci, & Maruthæ, deinde in hac Jaballahæ descriptus, approbatusque fuisse dicitur, utuntur hodieque Chaldæi, ejusque authenticum exemplar Syrorum sermone expressum, postea a Benattibo Abulpharagio, ab Amro, ab Elia Damasceno, aliisque in Arabicam linguam translatum, multis interpolationibus infectum est. Assem. *tom.* 3. *pag.* 370.

XIX. MAANES.

HIc genere Persa, Hardascirum urbem patriam habuit, & in Schola Edessena sub Rabulæ Episcopatu institutus plures ex Syriaco in Persicum sermonem libros convertit. Ex Episcopo Persidis, post Jaballahæ obitum, Catholicus ordinatus, subornatis Jezdegerdis Præfectis, Maruthæ, Acacii, & Hosee opera exturbatus fuit, & Ardascirensem Ecclesiam usque ad tempora Pherozis Persarum Regis administravit. Seleuciensis v. Synodus habita Maanem deposuit, quod scilicet illegitimè sedem invaserit, ægrè ferentibus Episcopis, ad quos electionis jus spectabat. Barhebræus illum damnatum scribit, quod Nestoriano morbo laborare deprehensus fuisset; ast id ante annum Chr. CCCCXXXI. *non facile fieri potuit*. Amrus refert, ac *scribit*, quod christianus quidam sacri ignis ædem everterit, quæ erat templo christianorum contigua, iratus Jezdegerdes ait, sibi in suis ditionibus negandum non esse, quidquid Cæsari in suis liceret. Cui Narses Presbyter: *At illi*, respondit, *licet tributa, & vectigalia exigere: cogere vero mortales propriam religionem deserere haudquaquam licet*. Excanduit ad hæc Rex, & hominem ex templo jussit ad supplicium duci. Cum autem Maanes Presbyterum excusaturus suggessisset, nihil ab eo extra propositam quæstionem dictum, ejusdem vestes ignominiosè conscissæ fuerunt. Presbyter verò data optione si mallet vitam apostasia redimere, cum negasset id se facturum, interfectus est. Maanes autem in Persidem est relegatus &c. Vid. Assem. *tom.* 3. 377.

XX. MA-

XX. MARABOCHTUS.

ALiâs Karaboctus, vel Phruchboctus Kasronæ Episcopus Beheramnum, sive Vararanem Jezdegerdis filium, oblata auri summa, induxit, ut Episcopos ad se ordinandum Catholicum in locum Maanes compelleret; an. itaque CCCCXXI. sedem invasit. At Episcopi arrepta occasione magnatum Persarum opera hominem deposuere in VI. Seleucien. Synodo, celebrata an. CCCCXXI. præsentibus Marutha, aliisque supra relatis: vacavit sedes usque ad an. Ch. CCCCXXX.

XXI. DADIESU.

HIc Samuelis Tusæ Episcopi opera Seleucien. Episcopus legitimè ordinatus: paulò post apud Beheramum a nonnullis Episcopis accusatus, quos scilicet ille propter illegitimam Marabochti electionem, aliaque crimina sedibus dejecerat, Rex in carcerem detrudi eum jubet, a quo studio Legati Theodosii Imperatoris dimissus spontè abdicare dignitatem voluit, sed ab Episcopis eam Ecclesiam ad obitum usque regere coactus fuit. Synodum VII. in cœnobio Arcæ in montibus Cardois, seu Ararat habuit, in qua Episcopis, aliisque, qui ipsum vexaverant, veniam dedit, præter Episcopos olim dejectos, in quos damnationis sententiam confirmavit. Eminebant in Synodo Agapetus Elamitarum, & Hosee Nisibis. Decretum in Synodo fuit, ut omnimoda Seleuciensi Archiepiscopo obedientia præstaretur, omnes jurisdictioni illius subjectos se agnoscerent, nec auderent illum judicare (1).

Com-

(1) Acta hujus Synodi a Nestorianis interpolata, & depravata recen-

Commentarium admirabilem in Danielem fecisse fertur Dadiesu (*Latine, Amicus Salvatoris*) apud Sobensem

in

recensentur: ex quo enim a Catholica fide defecerunt, ab Antiocheni quoque Patriarchæ jurisdictione se liberantes, Præsulem suum Summi Pontificis, Ecclesiæ universæ capitis, & centri privilegiis cohonestare studuerunt, & prærogativas, ac jura Primati illi debita, suis Catholicis adseruerunt. Verba Synodici Arabici habent:
„ Nòs igitur definimus, non li-
„ cere Episcopis Orientis accusa-
„ re suum metropolitam apud
„ Patres occidentales: ipsius verò
„ (Patriarchæ) judicium coram
„ Christo: nec ulli hominum li-
„ ceat Synodum cogere ad eum
„ accusandum, aut in domos sub-
„ repere ad habenda adversus
„ eum Colloquia: quotquot enim
„ infra ipsum sunt, discipulos
„ ejus subditosque se esse agno-
„ scant „: Elias Damascenus in *Nomocanone* scribit: „ Anathema
„ dixerunt omnibus, qui eum, vel
„ Successores ejus Catholicos ca-
„ lumniati fuerint, aut Synodum
„ adversus eum coegerint, aut
„ molestiam ei creaverint, vel
„ ipsius causam ad aliquem Patri-
„ archam detulerint, sive libellum
„ accusationis adversus eum con-
„ scripserint, aut mandatis ejus
„ non obtemperaverint. Hanc
„ Anathematis sententiam tule-
„ runt in omnes, qui ei adversa-
„ ti fuerint, sive Metropolitæ
„ sint, sive Episcopi, aut Laici,
„ aut alii cujuscumque conditio-
„ nis „ Syriacus Synodi Canon apud Ebediesu sic habet „ Dicimus ergo, quod etiam scripserunt Patres nostri occidentales, non licere Metropolitis & Episcopis, sed nec ulli ordini Christianorum orientis judicio contendere coram Patribus nostris adversus suum Patriarcham, quandoquidem omnium orientalium judex est Patriarcha, ipsius autem Judex Christus. Idcirco definivimus & confirmavimus Canonem istum numquam abolendum aut abrogandum: *definitus quippe est in Trinitate. Itaque in Verbo Trinitatis*, quæ est domina sæculorum, nemini liceat adversus Catholicum Synodum cogere, aut dissidium, Schismata, factionesque conflare, aut adversus eundem accusationum capita, & querelas scribere, sicut antiqui fecere, aut libellos Capitulorum h. m. per provincias divulgare, sicut adversus Papam ausi sunt: aut in domos subrepere ad habenda adversus eum colloquia: nec quisquam ex quavis causa existimet, aut dicat, Catholicum orientis judicari posse ab ipsius subditis. Ejus enim judicium Christo, qui eum elegit suæque Ecclesiæ præposuit, reservatur &c. „

Cæterum a catholicis Episcopis sub Dadiesu definitum non est, quod in Synodico, & Nomocanone asseritur: Seleuciensem nimirum Archiepiscopum apud Patriar-

in Catalogo librorum Syrorum *cap.*144. tribus tomis conclusum, quorum altero Danielem, altero librum Regum, tertio Siracidem, hoc est Ecclesiasticum, exposuitcumque reliquos vitæ dies tranquillè egisset decessit an. Gr. DCCLXXVI. Chr. CCCCLXV. Hirtæ conditus. Seditque an. quinque supra triginta. Vid. Assem. *tom.* 3. *pag.*214.

XXII. BABUÆUS.

IN Tela ad Sarsaram fluvium loco ortus a quodam Monacho Cænobii S. Abdæ Dorkenensis e Magorum secta ad Christianam fidem conversus & baptizatus, post Dadiesu in Modainæ Ecclesia an. CCCCLXV. ad Seleuciæ Episcopatum promotus fuit, quo tempore Barsumas & Narses Nisibi, Maanesque in Perside cum Nestoriana hæresi perditissimos mores conjungebant. Quare & Barsumas illi infensus, ac Nestoriani varias criminationes ei affingebant, ac 1. quidem, quod corrogandæ per summam avaritiam pecuniæ intentus, Sacramenta plus offerentibus venderet: 2. quod sub ejus Præsulatu disciplina Ecclesiæ relaxata esset, adeout Sacramenta Liturgiæ, & Baptismi in ædibus privatis celebrarentur, & mulieres etiam intra baptisterium admitterentur. 3. Quod illicita connubia cum duabus simul uxoribus, aut cum uxore Patris, vel fratris permitteret. Ita Amrus in ejus vita apud Assem. *tom.*3.*pag.*394. Sed pura putaque calumnia

triarchas Occidentis accusari nefas esse, aut ab ejus sententia ad illos provocare: sed lata lege firmatum, ne orientales adversus proprium Metropolitam seu Catholicum conventus facerent, neve ipsum criminationibus impeterent. Cetera Nestoriani supposuere, & Heterodoxi. Vide Assem. *tom.*2.*pag.*56. *&c.* Et Cod. Liturg. *tom.*13.

lumnia eſt, quod de ſimoniaco crimine, deque illicitis illis connubiis aſſeritur. Quod verô in ædibus privatis per id tempus Sacra celebrarentur, id perſecutio a Pheroze in Chriſtianos mota, ſiquidem verum eſt, effecit. Scortationes autem & conjugia illicita ex impuro Barſumæ Canone, quo Clericis, & monachis nubendi poteſtatem fecit, ſecuta ſunt. Id in Conciliabulo definitum, id impugnatum a Babuæo, id denique una cum inducto Neſtorii dogmate, cauſa fuit diſſidii inter Babuæum, & Barſumam; qui cum Narſe, & Maane detorquebat illud Apoſtoli, *melius eſt nubere, quam uri*. Imo ipſe Barſuma publicè & palam cum muliere quadam cohabitabat, quam legitimam uxorem dicebat. Hinc Occidentales Epiſcopi Babuæum per literas reprehenderunt, quod errores h. m. in Oriente graſſari permitteret. Is vero excuſans ſe reſcripſit in hæc verba: „ Quoniam ſub impio regno conſtituti ſumus, in Reos animadvertere nequimus: atque idcirco plures inter nos abuſus adverſus Sacros Canones obrepunt „: Miſit Epiſtolam cum duobus monachis: quos, cum Niſibi tranſirent, blanditiis Barſumas induxit, ut eam ſibi traderent, acceptamque ad Pherozem Regem detulit, Babuæum veluti exploratorem Romanorum, Sectæque Magorum hoſtem accuſans, illud præcipuè exagerans, quod Babuæus impium Perſarum regnum vocabat. Pherozes Babuæum digito ſuſpenſum tamdiu cædi jubet, donec animam efflavit. Tum Barſumas a Rege mandatum obtinet in eos, qui Romanam colerent religionem animadvertendi. Seleucia igitur in Regionem Bethgarmæ, & Nudræ cum copiis Perſarum egreſſus obvios quoſque ipſi adverſantes e medio ſuſtulit. Amrus Neſtorianus ſcri-

 bit

bit Babuæum an. Græc. DCCLXXVII. ordinatum: anno Episcopatus XV. Gabrielem Sigarensem Medicum excommunicasse: an. XX. jussu Pherozis interfectum opera Gabrielis medici, quem ad hæresim Eutichianorum accessisse affirmat. (1)

XXIII. ACACIUS.

Acacius a Babuæo affini suo ab urbe Edessa accitus in urbe Modaina doctor, & Magister creatus, eidem interfecto suffectus fuit communibus suffragiis, & in Modaina consecratus viridi amictus pallio. Ita interpolator Amri apud Assem. *tom.*3.*pag.*379. Syri Scriptores Acacium a Barsuma ad suscipiendam Nestorianam hæresim adactum scribunt, Asseman. *tom.* 3. *pag.*79. (2)

Plures Synodi interea temporis habitæ recensentur a Syris Nestorianis, & aliis. (3)

Obiit

(1) VIII. Synodus Seleuciæ an. Chr. CCCCLXXXV. sub Babuæo celerata, in qua Barsumas Anathematizatus, ejusque impuri Canones damnati fuere. Assem. *tom.*3. *pag.* 394.

(2) Verum, subjungit Assemanus, Acacius Barsumæ usque ad obitum infensus fuit, hæresimque Nestorianam ab eodem Barsuma propugnatam adeo non est amplexus, ut potius illam in publico Patrum Græcorum Conventu detestatus sit; existimat autem Acacio Nestorianismum ideo affictum fuisse, vel quod Barsumæ non ea, qua oportebat, contentione restiterit, vel potius fraude doloque Nestorianorum, qui ut rebus ab impio Barsuma sub Acacio gestis, ac præsertim impuris Synodis ab eodem habitis, fidem auctoritatemque conciliarent, eas ad Acacium impudentee retulere.

(3) Et I. quidem Seleuciæ an. CCCCLXXXV auctore Barsuma Nisibis Metropolita. In hac Barsumas adversus coactam a Babuæo Synodum decrevit: Sacerdotibus, Clericis, & monachis potestatem nubendi faciendam esse: prohibendas vero nuptias, quæ Magorum more a nonnullis fiebant cum duabus simul fæminis, aut cum uxore Patris vel Fratris. *Secunda* Synodus Lapethæ, Huzitarum Metro-

Obiit Acacius an. ccccxcvi. vel ut alii volunt cccc xcix. Plura vide apud Assem *tom.2. pag.406. & tom.3. a pag.378.*

XXIV.

tropoli, in hac Barsumas an. ccccLxxxviii. eadem, quæ in Superiori Seleucien., decrevit. In Synodico Arabico hæc Synodus Barsumæ habita dicitur in urbe Gandisaporensi. *Tertia*, Seleuciæ, & Ctesiphonte eodem anno eodemque Barsuma Præside celebrata. *Quarta* in *Adri* pago Nuhadræ eodem Barsuma Præside, eodemque an. ccccLxxxviii. Simeon Beth-Arsamensis in epistola de Nestorianis inquit: „ Cum Huzitæ, ac Persæ traditam sibi ab Iba Nestorii atque Theodori doctrinam confirmare vellent, plures in regione Persarum Synodos collegerunt: ac 1. quidem in Beth-Lapetha Huzitarum Metropoli anno Pherozis Regis Regum xxvii. Deinde in Seleucia, & Ctesiphonte urbibus Assyriorum: Item in Beth-Adri oppido ditionis Nuhadrensis „. Quoniam vero Acacius an. ccccLxxxviii. Seleuciensem regebat Ecclesiam, Nestoriani perperam omnino, præfatas Barsumæ Synodos adscribunt Acacio. Sobensis in Catalogo Canones harum Synodorum sub nomine Barsumæ recenset: Elias Damascenus in Nomocanone ad Acacium perperam refert.

Lapethensis, Seleucien, & Adrensis Conciliabulorum Canones uni iidemque fuerunt. 1. eorum est adversus monachos quosdam, qui conjugium cibosque nonnullos damnabant, & unam in Christo substantiam profitebantur. Alter in eosdem, ne per vicos, ac civitates deinceps vagarentur, neve munia Episcoporum aut Parochorum in Sacramentis administrandis usurparent, sed subditi Episcopis essent, & in cœnobiis suis manerent. Tertius de conjugio laicis, Clericis, Sacerdotibus, & monachis permittendo. Elias Metropolita Nisibis in epistola ad Bagdadenses adversus illegitimam Jesuiabi Patriarchæ ordinationem citat Canonem xiii. *Synodi Lapethensis* adversus simoniacos. At hic Canon cum in Synodo Barsumæ non legatur, ad aliud Lapethæ celebratum Concilium spectare videtur. Vid. Asseman. *tom.4. p.178. &c. Quinta* Seleuciæ sub Acacio anno Balascis Regis Persarum secundo Ch. ccccLxxxix., In qua Acacius de impacto sibi a Barsuma crimine fornicationis, & stupri, sese purgavit, Barsumas verò excommunicatus fuit. Acta Synodi describit Elias in Nomocanone; sed quæ spectant ad Barsumæ excommunicationem reticens, sacrilegos canones ab ipso Barsuma conditos ad eam perperam refert. „ Anno, scribit, secundo Balascis Regis, cum Acacius Catholicus esset, convenere ad eum Metropolitæ, & Episcopi, qui fidem priorum posteriorumque se tenere professi sunt, „ co-

XXIV. BABÆUS.

Hic laicus uxoremque habens & Filios, post Acacii obitum in Episcopum Seleuciæ, seu Nestorianorum Catholicus, postquam sedes biennium vacasset, an. CCCCXCVIII. ordinatus, obiit an. Chr. DIII. Synodum an. CCCCXCIX. habuit (1).

Amrus scribit sub Babæo claruisse Abrahamum magnum Archimandritam ex Cascara oriundum, qui in historia Monastica Thomæ Margensis apud Chaldæos dicitur primus propagasse vitam monasticam, ejusque memorat affinem Joannem Mesue cel. medicum, cujus disputa-

ta-

„ eorumque statuta & canones „ observare, quos in oriente, „ sive occidente condiderant: „ communique suffragio decreverunt, id sibi in posterum accurate observandum esse, nec „ ulla ratione violandum. Præterea sententiam excommunicationis in eos omnes tulerunt, „ qui Christi Domini Divinitatem passibilem, & mutabilem „ affirmant, nec confitentur Christum, peracta Dei Verbi cum „ corpore unione, perfectam habere Dei substantiam, perfectamque hominis substantiam „.

(1) In hac plures Episcopi interfuere, & Hosee Nisibis Metropolita, ut inquit Elias Damascenus in Nomocanone. Constituerunt 1. ut Catholico & inferioribus Sacerdotibus atque Monachis uxorem ducendi facultas daretur. 2. omnia, quæ inter Acacium & Barsumam intercesserant, & mutuas epistolas, actaque cassarunt, interdixeruntque, ne quis quam antea tenuerat sententiam, in hac parte in posterum tueretur. 3. Præceperunt, ut omnes Catholico in throno Seleuciæ, qui in Choche est, sedenti obedientiam deferrent. 4. Statuerunt, ut Episcoporum apud suos Metropolitas conventus non bis, ut antea fiebat, sed semel dumtaxat quolibet anno haberetur: altera verò, quæ apud Patriarcham fieri consueverat Synodus semel quolibet biennio, ad quadriennium protraheretur ad mensem Octobrem, nisi aliqua necessitas Patriarcham cogeret Episcopos convocare. Barhebræus flagitiosam constitutionem Babæi referens, subdit: nimirum postquam a reliquis Christianis in fide separati sunt, quidquid ipsis libebat ad explendam libidinem palam absque pudore, ac timore faciebant. En quo hæresis perducit!

tationem cum Zamasphe Persarum Rege de Resurrectione mortuorum describit.

XXV. SILAS.

EX Modaina, Babæi Archidiaconus, uxorem habuit, & filiam, quam designato sibi successori Elisæo despondit: incredibilis avaritiæ vir, pretiosas Altarium vestes filiæ tradidisse fertur, quam ob rem a Mari doctore reprehensus, Marim ipsum excommunicavit. Sedit an. XVIII. sc. ab an. DIII. ad an. DXX. Amrus Silam ordinatum scribit an. Chr. DV. obiisse an. DXXIII. Sobensis in Nomocan. *part.* 8. *cap.* 25. scribit Silam Metropoles instituisse. Qua de re alibi.

XXVI. XXVII. ELISÆUS. NARSES.

ELisæus Silæ gener, & Narses post obitum Silæ ordinati fuere. Jozachus Episcopus artis medicæ peritus Narsetem elegit obtento Cavadis Persarum Regis consensu. Adversus Narsen insurrexere non pauci laici & Sacerdotes, qui elegerunt Elisæum medicæ artis peritum, ejusque partes tutatus est Beroes medicus regius. Uterque suæ factionis Episcopos viduatis pastore Ecclesiis instituebat. Elisæus regia auctoritate fretus Narsem in carcerem conjecit, ubi paulo post obiit. Tum congregati in Synodo Episcopi, Elisæum viventem, Narsemque defunctum damnavere. Amrus schisma XII. annis durasse scribit (1).

So-

(1) Amrus scribit; Narsem quidem a Giavaro Nisibis Episcopo in Urbe Modaina: Elisæum verò in Ecclesia Spanhiræ seu Ctesiphontis, a Davide, metropolita Maru, ordinatum fuisse, contradi-

Sobensis in catal. *cap.9.* de Elisæo agens, quem commentatorem sive interpretem vocat, hæc ejus scripta recenset, scilicet, Expositionem in Job, in epistolas ad Corinthios, Galatas, Ephesios, & Philippenses. Item: de causa commemorationis Martyrum, & de causa Sessionum (Græcis Cathismata) in Psalmodia. Item: Gratiarum actiones in fine liturgiæ recitari solitas, vid. Assem. *tom.3. pag.167.*

XXVIII. PAULUS.

HIc Archidiaconus Seleuciæ, secundum Barhebræum, secundum Amrum verò, & Marim Archidiaconus & Successor Jozachi Huzitarum Episcopi, juxta alios demum Metropolita Gandisaporensis, in locum dejecti Elisæi communibus suffragiis electus in Patriarcham Nestorianorum sedit ex Barhebræo an. 1., ex Mari, & Amro menses duos.

XXIX.

dicentibus utrique Jacobo Metropolita Gandisapor, Samuele Cascaræ, & Paulo Huzitarum Episcopis.

Per hæc tempora Cavades a filio Pherozis Zamasphe regno dejectus, & Græcorum ope in regnum restitutus, cum de Nestorianorum hæresi (ita Barhebræus in Chron.) flagitiisque certior factus esset, Simeoni Presbytero (qui postea Episcopus fuit) potestatem dedit, ut cunctos suæ ditionis Christianos ab illa secta revocaret. Erat autem Simeon ex Beth-Arsam pago apud Seleuciam sito; qui diplomate regio munitus, totam terram Sennaar, Persidemque lustravit, orthodoxam fidem restituens, Nestorianam hæresim destruens; quacumque etiam pertransiret, Chirographum ex Armenis, Græcis, Syrisque accepit, profitentibus se a fide Nestorianorum alienos esse, Literasque subscriptionibus singulorum firmatas ad Regem attulit, qui Sigillo regio easdem confirmavit: appellatæque sunt *Codices Confessionis*, & in Ecclesia Tagriti Urbis repositæ, quæ sola corruptionem evaserat. An. DCCCXLII. Græc. obiit Cavades; Chosroes Anuscervanus filius ejus & successor an. regni octavo Antiochiam vastavit, ejusque incolas captivos

in

XXIX. MAR-ABA I.

Hic a Syris simpliciter *Abun* dictus, magus olim fuit, deinde ad Christianam Religionem conversus *magni*, & *martyris* cognomento a Nestorianis decoratur, tum ut ab altero Aba, de quo infra, distinguatur; tum, quia ferunt, illum multa sub Persarum Rege pro Christi fide passum fuisse, etsi in tormentis vitam non reliquerit (1).

D Hic

in Persidem abducens urbem *Machuzam* condidit, quam & Antiochia appellavit. An. DCCCLV. sive DCCCLI. Edessam frustra obsidens habitatores ejus, quotquot ex finitimis pagis ceperat, secum in Persidem duxit. Dum verò, inquit Barhebræus, multiplicati sunt in oriente orthodoxi; quo nomine etsi Chalcedonenses, Monophysitasque, acerrimos sc. Nestorianorum adversarios, designare videatur, (neque enim solos Monophysitas Chosroes abduxit, sed mixtum ex iis & Catholicis populum) cum tamen potior Monophysitarum, saltem subsequentibus temporibus, pars fuerit, hos intelligit, quorum factio exinde in oriente adeo crevit, ut Primatem Nestoriano Patriarchæ oppositum Episcoposque habere cæperint. Contra Catholicorum, qui Chalcedonenses, & Melchitæ audiebant, numerus paulatim imminutus est, paucique admodum in oriente superfuere, qui Græcorum fidem ritumque sequerentur. Ii Bagdadi, Amidæ, & in quibusdam insignioribus Persarum, Arabumve Regum civitatibus domicilium fixere. Assem. *tom*. 2. *pag*. 410.

(1) Mar-Abas Nisibi sermonem Syriacum didicit: mox Græcæ linguæ amore ductus, Edessam petiit, Thomam quendam Jacobitam praeceptorem auditurus; quem Alexandriam secutus est, ibique libris e Græco in Syriacum interpretandis operam dedit. Scripta illius sequentia recenset Ebedjesus in Catalogo *cap*. 58. Interpretatus est totum Testamentum vetus e Græca lingua in Syriacam. Abraham Ecchellen *pag*. 249. in notis ad hunc Catalogi locum, observat Syriaca Mar-Abæ versione aliam antiquiorem fuisse apud Syros e Græco item sermone olim elaboratam, cujus S. Ephrem commentariis suis in sacram Scripturam meminit. Utraque

Hic electus Catholicus, & in Ecclesia Cochensi ordinatus, an. Ch. DXXXVI. obiit Hirtæ an. DLII. feria VI. hebdomadæ secundæ jejunii quadragesimalis, cum XVI. annis & aliquot mensibus sedisset. Amrus post obitum Mar-Abæ vacasse sedem an.V. scribit: Mares verò affirmat ipsum Mar-Abam X. an. dumtaxat sedisse, nimirum, sive sedis vacatio, sive Marabæ obitus in an. Chr. DLII. conferri debet.

Sy-

que etiam antiquiorem Syriacam alteram versionem ex Hebraicis fontibus immediatè deductam; quæ *simplex*, seu *vulgata* dicitur, inquè iisdem Ephræmi Commentariis producitur, & exponitur. Edidit quoque Mar-Aba commentaria in Genesim, in Psalmos, in Proverbia, in Epistolam ad Romanos, in duas ad Corinthios, in tres alias, quæ sequuntur, in Epistolam ad Hebræos. Scripsit etiam librum Homiliarum, seu interpretationum, & librum Paracleticum, multosque sermones. Habet etiam Canones in totum Davidem, hoc est, Scholia in Psalmos, deque iis in Ecclesia recitandis regulas. In Synodo Seleucien. sub Isaaco, & Marutha celebrata sancitum fuerat, ut preces ea ratione fierent in ceteris Chaldæorum Ecclesiis, quomodo in Seleucien. mos erat Ecclesia: Et Diaconi proclamationes intonarent, quomodo ibi intonantur: lectionesque Scripturæ legerentur, & Eucharistia demum super Altari conficeretur una eademque in omnibus Ecclesiis ratione. Hinc singuli ferè Seleucien. Præsules in condendis circa Sacramentorum administrationem, vel sacram Psalmodiam Canonibus operam studiumque suum contulerunt. Item Mar-Aba Nestorii Liturgiam e Græca in Syriacam Linguam transtulit, quam Nestoriani usque in præsentem diem usurpant.

Sed & Mar-Aba plures Epistolas Synodicas dedit, de rebus Ecclesiæ ordinandis. In Pontificali Chaldæorum fragmentum Synodicæ Mar-Abæ de Electione Catholici seu Patriarchæ exstat Cod. Syr. *Amid.* XI. *tom* I *Biblioth. Orient. pag.*583. & refertur a Soben. in Epitome Canonum Synodalium *part.*9. *cap.*2. Aliud bene longum fragmentum Synodicæ Mar-Abæ ab eodem Soben. cit. *part.*8. *cap.*19. profertur, in quo de potestate, & jurisdictione Patriarchæ, Metropolitæ, & Episcopi differit. Synodo Mar-Abæ, quæ è Syriaco in Arabicum conversa exstat *Cod.*27. ad calcem *tom.*2. *Biblioth. pag.*507., præmittuntur excerpta Epistolarum Mar-Abæ.

Synodum habuit an. Chosroe Anu sceruani XIII. Christi DXLIV. (1)

Amrus demum notat, Mar-Abam edito Canone vetuisse, ne Episcopus, aut Patriarcha fieret omninò, qui uxorem haberet: nam id inductum fuerat a Rege Persarum sub Barsuma Nisibeno; coactique fuerant Patres ad nubendum (2). Plura de Marabæ gestis, & actis,

(1) In qua Schismata, factionesque Narsetis, & Elisæi sustulit, & perturbationes ex dualitate Metropolitarum, & Episcoporum ortas composuit: Christianorum mores & religionem juxta fidem legemque Apostolorum, & Canones Patrum occidentalium atque orientalium restitui curavit; exactam Canonum observantiam demandavit. Canones 40. in ea Synodo conditi exstant in *Cod. Synod Arab.* 27 ad calcem *tom.* 2. *Biblioth. Orient. pag.* 507. Canonibus præmittuntur fragmenta Epistolarum ejusdem Mar-Abæ, in quibus disserit de abrogando Præsulum in eadem Catholica Sede dissidio, quod Polygamiæ comparat; Monarchiamque statuit. Præcepit, ut ex Episcopis, qui Ecclesiis præfecti fuerant, antiquior, & melior Ecclesiam teneret, & alter in Presbyterorum ordine maneret donec Episcopo defuncto vacantem Ecclesiam susciperet, aut ad aliam transferretur. Disputat præterea de obedientia, quam Christianus quisque Episcopo suo debet, & Episcopi Patriarchæ: Quod nemini fas sit, Ecclesiasticos canones, & terminos ab Apostolis statutos transgredi: disserit de Gradibus Consanguinitatis in matrimonio observandis; item de iis, qui Christi Divinitatem, & humanitatem non confitentur, aut negant Christum passum, & mortuum, aut passionem mortemque ad divinitatem referunt. *Canon Synodi postremus qui & XL sic conceptus est*: „ Sententiæ omnium „ nostrum Episcoporum Orientis „ fundatæ sunt super fidem Patrum CCCXVIII.: in expositione „ autem scripturarum Sanctum „ Theodorum sequimur „.

(2) Barhebræus abusum illum a Mar-Aba sublatum negat, qui eundem cum Chosroe sic disputantem inducit: „ Rex ait: ubinam „ Gentium Catholicus, aut Episcopus mulierem cohabitatricem habet, ut vos habetis? „ aut mortua Clericus uxore, alteram ducit, & post hanc aliam „ ut Clerici vestri faciunt? Catholicus respondit. Quod ad „ fæminas spectat, en ego mulierem non habeo, neque unquam habui. Mei verò prædecessores ex divino Apostolo id „ usurparunt ajente, melius est „ nubere, quam libidine uri. Quod

Canonibus, & ſcriptis dabit Aſſemanus in Bibliotheca, quem conſule. (1)

XXX.

„ Quod etiam Clerici plures ducant uxores, unam poſt alteram, nihil prohibet „. Hæc tamen a Barhebræo ex Barſumæ, aliorumque Neſtorianorum ſententia dicta ſunt; quam a Mar-Aba ex parte correctam fuiſſe ex Amro & ex praxi Neſtorianorum, quæ uſque in præſentem diem viget, palam fit. Clerici enim & Presbyteri apud eam ſectam uxores ducunt, etiam poſt ordinationem: non tamen Epiſcopi, aut Patriarchæ, qui cælibatum eadem ratione obſervant, ac ceteri Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopi.

(1) Amrus plures enumerat Mar-Abæ diſcipulos, Narſetem ſcilicet Epiſcopum Anbaræ; Jacobum Metropolitam Beth-Garmæ; Paulum Metropolitam Niſibis; Ezechielem Epiſcopum Zuabiæ, qui poſtea ad Patriarchalem dignitatem evectus fuit; Kajuram Doctorem Hirtæ qui præceptoris ſui cadaver humandum curavit; Ramjeſu, & Iſai, qui Scholæ Seleucien. præfuere; Moyſen Epiſcopum Carchæ; Barſabam Epiſcopum Sciaakardæ; Davidem Metropolitam Maru, qui ab eodem Mar-Aba depoſitus fuiſſe dicitur; Sergium doctorem Hazæ, hoc eſt Scholæ Adiabenicæ: Jacobum Doctorem: Schiubchalmaranum Epiſcopum Caſcaræ; & Thomam Edeſſenum. Ex his vero nonnullos ſingulari capite in Catalogo laudat Soben; alios tacitus præteriit. Quod vero dicitur de Thoma Edeſſeno non videtur cohærere, nam Thomas hic, non Jacobita, quem Heracleenſem Syri vocant, ſed Neſtorianus Edeſſenus præceptor etiam ab Amro dicitur Mar-Abæ, quem ſermonem Græcum docuit, & in convertendis Theodori operibus in linguam Syriacam adiuvit. Scripta hujus Edeſſeni recenſet Ebedieſu *cap.63.* Catalogi ſequentia 1. De cauſa Nativitatis, & Epiphaniæ. In Ægypto & reliquis Orientalibus Eccleſiis Feſtum Nativitatis & Epiphaniæ Domini uſque ad tempora S. Johannis Chryſoſtomi ſimul celebratum fuit. Utrumque feſtum Armeni in præſentem uſque diem conjungunt. 2. Epiſtolam adverſus Tonos, in qua ſcilicet cantus diverſis tonis exeuntes, qui in Eccleſia Syrorum uſurpantur, minus probat. 3. Solutionem Aſtrologiæ: 4. Prolixos ſermones Paracleticos, & diſputationes adverſus hæreſes.

XXX. JOSEPH.

HIc ex Medico post Mar-Abæ obitum an. Ch. DLII. in Patriarcham Nestorianorum electus (1) fuit. vid. Assem. *tom.* 3. *cap.*8.

An Chr. DLIII. Synodum (2) celebravit, in qua XXIII. Canones conditi, qui in Synodico Arabico prostant (3).

Trien-

(1) Hic, referente Amro, Medicinam callebat, quam in Græcorum ditione didicerat. Nisibim regressus in quodam Monasterio ibidem commoratus, in Marzabani cujusdam gratiam se insinuavit, cujus opera ad Chosroem Anuscervanum adductus, hunc a morbo, quo laborabat, liberavit: Anuscervano suffragante Patriarcha electus fuit.

(2) De Synodo Josephi Elias Damascenus in Nomocanone hæc habet „ Cum Metropolitæ & Episcopi ad ipsum sæpius convenissent, eumque rogassent, ut Canones Patrum Occidentalium atque Orientalium confirmaret, & pro more præcessorum suorum Catholicorum in unum Codicem contraheret, quem universi apud se haberent, & sequerentur: ne videlicet conculcarentur Ecclesiæ leges, & in oblivionem abirent: annuit ille, atque canones condidit canonibus a benedictis illis Patribus statutis omnino consentaneos. Quocirca Josephi Canones recepti sunt, utpote prædictorum Patrum legibus conformes, etsi ipse ab eorum moribus oppido quantum discreparet. „ .

In ea Synodo adfuit Paulus Nisibenus Episcopus Mar-Abæ discipulus, qui teste Soben. Catal. cap. 65. scripsit commentaria in Scripturam, & disputationem adversus Cæsarem, (Hottinger *pag.* 236. *suspicatur legendum, adversus Chosroem*) *& Epistolas diversi generis. Assem. tom.* 3. *pag.* 632.

(3) Primus, adversus eos, qui Ecclesiasticas dignitates favore Regum, vel potentum usurpant: cujus Canonis causam dedisse perhibetur Presbyter quidam, qui ab una Parochia ad aliam transire cupiens, Josepho Patriarcha, & loci Episcopo reluctantibus, accepta ab Ethnicis Principibus potestate Ecclesiam evertit, & fideles in carcerem conjiciendos curavit. VIII. Ne quid Patriarcha aut Metropolita in Synodis suis decernant, nisi præsentibus & consentientibus saltem tribus Episcopis. XIV. cum duobus seqq. de Electione Patriarchæ, & Metropolitæ, deque Episcopis, qui ad Synodum vocati, adesse detrectant. XX. adversus eos, qui ajebant, non esse extruendas Ecclesias, aut monasteria in civitatibus; XXI. de sede Cascarensi, &

quod

Triennio tamen a ſede accepta Joſeph, Marzabani opera, ſuffultus Choſroe favore, Epiſcopos expulit, Presbyteros aſinorum inſtar præſepibus alligari præcepit; Simeonem Anbarenſem Epiſcopum in carcerem conjecit; qui dum feria quinta majoris hebdomadæ in carcere altare conſtruxiſſet pro celebranda Liturgia, illuc ingreſſus Joſeph oblationem pedibus obtrivit. Epiſcopum Zabarum, hoc eſt, Naamaniæ, depoſuit; hic medicinæ & linguæ perſicæ peritus ſupplex ad Regem appellavit, utque eo gravamine relevaretur, impetravit; eademque via Mar Malechus Epiſcopus Darebgerdenſis a Rege pro ſua incolumitate diploma obtinuit, quod Joſeph conſcidit. Perſæ ergo nomen illius e dyptichis expunxerunt. Cum autem ille in ſceleribus perſiſteret, Patres & fideles congregati, ſcripta ad eum epiſtola conqueſti ſunt. Querelas Synodique auctoritatem contempſit. Ad Regem illum, ut cauſam diceret, appellarunt.

quod ejus Epiſcopus poſt Patriarchæ obitum cuſtos eſt Throni Patriarchalis, & ad eum ſpectat Metropolitas, & Epiſcopos ad Synodum convocare. XXII. De Actis Mar-Abæ Catholici confirmandis. Ad calcem Synodi adnotatur: „ Interfuere huic Synodo complures Patres, quos inter Paulus Niſibis Metropolita, decretuſque fuit ſedium ordo, utque Niſibenus thronus ſecundas obtineret „. In principio vero: „ Poſtquam Mar-Abas rem Eccleſiaſticam optimè conſtituiſſet, conſueta diaboli fraude aſtuque factum eſt, ut quidam perverſi homines adverſus Patriarcham inſurgerent, confictiſque criminibus oppreſſum in carcerem & vincula, in quibus etiam deceſſit, detrudi curarent. Propterea perturbato Eccleſiæ ſtatu, Joſephus ut Canones reſtitueret, Epiſcopos ad Synodum convocavit, in qua in eam fidei confeſſionem univerſi conſenſere, ut videlicet tres in Deo perſonas, & unicam ſubſtantiam prædicarent: nec non Filii unionem manentibus duabus ſubſtantiis, & perſonis; poſt unionem vero unicum Chriſtum, & unicum Filium dici oportere, neque unam ſubſtantiam, aut unam perſonam „ quæ eſt communis Neſtorianorum hæreſis.

runt. Respondit se Catholicum esse. Sed communione Ecclesiastica a Synodo privatus, contempto Patrum judicio, ordinationes facere, & Liturgiam celebrare pergebat. Ejus causam ad Regem detulerunt, qui depositionem Josephi, & amotionem confirmavit (1). Obiit an. DLXVII. Sedes ab ejus depositione vacavit an. XII.

XXXI. EZECHIEL.

Ezechiel Mar-Abæ discipulus, Pauli Catholici gener, ex Zuabiæ Episcopo in Patriarcham (2) post Josephi obitum renunciatus, an. DLXXVII. Synodum Modainæ celebravit (3).

Sub

(1) Elias Damascenus affirmat seriem Episcoporum Seleuciensium a 1. Ecclesiæ illius Præsule ad sua usque tempora ab eodem Josepho perductam, nimirum (sic Assem. *t*.3. *pag*.345.) postquam gradu amotus fuit, ad texendum Catalogum præcessorum suorum animum applicuit: utque dejectionem suam exemplo præcessorum solaretur, irritamque ac inanem fuisse ostenderet, Epistolas nomine DD. Syrorum Jacobi, & Ephræmi ad Papam ab Episcoporum Synodo olim dejectum confinxit: Synodicam præterea Occidentalibus Patribus supposuit, qua assertum Seleucien. Catholico Privilegium, ut neque ab orientalibus judicari possit, neque ad occidentales ejus causa deferatur, sed judicium illius Christo dumtaxat reservetur, conceditur, de quo alibi plura diximus.

(2) Variæ fuerunt conventiones Patrum, quidam *illorum doctorem quemdam Marim nomine* Modainæ civem promovere studebant. At Electo Ezechieli favit etiam Rex, cujus consensum cum petiissent, facile impetrarunt, ejusque opera Ecclesiasticæ rei optimè cessit. Josephi enim Presbyteros, (scilicet quos ille depositus ordinaverat, quive fuerant flagitiorum ejus participes) ab Episcoporum Synodo suspensos & interdictos reconciliavit. Pallium, viride gestabat. Hæc ex Amro ejusque interpolatore fuse recitat Asseman. *tom*. 3. *a pag*.435.

(3) Congregati enim Metropolitæ & Episcopi ipsum rogarunt, ut fidem legesque Apostolorum Patrumque Occidentalium ipsis rursus exponere, & confirmare dignaretur, quemadmodum præcessores ejus Catholici facere consuevissent. In Synodo *can*.39. edidit, quorum 1. est adversus Messali-

Sub Ezechiele in toto oriente grassata pestis fertur: ad avertendum hoc flagellum consilio Metropolitæ Beth-Garmæ & Episcopi Ninives Rogationes indixit Ezechiel, scripsitque ad universas orientis regiones, ut concordes jejunarent orarentque spatio trium dierum a feria scilicet 2. quæ vigesima est ante jejunium magnum. Hoc jejunium susceptum ad instar Niniviticum, Ninivitarum vocant Chaldæi. Quoniam autem Ezechiel Episcopos increpans cæcos appellabat, ac cæcorum ductores, cæcus & ipse factus biennio post decessit an. Chr. DLXXX. (1) de Ezechiele plura vide apud Assem. *tom.* 3. *cap.*9.

XXXII.

salianos qui Eucharistiam, jejunium, & Psalmodiam contemnebant, fornicationem licitam esse ajebant, præmia denique bonorum operum, pœnasque scelerum negabant. XIII. Non licere Metropolitis, absente Patriarcha, vel Episcopo, eorum Ecclesias ingredi, neque Episcopis Ecclesiam Metropolitani. XIV. Ut Patriarchæ nomen in omnibus reliquarum Sedium Ecclesiis proclamaretur. XV., ut quarto quoque anno ante jejunium Quadragesimale Metropolitæ, & Episcopi apud Patriarcham congregentur. XVI. ut mense Septembri quolibet anno Synodus Episcoporum fiat apud Metropolitanum. XVIII. XIX. ut Patriarcha Metropolitanum, Metropolita Episcopos suæ Provinciæ ordinet: Episcopi autem a Metropolitis ordinati, ad Patriarcham accedant, ut ab eo perficiantur, seu confirmentur: quod & Mar-Aba decreverat in Synodo *can.*37. Si verò Patriarcha, vel Metropolita aliis ordinationem committere voluerit, patentes eorum literæ super caput ordinandi ponantur. XXIII. ut Episcoporum vel Metropolitæ electio, ultra quatuor menses, non differatur. XXXIV. ut nemo ope Ethnicorum vel Laicorum, ad Ecclesiasticos gradus ascendat. XXVIII. ut nisi ad certam Ecclesiam, nemo ordinetur XXXV. ut Ecclesias & Monasteria absque sufficienti dote nemo exstruat: exstructa, nequaquam consecrentur. XXXVIII. ut Presbyteri civitatis præcedant Presbyteris Pagorum. XXXIX. ut Episcopi & Presbyteri Provinciæ Patriarchalis præcedant Episcopis, & Presbyteris aliarum Provinciarum, ita tamen ut primus in unaquaque provincia cum primo, secundus cum 2. comparetur, & sic de reliquis.

(1) Sub Ezechiele claruit Paulus

XXXII. JESUJAB.

HIc ex Ba-Arbaja, seu Beth-Arabia oriundus Nisibi sub Abrahamo Scholæ Nisibenæ Doctore E literlus Persa Ecclesiastica eruditione, & externorum Philosophia; qui admirabilem Isagogem in Dialecticam composuit. Hic cum Persidis Metropolitanus fieri cuperet, nec populi suffragia obtinere potuisset, ad Magorum Sectam transiit. Assem. *tom.*3. *cap.*10. Sub eodem Ezechiele innotuit, Gregorio Barhebræo in Chronico scribente apud Assem. *tom.*2. *p.*414., Jacobus Baradæus, quem Metropolitam oecumenicum ordinatum fuisse, dicit Barhebræus, a Patriarchis, qui ob sectam Monophysiticam in carceribus Regiæ urbis inclusi erant; nimirum, ut Monophysitis Orientis, & Occidentis præesset: Baradæum vero idcirco appellatum, propter vestimentorum ejus simplicitatem. Cum autem in Orientem venisset, Achudemem, quem Christophorus Armeniorum Catholicus Episcopum Arabum antea initiaverat, ei regioni Metropolitam præfecisse. Ex hoc tempore, inquit, duo cæperunt esse in Oriente Primates, alter Nestorianorum, qui tum Ezechiel erat; alter Monophysitarum, qui primus Achudemes fuit, unde Barhebræus ipse initium Catalogi Maphrianorum, seu Primatuum Gentis suæ ducit, licet revera, neque Achudemes, neque ejus successores Kamjesu, & Samuel inter Maphrianos numerari debeant, cum certam sedem non habuerint; sed Maruthas primus Jacobitarum Maphrianus statuendus sit, qui in urbe Tagrito primatialem sedem fixit circa an. Græcor. DCCCCXL. De Maphrianis alibi. De Ezechiele autem plura dabit Patruus *tom.* 3. *cap.*9.

Sub eodem Ezechiele claruit Bud, *sive Buddas*, *Periodeutes*, seu Presbyter circuitor, ac visitator; hic Christianorum in Perside, finitimisque Indiarum regionibus curam gessit. Hinc sermonem Indicum calluisse dicitur. Edidit etiam orationes de Fide; & adversus Manichæos & Marcionistas, qui in Asyria, Perside, & India frequentes olim fuerunt, *quæstiones Græcas*, nuncupatas *Aleph Mighin*, puto legendum *milin*, hoc est mille milliaria; vel *Aleph Melin*, idest mille verba, totidem fortasse quæstiones. Librum quoque interpretatus est ex Indico sermone, quem Calilagh, & Damnagh, sive Colaila, & Damna, quem alii alias proferunt. Sunt autem Colaila, & Damna duo Thoum nomina, quæ sect. 1. & 2. loquentes inducuntur; Thoes genus animalis vulpi simile, & in Asia atque Africa non infrequens. Liber Ethicus, & Politicus, per fabulas

literis operam dedit, mox Arzuni Episcopus (1) creatus, post Ezechielem Catholicus Ordinatus fuit an. DLXXX. obiit an. DXCVI. (2) Varia scripsit opuscula doctus hic Ne-

las lepide & ingeniose compositas humanos mores instituens; malitiam scilicet, fraudes, & stultitias hominum in vita communi, & in aula potissimum, ad vivum exprimens: lingua Indica primum compositus, deinde in Persicam, Syriacam, Arabicam, Turcicam, Græcam, Latinam, Hebraicam, Italicam, Gallicam, Hispanicam, Germanicam translatus Dialogum continet Gymnosophistam inter, & Dabselimum Indiæ Regem. In capita 15 al 14. dividitur. Singula Capita plures fabulas comprehendunt, artificio contextas. 340. in Mss. Cod. Arab. *tom.1. Bibl. pag.629.* numerantur, plura de hoc opere vid. apud Assem. tom.3. a pag.220.

(1) Hunc Rex Hormisdas in honore habuit: mortuo Ezechiele, exorta fuit de eo quæstio, & de Job commentatore; causa delata ad Regem, Jesujabum promoveri jussit; ab Episcopis congregatis electus fuit, & universi ad Regem intromissi præcipuo honore affecti sunt, & ad proprias singuli sedes remissi; ita tamen, ut ad intima quandoque regni consilia admitterentur, quod Magis permolestum accidit. Regnabat inter Arabas Naamanes Monderi filius ethnicæ superstitionis tenacissimus, Ozzam enim, venerem nempe stellam, colebat. Hunc morbo laborantem Simeon Hirtæ, & Sabarjesu Lasciumæ Episcopi, ac Jesuzacha monachus curarunt; quam ob rem baptismum ipse, & ejus filii Monderus, & Hasanus susceperunt. A Persarum Rege ad Mauricium Imperatorem Legatus Jesujabus honorificè exceptus fuit. Asseman. *tom.3. pag.*110.

(2) Sepultusque fuit in cœnobio Hendæ sororis Naamanis. Sub eo plures monachi floruerunt, a quibus plura condita monasteria, & constructæ Scholæ; illos memorat Thomas Margen. in historia Monastica; Assemanus *tom.2. p.*415. sequentes memorat, Mar Eliam scilicet Fundatorem Cœnobii Saidi in Mosul, Raban Baritam, Raban Georgium ejus socium, Mar Joannem fundatorem Cœnobii Anchalæ; Mar Babæum Nisibenum; Mar Jonam Abdalmagi; Raban Siroen; Raban Saporem; Raban Bautham; Mar Jacobum fundatorem Bet-Habe; & Abatem Joannem Bar-Tura fundatorem Cœnobii in monte Singaræ: Quorum Gesta vide apud Thomam Margen. in historia Monastica.

Claruit sub hæc tempora Job, vulgo commentator, de quo scribit Amrus: diebus ejus, hoc est Mar-Abæ, floruit Abraham Cascaren. Monachus, philosophicis scientiis, & virtutibus asceticis conspicuus, cujus tempore Regulæ Monastices in Perside innotuerunt. Hic ex eremo Sceten in Syriam regressus, asce-

Nestorianus. (1) Sed missis Jesujabi scriptis, illud notandum, quod an. Ch. DLXXXVIII. Synodum Episcoporum coegit, in qua XXX. Canones edidit (2).

asceticæ vitæ schema, seu Monasticum habitum, quo ibi indutus fuerat, suis alumnis restituisse, atque instar coronæ præcepisse eorum discipulorum caput tonderi, qui sacrum hujusmodi institutum amplecterentur, fertur. Hic enim discrimen posuit monachorum inter habitum, & hæreticorum: cœnobia, cellasque ordinavit, quæ olim instar communium ædium erant. Cum autem in spelunca quadam in Regione Hazæ aliquandiu habitasset, Hierosolymam petiit, inde sanctos (seu Monachos) in Ægypto visitavit: deinde in pristinum locum regressus, ibi XXX annis commoratus modico pane oleribusque vitam sustentavit. In boreales terras progressus incolas ab Idolorum cultu ad christianam fidem adduxit. Multas exstruxit Ecclesias, librumque conscripsit de monastico regimine. Jobus ejusdem Discipulus, speluncam ipsius in cœnobium convertit, quod etiamnum (sic Amrus) Cœnobium Jobi appellatur. Job verò ex Ardasciro urbe oriundus, patrem habuit mercatorem admodum locupletem, qui Xenodochium exstruxerat. Ubi e morbo, in quem inciderat, convaluit, Abrahamum adiit, apud quem tonsuram accipiens regulas monasticæ vitæ didicit. Tum Cœnobium Abrahami Nephtarensis petiit, cujus sermones, nec non Regulas Abrahæ Cascaren. e Syriaco in Persicum sermonem convertit. Convenere ad eum plures Monachi post obitum Esaiæ, & Elisæi sociorum, a quibus institutum monasticum didicerat. Asseman. *tom.*3. *pag.*431.

(1) Ex Catalogo Ebedjesu *c.*72. sequentia recenset Assem. *to.*3.*pag.* 108., scilicet, adversus Eunomium: disputationemque instituit adversus quendam Episcopum Hæreticum. Quæstiones 22. de Sacramentis Ecclesiæ; hujus Tractatus fragmentum *de modo Eucharistiæ infirmis administrandæ*, de confectione hostiæ Eucharisticæ, de Baptismo in Ecclesia, ubi baptisterium desideratur, conferendo; de Liturgia a solo Sacerdote non celebranda, exstat *pag.*93. *in Cod Syr.*3. *ad calc. tom.*2. *Bibl. Orient.pag.*487

(2) Quorum primus, ut recipiatur fides Nicæna, & Canones Apostolorum & reliquorum Patrum, utque Arii & Macedonii hæresis circa Trinitatem repudietur, nec non Eutychetis, Manetis aliorumque circa humanitatem Christi. Secundus; quod commentaria Theodori commentatoris sequenda sunt, ejusque libris standum: qui vero iis contradixerit, alia scripta amplexus, anathema sit; quemadmodum fecit Hananus Adiabenus, qui eum impugnavit, Johannem Chrysostomum secutus. VIII. Adversus Presbyteros & Monachos vagos, qui jejunium or-

XXXIII. SABARJESUS.

BEt-Garmæ Oriundus Patre ovium Paſtore (1) Sabarjeſus Patriarcha Electus. an. Chr. DXCVI. obiit an. DCIV. An. DXCVI. Synodum congregavit ob quoſdam Monachos, qui pravas opiniones diſſeminabant docentes

orationem, & Euchariſtiæ perceptionem contemnebant, feminas ſecum ducentes: utque nec viri in Monialium monaſteria, neque feminæ in cœnobia virorum ingrediantur. IX. Quod non liceat diebus Dominicis Eccleſias Catholicas, ubi divina officia celebrantur, derelinquere, & monaſteria religionis cauſa adire, ſed hæc diebus ferialibus, ſi placet, adeunda ſunt. XXVIII. De poteſtate Patriarchæ in Metropolitas, & Metropolitæ in Epiſcopos, deque eorum electione. XXIX. De Synodis Metropolitarum apud Patriarcham, & Epiſcoporum apud Metropolitam; & quod Simeon Niſibis, & Gregorius Gandiſaporis Metropolitæ, qui ad Concilium venire detrectaverant, niſi intra illius anni ſpatium mandatis obtemperent, ſententiam depoſitionis incurrant. Canonibus ſubjunguntur ejuſdem Jeſujabi Arzunitæ reſponſa XX. ad totidem quæſtiones Jacobi Epiſcopi Dirinæ inſulæ Catarenſium, ſeu Bactrianæ, quæ in quibuſdam manuſcriptis Codd. Dadiana dicitur. Plura dat Patruus in ſua Bibliotheca.

(1) Hic paſtoris Bagermenſis filius, Niſibin ſtudiorum cauſa miſſus, Tugurium poſtea in monte Sciaharano conſtruens quinquennio ibidem habitavit; a Jeſujabo Epiſcopatum Laſciumæ, alio nomine Dakukæ accepit. Choſroe juſſu, & voluntate Patriarcha electus fuit, ac Liturgiam celebravit. Tum ad Regem deductus eſt, accenſis funalibus circumquaque ædibus collucentibus, & incenſi thuris ſuffitu aerem implente. Tum Epiſcopos domum redire juſſit Rex, & Vicarium Catholici creare; creatuſque fuit Milles Senæ Epiſcopus. Manſere nihilominus Epiſcopi apud Patriarcham ad menſem, ut Eccleſiaſtica negotia componerent, ejuſdem apud Regem interceſſione. Mauricius pictorem miſit in Perſidem, qui Patriarcham ſalutaret, ejuſque imaginem ad ſe reportaret. Annuit Sabarjeſu, Choſroe interveniente, & cucullum ſuum ſigno Crucis notatum pro benedictione miſit ad Mauricium, qui id per literas expetierat. Ab eodem Mauricio particulam Crucis magnæ aureæ Cruci incluſam, & ex ipſius veſtiario veſtem accepit. Choſroem Abruizum ad ulciſcendam Mauricii Imperatoris Soceri ſui cædem moventem ſecutus eſt, & in expugnatione Daræ deceſſit VIII.

Epi-

tes peccatum naturæ humanæ esse insitum, Adamum verò natura immortalem fuisse &c. (1)

XXXIV.

Episcopatus anno Christi DCIV. Plura de Sabarjesu leguntur apud Amrum, & in carmine Syriaco, quod de ipsius laudibus & Hormisdæ conscriptum exstat Cod Syr. Amid. 7. *tom* 1. *Bibl. pag.*582. In Bagermensi cœnobio, quod & exemptionis Privilegio (Privilegium in Cod. Liturg. exhibuimus) donavit, conditus fuit. Festum ejus celebratur a Chaldæis Nestorianis Domin. 1. Octobris, uti liquet ex Cod. Syr. Amid. 1. *tom.*1. *Bibl. pag.*581. Plura cœnobia ejus nomine insigniuntur, puta cœnobium in Choche, in Vasetha.

Scripsit Historiam Ecclesiasticam, cujus fragmentum de Mauricio Imperatore exstat Cod. Syr. 20. *tom.*2. *Bibl. pag.*499.

(1) Synodus itaque primum confirmavit fidem CCCXVIII. Patrum circa divinarum personarum Trinitatem, Christique Divinitatem, atque humanitatem, docens utramque substantiam citra omnem permixtionem & confusionem mansisse. Expositiones magni Commentatoris Theodori suscepit & approbavit: contraria opinantes, aut a prædictis articulis recedentes anathematizavit, uti & illos qui asserebant peccatum naturæ esse, non liberi arbitrii. Cohabitationem convictumque Fratrum & Sororum in Christo sub excommunicationis pœna post primam admonitionem incurrenda interdixit. Monachos, & Sacerdotes omittentes in Ecclesia, sive in propria cella Ecclesiastici officii Canones juxta ritum Ecclesiæ Cochen. recitari solitos, (ajebant enim quosdam supprimere canones continentes dogma de dualitate substantiarum in uno Filio Dei) jussit Synodus, admoneri: & siquidem pertinaces deprehensi fuerint, Ecclesiasticæ correctioni subjacere voluit, & excommunicari, atque ab Eucharistiæ sumptione suspendi donec resipiscerent. Postremo legitur professio Monachorum Cœnobii *Barchitæ confitentium S. Trinitatem*, & unionem magnam & inseparabilem; continuo insuper studio se operam daturos expositionibus Commentatoris, & Psalmodiam, sanctumque jejunium observaturos; subditur denique ut monachi stabilem in propriis cellis, ac monasteriis commorationem minime abrumpant otiosis evagationibus extra propria claustra: Sacra insuper mysteria frequentent diebus Dominicis & festis, ita ut omnes celebrationi Liturgiæ divinarumque scripturarum Lectioni interesse teneantur: Transgressores sæpius moneantur: Sin vero resipiscere voluerint, a conventu arceantur. Qui hos Canones transgressus fuerit, a Patre Patriarcha excommunicetur, suspensusque maneat, donec resipiscat, & resurgat. Vid. Assem. *tom.*3. *a pag.*341. *&* *tom.* 2. *pag.*415.

XXXIV. GREGORIUS.

EX Caſcara oriundus, Eccleſiæ Molikenſis in Mahuza doctor permiſſu Sirinæ uxoris Choſroe Regis, & opera Medici Niſibeni Abrahæ in Patriarcham ordinatus fuit, cum Sabarjeſus præceſſor Bar-Had-beſciaba monachum montis Saaran ſucceſſorem ſibi deſignaſſet, & Choſroes ipſe Gregorium Niſibis Metropolitam eligi juſſiſſet. Quamobrem in Caſcarenſem Gregorium Rex indignatus, cunctos ditionis ſuæ Chriſtianos vexare cœpit, ſed Patriarcham præſertim ejuſque diſcipulos, qui ob flagitioſam, quam ducebant vitam, ſummum præceptori ſuo dedecus conflaverant.

Sedit autem Gregorius an. IV. obiit an. Ch. DCVIII. vid. Aſſeman. *tom.*2. *pag.*416. ubi notat; quod poſt ejus obitum diſcipulos comprehendi juſſit Choſroes, ſuppliciiſque affici, donec relictam a Gregorio auri ſummam prodidere; quo nomine Chriſtianos duplicato tributo vexare cæpit, illiſque præterea mandavit, ne quem Catholicum eligerent. Vacavit itaque ſedes, quoad vixit Choſroes. Eandem vicaria poteſtate rexere Mar-Aba Archidiaconus; & Babæus magnus Archimandrita: idque ex conſilio, ut ſcribit Thomas Maragen in hiſtor. Monaſtica *lib.*1. *cap.*27., Cyriaci Metropolitæ Niſibis, Jonabadi Adiabeni, & Gabrielis Epiſcopi oppidi Seleuciæ, qui Patriarchalis Eccleſiæ regimen Babæo commiſere. Plura dat Aſſemanus *tom.* 3. *cap.*14. (1)

Gre-

(1) De Scriptoribus, qui per hæc tempora claruerunt, plura dat Patruus in Catalogo Ebedieſu *tom.*3. quædam de nonnullis Carpimus, ac 1. *cap.* 66. Sequentia Babæi Archimendritæ ſcripta recenſet Sobenſis: *De cauſa Hoſannarum*, ſimile autem opus per idem

idem tempus ſcripſit Hananus Adiabenus, qui circa an. Ch. DCVI. obiit, & de quo Soben. in Catalogo *cap.59. Liber de unione*, ideſt de Verbi Dei incarnatione, qui exſtat ad calcem Cod. Syriaci *X. t.4. pag.489.* ubi Neſtorianus Scriptor 12. capitibus oſtendere conatur, Chriſtum duabus naturis, duabuſque perſonis conſtare. *Expoſitio libri Centuriarum*: Sunt autem Centuriæ opera aſcetica Evagrii Pontici capitibus 100, diſtincta. Expoſitio Babæi exſtat in Cod. Syr. 10. ad calcem *tom.2. Biblioth. Orient. pag.489. Liber Abbatis Marci*, ſive expoſitio illius libri. *Hiſtoria Diodoritarum*, Neſtorianorum ſcilicet, qui Diodorum Tarſenſem cum Theodoro Mopſueſteno, atque Neſtorio, ſequuntur: de *cauſa Feſti Crucis. Liber, in quo ordine diſponit per anni circulum triumphos S Mariæ, & Joannis & reliquas ſolemnitates, atque commemorationes*: Ideſt hymni per anni circulum de Laudibus Deiparæ, Joannis Baptiſtæ, ceterorumque Sanctorum; nec non de dominicis, & Feſtis diebus, juxta ordinem officii Eccleſiaſtici Chaldæorum. *Liber ad Tyrones, & Canones de Monachis*: Fuit enim Archimandrita, & regulas tam pro Novitiis, quam pro Monachis profeſſis ſcripſit. Exſtant Canones 25. e Syriaco in Arabicum converſi in *Cod. Arab. 36. Epiſtolæ* ad Joſephum videntem, Scholæ Niſibenæ Magiſtrum, de quo poſtea. *Expoſitio in totam Scripturam. Liber cauſarum*, ideſt Apologeticus, in quo de Matthæo, Abrahamo, & Gabriele monachis tractat: Matthæus vagus, Syris *meſcianiono*, dicitur, quod certam cellam non haberet. Abrahamus Niſibenus is forte deſignatur; qui cœnobium in Monte Izla apud Niſibin condidit, cui & Babæus poſt Dadieſu ſucceſſit.

Dadieſu Abbas cœnobii Mar-Abrahami expoſuit *Paradiſum Occidentalium*, de quo vide Aſſemani annotata ad *cap.46. Catal.* Ebedieſu. Dilucidavit *Abbatem Iſaiam*; de hoc libro Abbatis Iſaiæ vid. Thomam a Jeſu de converſ. Gent. *lib.7. part.1. c.2. pag.354. Libros* etiam compoſuit de *regimine*, ideſt, re aſcetica, ſeu de inſtitutione Monaſtica. *Orationem de conſecratione Cellæ*. Monachus apud Syros cum annos probationis expleviſſet, antequam cellam ad habitandum acciperet, ex præſcripto Cœnobii Izlenſis, precibus a Dadieſu compoſitis ea benedicebatur. Cellam autem vel ipſe ædificare, vel ædificatam redimere tenebatur. Aſſem. *tom.3. pag. 99. Flebiles ſermones paracleticos*, ideſt de defunctis; Epiſtolas quoque, & quæſtiones edidit de ſilentio in corpore, & ſpiritu.

Joſeph patria Huzita, dignitate Presbyter, tertiuſque a Narſete Scholæ Niſibenæ Rector ac Magiſter, magnam doctrinæ laudem editis MDCCCC. tractatibus apud Syros Neſtorianos conſecutus eſt, adeout cognomento *videntis*, ſeu *Prophetæ* fuerit decoratus. Claruit ſub Patriarchis Ezechiele, Jeſujabo Arzunita, & Sabarjeſu ab an. Chr DLXXX. Cum Babæo Archimandrita, de quo mox dixi, familiaritate conjunctus. Auctor fuit Carminis enneaſyllabi, ideſt ex novem Syllabis compoſiti, ſicuti

cuti Narſes ſæculo v. celebratur, ut hexaſyllabi carminis inventor, & Pentaſyllabi Balæus, Heptaſillabi S. Ephrem, dodecaſyllabi Jacobus. Barhebræus apud Aſſem. *tom.2. pag.*407. refert a Joſepho iſto inductum hodiernum morem Syriacas voces proferendi Neſtorianorum, qui ab Edeſsenis, ceteriſque Occidentalibus Syris diſcrepantes vocali *O*, quam Edeſseni in quibuſdam vocibus pronunciant, vocalem *A* perpetuo ſubſtituunt. Vid. Patruum *t.3.pag.*100. ubi & de erroribus Joſephi agitur; infra dicam de damnatione talium errorum; breviter modo indicem nonnullorum operum Joſephi *ex cap.68. Catal.* Ebed-jeſu recenſeo 1. *de Theoria, & modo, ſeu praxi.* 2. *Liber Theſaurarii,* in quo Solutio abditarum quæſtionum. 3. de caſibus adverſis, & Flagellis: nimirum de peſte, quæ ſub Joſepho & Ezechiele Patriarchis in toto Oriente graſsata eſt; deque perſecutione a Choſroe Rege in Neſtorianos mota. 4. Expoſitio libri Mercatoris, videtur eſse Eſaias Abas, quem mercatorem fuiſſe affirmat Palladius in hiſtor. Lauſiaca *cap.*14. 5. Liber hiſtoricus de Paradiſo Orientalium, in duos tributus tomos, cui Eccleſiaſtica immixta eſt hiſtoria: Dicitur Paradiſus Orientalium, ut a Paradiſo Occidentalium, quem Ananieſu Monachus ſub Georgio Patriarcha in Syriacum è Græco convertit, & a Paradiſo minore, quem David Monachus concinnavit, diſtinguatur: vid. Aſsem. *tom.*3. *pág.*49. 6. expoſitio viſionis Ezechielis. 7 De cauſis celebriorum feſtivitatum. 8. Explanatio capitum ſcientiæ, ideſt capitum gnoſticorum Evagrii de quibus vid. Aſsem. *cit. pag.*95. 9. Expoſitio Dionyſii.Syris Græciſque, quotquot Dionyſium Areopagitam expoſuere, antiquior videtur eſse Joſephus, qui vi. ſæculo exeunte claruit. 10. Expoſitio viſionis S.Gregorii, utique Nazianzeni. Attribuitur ab otioſo aliquo monacho in Syria ſcriptum continens quandam Apocalypſin, ſeu revelationem factam Gregorio de iis, qui in Paradiſo, vel in Inferno degebant; hoc ſcriptum Joſeph, tamquam genuinum Nazianzeni fœtum, commentariis illuſtravit. Demum Epiſtolæ de ſublimi regimine monachatus.

Joannes cognomento Saba, ſeu Senex, ex patria Daliatha Meſopotamiæ urbecula Daliathenſis appellatus, claruit medio vi. ſæculo. Duos libros edidit (teſte Soben. *cap. 69.* Catalogi) cum Epiſtolis compunctoriis de inſtitutione Monaſtica. Ejus ſcripta damnavit Timothæus Neſtorianorum Patriarcha, tamquam Sabellianum errorem olentia, & quod Deum a creaturis videri poſse dixiſset. Claruit eodem exeunte ſæculo vi. Iſaac Ninivita, in Cœnobio Sancti Matthæi apud Niniven primum Monachus, mox Ninivitarum Epiſcopus, demum abdicata dignitate, in Scetenſem eremum ſeceſſit, ubi vita functus eſt. Hic compoſuit 7. tomos de regimine ſpiritus, de divinis myſteriis, de judiciis, & de Politia. Aſseman. *cit. pag.*104.

Satis de Scriptoribus, qui ſub præ-

Gregorius hic pecuniæ cupidus, & libidini deditus fuit. Synodum verò an. Chr. DCV. mènse Aprili habuit (1).

XXXV. JESUJABUS.

IN Gadala Arabiæ pago natus in Schola Nisibena literis operam dedit: mox ad Episcopatum Baladæ promotus, Patriarcha post sedis vacationem diutinam ordinatus fuit an. DCXXVIII. (2). A Siroe pro pace cum

Ro-

prædictis Patriarchis claruerunt hæc adnotavimus, atque ex *tom.*3. *Biblioth* Patrui excerpsimus.

(1) In qua magnum Fidei Symbolum confirmatum: Theodori expositiones adprobatæ: memoriam Barsumæ Nisibeni fieri deinceps decretum: Barsumas cum suis scriptis vindicatus: confirmati Canones statuti ad coercendos Sacerdotes certa Ecclesia aut certo monasterio carentes, qui nec Rectoribus parebant, nec in schola manebant, sed solitarii habitabant, & per domos vagabantur: hæc decreta extensa ad Sorores, quæ virum non habentes, & per domos circumeuntes, mores hominum corrumpebant; necnon ad negligentes monachos, qui in pagis, vel suburbiis ædes conducebant, hominesque depravabant. Similes Clericos, monachos, & sorores a communione arcendos Synodus statuit; Episcopum verò negligentem talium hominum correptionem ab omnibus admonendum; coercendos etiam monachos, qui ob perversas opiniones quædam de sacris, & vivificis precibus omittebant. Cumque relatum in Synodo fuisset quosdam Ecclesias, & monasteria ædificasse, eisdemque reditus assignasse, eosque consanguineis suis ex Testamento commisisse, *quos illi post fundatorum obitum* in suos usus convertissent; Sanxit Synodus scripturas ad hujusmodi negotia pertinentes apud Episcopum servari oportere, & ad hunc spectare expensarum atque redituum prædictorum locorum administrationem. Tandem visum fuit hæc omnia in unum volumen referri juxta morem præteritorum Catholicorum, qui hactenus consueverant in Metropolitarum, & Episcoporum Synodo fidem suam iterare, leges sancire, & propriam religionem constabilire. Fecerunt itaque quod Sabarjesus ejusque Metropolitani, & Episcopi una congregati fecerant, & quæcumque illi damnaverant condemnarunt. Vid. Eliam Damascenum apud Asseman. *tom.* 3. *pag.*452.

(2) Hic literas promovit, Scholas restituit; *fecit*que commentaria

Romanis facienda ablegatus fuit una cum Sahaduna Garmæorum Episcopo. Sahadunas ea occasione de fide colloquio habito cum catholicis, ejurata Nestoriana hæresi Catholicam fidem amplexus fuit; Sahadunæ exemplum secuti sunt complures Garmæi, aliique ex Assyria, cura præsertim Heraclii Imp., qui facta cum Syroe Persarum Rege pace, regiones illas lustravit, multosque ex Nestorianis, tum ex Jacobitis Syris ad unitatem Ecclesiæ reducere conatus est. Quos fidei progressus ægrè tulit Jesujabus Adiabenus.

Hujus ævo innotuit Mahometus, quem cum Saydo Nagranensium christiano Principe Jesujabus adiit, oblatisque ingentibus donis fœdus Christianos inter, & Arabas utriusque sectæ stabiliri postulavit. Fœdus seu pactio, qua *Mahometus* securitatem Christianis dedit, prodiit Arabice & latine, Gabriele Sionita interprete Parisiis an. MDCXXX. hoc titulo „ Testamentum & pa„ ctiones initæ inter Muhamedanos, & Christianæ Fi„ dei cultores „ Latinè tantum Rostochii per Joan. Fabricium MDCXXXVIII. Demum latine-arabice per Hinkelmanum Hamburgi an. MDCXC. Pacificus Scaliger e Cappuccinorum familia Arabicum exemplar in Oriente nactus, illud primùm in Europam advexit. Genuinum esse opus Grotius (*Epist. ad Gallos apud Hottinger. hist. Orient.*

ria in David, & Epistolas; Narrationesque ac Orationes de variis rebus, teste Sobensi in *Catal. cap.*71.

Amrus alia Jesujabi scripta recenset: Composuit, inquiens, librum in capita divisum, quo hæsitantes in fide reprehendit. Alterum de Nominibus, ac rebus, quæ scriptura quidem conveniunt, sed voce differunt: deque iis, quæ voce conveniunt, & sensu differunt. Tertium de Sacramentis Ecclesiæ, in duas supra 20. interrogationes, totidemque responsiones distributum. Assem. *tom.*2. *pag.*418.

Orient. lib.2. cap.20.) negat; Salmasius (*epist.20. lib.1. p.44.*) affirmat; ejus tamen mentionem facere videtur Elmacinus in vita Mahometi, ubi narrat, ex historiis Christianorum, addictum fuisse Christianis illum impostorem, & benevolum: & cum ad ipsum quidam Christiani venissent petentes securitatem, imposuisse eis tributum, atque in fide eos suscepisse: quod cum Maris Amri, & Barhebræi narratione consonat. Addunt Nestoriani aliud Jesujabo diploma concessum ab Omaro Chalipha, qui Mahometum secundus excepit, quo cautum erat, ut ipse fratresque ejus sectatoresque a tributo immunes essent; idque diploma ad præsentem usque diem, hoc est ad an. Chr. MCCC., quo Mares scribebat, conservari scribunt. Vid. Assem. *tom.4. pag.94. & seq. & tom.3. pag.108. Jesujabus* iste circa an. Christi DCXXXVI. Episcopos ac Presbyteros in Indiam, Synarumque regnum misit. Assem. *tom.4. pag.81.*

Obiit Jesujabus an. Gr. DCCCCLVIII. Christi DCXLVII. cum annos XIX. incompletos sedisset. Asseman. *tom. 3. pag.108.* (1)

XXXVI. MAREMES.

In Arzunitide natus, in Schola Nisibena edoctus, in cœnobio S. Abrahæ religiosam vitam professus, Episcopus Ninives primum, tum Metropolita Gandisapor, demum Patriarcha an. Chr. DCXLVII. ordinatus, sanxit, ut Sacerdotes cingulo vestem constringerent.

F 2 Aliud

(1) Vidit Jesujabus iste postremos Persarum Reges Siroem, Ardascirum, Sarbarzam, Boranen, Chosansadem, Zadimidochtam, Chosroem, Pharaxadem, Hormisdam, & Jesdegerdem, qui ab an. Chr. DCXXVIII. ad an circiter DCXL Regnum Persicum tenuere: Iis autem sublatis, ad Arabas id Regnum devolutum est. Ass. *t.4. p.94.*

Aliud diploma a Chalipha Ali Ebn-Abi-Talebo impetravit. Assem. *tom*.2. *pag*.420. *tom*.4. *pag*.95. Synodum celebravit in causa Sahadunæ (1); cujus meminit Jesujabus Adiabenus in Epistola ad Hormisdam Episcopum, & ad Episcopos regionis Garmæorum, quos Maremes Patriarcha congregaverat, ut Sahadunam absolutum suæ sedi restitueret, modo Nestorianis erroribus, eiurata fide catholica, consentiret. Adiabenus illum nullatenus recipiendum dicebat, quod octies Ecclesiæ Nestorianæ fidem susceperit, suumque errorem in universali Synodo anathematizaverit; ter propria cum subscriptione, & sigillo; quinquies confessione oris coram Synodo; & totidem vicibus ad impietatem (ita Nestorianus reversus est. Vid. Assem. *tom*.4. *pag*.185.

Obiit Maremes an. Chr. DCL.

XXXVII.

(1) Sahadas, hoc est Martyrius, quem Nestoriani diminutivè Sahadunam appellant, ex Halmona regionis Nuhadtensis pago ortus, in Schola Nisibis literis vacavit, ac multum profecit; deinde Monachus fuit Cœnobii Bet-Abensis. Plures scripsit Tractatus; & præcipuè, de *universo opere Monasticæ vitæ*, *libros* duos; quibus adjecit quædam Paracletica, ac varios tractatus; tum etiam historiam Jacobi, & præclara gesta Monachorum in partibus orientis: atque orationem funebrem Magistri nostri (verba sunt Thomæ Margen apud Assem *t*.3. *pag*.454.) Jacobi, quæ incipit: „ Magnum „ nobis caput abstulit mors, cha„ rissimi. „ Sub Jesujabo Gadalen. Garmæis Episcopus præfuit, eundemque Jesujabum Siroe Persarum Regis legatione ad Imperatorem Heraclium an. Chr. DCXXVIII. fungentem comitatus est. Ea occasione colloquio cum Catholicis in Romanorum ditione habito, Nestorianam hæresim abjuravit. Vid. Assem. *Bibl.* Exstant quinque Jesujabi Metropolitæ Mosulani Epistolæ de hoc argumento, de quibus infra.

XXXVII. JESUJABUS.

HIc Baſtumagi filius Adiabenus ex Schola Niſibena, ubi cum Gregorio ejuſdem urbis Metropolita ſtudiorum curriculum emenſus fuerat, Epiſcopus Ninives, dein Moſulanus Metropolita, tandem poſt Maremes obitum Catholicus ordinatus eſt an Chr. DCL. Monaſticum inſtitutum in Cœnobio Jacobi Bet-Abenſi amplexus fuerat: maximamque apud gentem ſuam doctrinæ famam obtinuit. Cum Epiſcopus eſſet, Jeſujabum Gadalenſem Sirois legatione ad Heraclium Imp. fungentem una cum Cypriano Niſibis, Paulo Adiabenes, Gabriele oppidi Seleuciæ, & Sahaduna Garmæorum Epiſcopis, comitatus eſt: in eo itinere Arcam oſſium Apoſtolorum Petri, & Pauli *Antiochiæ furatus*, in cœnobio Beth-Abenſi repoſuit: Jacobitis reſtitit, ne in urbe Moſul Eccleſiam ædificarent, & Tagritenſem urbem ad frangendam Jacobitarum potentiam petiit. Aſſem. *tom.*3. *pag.*113. *ſeqq.* Metropolita factus Sahadunam exagitavit, quod Neſtorianam hæreſim ejuraſſet (1) Patriarcha

(1) Exſtant quinque Epiſtolæ Jeſujabi de hoc argumento, ut ſupra monui; 1. Clericis, & populo Eccleſiæ Mahuzæ Ariuni, hoc eſt Metropolitanæ Garmæorum, cui Sahadunas præerat, in qua dolet hominem Epiſcopali dignitate a ſe ornatum in hæreſim, ut inquit, incidiſſe. 2. ad eundem Sahadunam, cum primum de mutata illius fide edoctus eſt per Paulum Cœnobii Bet-Abenſis Archimandritam tranſmiſſa, ubi doctrinam Sahadunæ ab Eſaia Tahalenſi olim Chaldæis traditam, ab Ananieſu, Jacobo, & Babæo Neſtorianis exploſam fuiſſe ſcribit. 3. ad Hormiſdam Epiſcopum, quem monet, ut Sahadunæ Communionem devitet, utpote qui Neſtorianos palam hæreticos appellaverit. 4. ad eundem Hormiſdam, ut inconſulto Jeſujabo nihil agat in cauſa Sahadunæ, quæ a Patriarcha Mareme in conventu Epiſcoporum examinanda erat. 5. ad

cha ſalutatus promovendis ſcientiis operam dedit: cum autem in Cœnobio Beth-Abenſi (1) (Aſſem. *pag.* 116.) dedicaſſet templum a ſe excitatum, & ibidem Scholam inſtituere decreviſſet, diſſidium ipſum inter, & monachos ejuſdem Cœnobii exarſit; monachi enim a ſuo inſtituto id alienum eſſe cauſabantur, quod ſcilicet Scholæ in Monaſteriis aperirentur, quæ ſolitudini, & quieti eorundem contrariæ videbantur. Aſſem. *cit. pag.* 124. Perſas & Catarenſes Epiſcopos ſibi ſubiicere ſategit, poteſtatem omnem illorum e Throno Seleucien. tamquam ex fonte ad ipſos promanaſſe contendens, per Epiſtolas, & legatos adhortatus, ut ad Eccleſiæ illius unitatem redirent, neve Neſtorianorum urbis Maru incolarum veſtigiis inhærerent, qui cum a Patriarchæ Seleucien. obedientia defeciſſent, fidem quoque Chriſtianam abjecerunt. Aſſem. *cit. pag.* 127. *& ſeqq.* Cum accepit a Guria Niſibis Epiſcopo Synodum habitam an. Chr. DCXLV. in qua is Canones condidiſſet pro libitu ſuo, illum Jeſujab adhuc Metropolita redarguit. Anno DCLIV. ipſe Patriarcha Synodum Seleuciæ cele-

ad Epiſcopos Garmæorum, quos Patriarcha congregaverat, ut Sahadunam ſuæ ſedi reſtitueret.

(1) Omnium celeberrimum Monaſterium Ba-Abe, ſive Beth-Abe vocant. Fuit Bithaba Aſsyriæ oppidum in media regione poſitum ſub monte Niphate. Illuc Jacobus Abrahæ diſcipulus ex Monte Izlenſi profectus, cœnobium condidit, adhibitis ſociis Benjamino, Petro, Paulo, Joanne, Adado, Iſai, Joſepho, Abrahamo, Sergio, Jeſujabo, & Kamjeſu: & diſcipulos quidem habuit 80. Monachorum poſtea numerus ad 300. & amplius excrevit. Ejus Cœnobii hiſtoriam Thomas Margen. deſcripſit. Cui poſſeſſiones plurimas Jeſujabus, & Gregorius Patriarchæ reliquere. Gadalenſis Privilegio exemptionis illud donavit: Jeſuzacha autem ædificatum a ſe monaſterium, quod Beth-Raban dicitur, eidem conjunctum voluit. Abbates Beth-Abenſes, Epiſcopos, & Metropolitas ac Patriarchas, qui inde prodiere, enumerat Margenſis. Aſſem. *tom.* 4. *pag* 876.

lebravit adversus Catarenses, quibus a Throno Seleuciensi deficien-ibus anathema intentavit. „ Dei itaque „ Ecclesia (inquit in Epistola ad Episcopos Catarenses) hæc nimirum Sancta Synodus, quæ hoc tempore „ in urbe Cathedræ Catholici (Seleuciæ) congregata „ est, vobis dudum fecit, quod ipsi vobis præsumpto „ antea judicio feceratis, vos scilicet ab honore, & „ gradu, cujus nomen præfertis, dejiciens &c. „ [1) Obiit

(1) Multa ejus scripta circumferuntur in quibus agit de Nestoriana hæresi, disciplina monastica, & Ecclesiastica. Sedulam operam dedit in ordinandis libris Liturgicis. Officium divinum (Breviarium, sive horas canonicas, quod Nestorianis *Tomus circuli* audit, quia concludit tam de tempore, quam de sanctis per anni circulum, in Ecclesia recitandum officium) ordinavit. Baptismi item administrandi, & Sacramenti Pœnitentiæ, seu absolutionis ritus disposuit; non quod ipse talia Sacramenta ac sacra primus apud Nestorianos induxerit, sed quia antiquum ritum novis precibus auxit, vel etiam novas cæremonias ab antiquis quoad substantiam non discrepantes composuit. Pontificalem librum, in quo dispositæ sunt Ordinationes singulorum ordinum, & consecratio Ecclesiæ novæ, recensuit, & ordinavit. Concinnavit cantus, orationes, hymnos, & sermones paracleticos (qui suppresso licet Jesujabi nomine) inserti occurrunt in officiis Chaldæorum tam festivis, quam ferialibus, de sanctis, ac defunctis. Epistolas plures scripsit: in ea, quam Simeoni Persidis Metropolitæ (*qui inter Collectores Canonum, Editoresque Constitutionum recensetur tom.4. Biblioth. pag.189.*) dirigit, conqueritur, quod ejus culpa populi Indiarum Episcopis carerent. Maruanitas Chorasanæ incolas dolet ob Sacerdotum defectum, interruptamque, quam olim habuerant, Præsulum cum Sede Seleucien. communionem, a Christiana Religione defecisse. Bactris dicit, ut suorum Episcoporum, quos omni Ecclesiastica dignitate in Synodo Seleucien. dejecerat, communionem devitantes, alios, quos vellent, ipsorum loco Episcopos postulent, & ad se mittant consecrandos. Plura dat Patruus *tom.2. pag.*420. *tom.*3. in *cap.*74. Catalog. Ebediesu, & *tom.*4. *pag.*81.

In Cod. Vatic. Syr. XVI. *tom.2. Bibl. pag.*497. Catalogus legitur Epistolarum, quas Jesujabus Episcopus, Metropolita, & Patriarcha scripsit. In Episcopatu LI. scripsit. Metropolita autem XXXII. inter quas ter-

Obiit an.Ch. DCLX. in cœnobio Bet-Abe, in quod exagitatus a Modainæ, seu Seleuciæ Præside secesserat. Morien-

tertia dirigitur Monachis suæ diœceseos, quos hortatur ad laborem manuum, utque sub unius Archimandritæ præfectura simul congregarentur, neve è Cœnobio in alterum absque superiorum facultate commigrarent, neve mendicent absque commendatitiis Episcopi literis; in quarta autem directa Trisjesu Chorepiscopo, hunc monet, ut præscriptam Monachis in præcedenti epistola regulam diligenter observari curet. x. inscribitur ad Nuhadrenses. Episcopus Nuhadræ, qui per annos ferè L. Cœnobio Abrahæ in monte Izala præfuerat, eidem Cœnobio quendam Carduensem, quem Patriarcha excommunicaverat, præficere volebat. Jesujabus id factum reprobans, hortatur, ut unus è Cœnobitis Abbas Cœnobio præficiatur; res verò Cœnobii œconomus sæcularis administret. XII. Enoch Episcopo; ut matrimonium cujusdam cum uxore fratris matris suæ tamquam illegitimum rejiciat, hominemque illum ab hæreditate uxoris hujusmodi, quæ defuncta fuerat, excludat. XXVI. Ad Maremem Patriarcham, cujus binas Epistolas in Magorum oppido acceperat, quibus ad aliam eum Metropolitanam Sedem transferre se velle significabat, Jesujabus a Metropoli Adiabena se numquam discessurum protestatur. XXXII. ad Isaac Nisibenum, de Hierosolymitis, qui quæstus gratia in Assyriam venerant Patriarcha factus scripsit 20. epistolas, VII. autem dirigitur Jacobo Episcopo Sirzurensi. Hortatur ut adversus Magos strenue decertet, a quibus ille gravissimis se molestiis affici querebatur; Exemplum Avi ejusdem, qui in eadem urbe Episcopus fuerat, & ob fidem Christianam a Magis in crucem actus, ob oculos ponit. XIII Ad Hierosolymitas, Eliam Presbyterum & Syncellum, Paulum Archidiaconum, Theodorum Diaconum, & reliquos Clericos; qui Procopium, & Cosmam legatos miserant, ut eleemosynas colligerent. XIX. Ad Catarenses, de Abramo Episcopo Masamig urbis Catarensium, qui monachos expulerat, ut ejus communionem devitent. XXI. Ad monachos Catarenses; qui rogaverant, ut permitteret sibi, communicare cum Episcopis Catarensibus. Redarguit eos Jesujabus, jubetque ab illorum communione prorsus abstinere affirmans plusquam XX. Episcopos, & Metropolitas duos in Oriente sibi subjectos vivere. Mandat præterea, ut a Namphruch Bar-Dustar Cathensi tradi sibi postulent exemplaria epistolarum omnium, quas ipsè Jesujabus ad Persas, Catarensesque scripserat, quasque Namphrucus occultaverat. XXII. Johanni Archipresbytero, Theodoro Archidiacono, Andreæ Principi

rienti adfuere Elias Metropolita Maru, (1) Jasdephanes Cascaræ Episcopus, Isaac Metropolita Nisibis, Sergius Episcopus Hirtæ, ac Moyses Episcopus Ninives. Consule Assem. *loc. cit.* Humanitatem Chalipharum expertus

G

cipi fidelium, & omnibus Clericis, & Fidelibus Ecclesiæ Edessenæ. Gratias agit, quod sibi profugo subvenerint: & de fide in Christum adversus hæreticos hæreticus ipse disserit. Desideratur finis hujus Epistolæ, nec non aliæ, quas Jesujabus Patriarcha scripsit. Sic Asseman. *tom.*3. *pag.* 143. quem videsis.

(1) Elias Episcopus Maru fuit. Porrò Maru Chorasanæ Metropopolis, sedes Regum Selgiucidarum, urbs sat ampla extitit; ab ea distat XL. parasangis altera Maru in eadem Provincia, quæ *Al-rud*, hoc est, ad fluvium Gehon, seu Oxum, appellatur, cum prior *Sciahgian*, hoc est Regis anima appelletur. Maru Sciahgiana Episcopum habebat An. Chr. CCCCX. quo Isaccus Synodum celebravit. Metropoliticis postea juribus sub Jaballaha aucta fuit. Elias autem hujus Metropolita *edidit interpretationes* (sic Soben. *cap.*79. Catalogi) *& Paracleticos sermones*: *Doctrinam veterum in totum Evangelium*, catenam scilicet instar earum, quas Græci Syrique confecere. *Epistolas quoque, & de causa sessionum*: *Commentarium in Proverbia, Genesim, Davidem, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Syracidem, Isaiam, duodecim, & in Epistolas Pauli. Unum denique librum exactissimæ historiæ Ecclesiasticæ*. Amrus testatur sub Jesujabo Adiabeno Ecclesiasticam apud Syros Nestorianos historiam conscribi ceptam fuisse. Nimirum a Jesujabo vel Ninivitarum Episcopo, vel Adiabenorum Metropolita, hoc est, circa an. Chr. DCX. ab Elia, de quo agimus, a Daniele Mariæ filio, a Ròstamo, ab Aphnimarano, ab Atkeno, aliisque, quorum mentio *in hist.* Monastica *Thomæ Maragensis*.

Jesuphana patria Cataren. per eadem tempora claruit; hic fecit orationes paræneticas (Soben. Catal. *cap.* 118.) & expositiones Centuriarum, & librum de Philosophia spirituali. Habet præterea orationes, Interpretationes, Epistolas cum Paracleticis sermonibus, & flebilia cantica ordine Alphabetico digesta. Alio nomine dictus Jazdephana Cascaræ Episcopus.

Sub eadem tempora floruit Babæus Scriba Maaræ, quod oppidum apud Nisibin situm est. Hic, Soben *cap.*119. Scriptore, edidit librum de distinctione præceptorum; vocabularium Turcico-Syriacum. Turcarum autem nomine Scythas Orientales intelligunt Syri Nestoriani, quos vicinos habebant, & a quibus frequentes irruptiones a v. usque Christiano sæculo patiebantur. Librum etiam composuit Hor-

tus ſcribit in Epiſtola ad Simeonem Perſarum Metro-polita „ Tay, ſeu Arabes iſti, quibus terrarum impe-„ rium hac tempeſtate largitus eſt Deus, en apud nos „ ſunt

Horti deliciarum. Exſtat Cod.Syr. 4. *tom.*2. *Bibl. Orient. pag.*487. „ Ex-„ cerpta expoſitionis locorum ob-„ ſcuriorum Evangelii, ex libro „ cui titulus Paradiſus volupta-„ tis „ quem eundem cum libro Horti deliciarum ſuſpicatur Aſ-ſeman. *tom.*3. *pag.*189.

Iiſdem circiter temporibus cla-ruit, ſcilicet circa anno Chriſti DCL., Joannes ex regione Garmæo-rum oriundus, cognomento *Se-nior*, Jacobi Beth-Abenſis diſci-lus, & in præfectura Cœnobii ſuc-ceſsor; Jeſujabo ſcilicet, tunc Epi-ſcopo Ninives, literas ad cœno-bitas pro hujus electione dante. Joannes iſte a Sobenſi *cap.*137. Ca-tal. compoſuiſse dicitur, Capi-ta, quæ de ſcientia appellantur. Habet præterea inſtitueionem ty-ronum, & breve Chronicon; nec non hiſtoriam Mar Chodavæ, cum oratione ejus, & hymnis. Cho-daves vox Perſica eſt, divinum-que ſignificat, a themate *Chodai* Deus. Fuit autem celebris in Aſ-ſyria Monachus Cœnobii Beth-Halenſis fundator, cujus opera uſus eſt Georgius Patriarcha, ut Georgium Baſſorenſem ſibi con-ciliaret. Exſtat Cod. Syr. Amid. VII. Carmen de S. Chodave in monte Izla, cujus Cœnobium ſi-tum eſt in Maare vico; opus for-taſſe Johannis Garmachitæ. Aſſem. *tom* 3. *pag.*204. 205.

Ananieſu cognomento Auctor libri Paradiſi, Monachus Cœno-bii Abrahæ in Monte Izlenſi, ex Adiabenorum regione, condiſci-pulus, amicus & familiaris Jeſu-jabi Adiabeni, ubi ſacra Hiero-ſolymæ loca inviſit, Scetenſe de-ſertum petiit, didicitque omnes mores Patrum Anachoretarum. Inde in patriam rediturus apud Joannem Epiſcopum diſperſorum per Syriam Neſtorianorum e via divertit. Tandem in cœnobium ſuum reverſus a Jeſujabo tunc Metropolita Arbelæ in coordina-tione Codicis, ſive libri horarum Canonicarum ſocius aſſumptus fuit. Scripſit Ananieſu librum de varietate, & diſtinctione Lectio-num, ſcilicet de ſignificatu, & uſu vocum difficilium apud Pa-tres. Maragen. *lib.*2. *hiſt. cap.* 14. & 15. refert, quod Georgius Pa-triarcha ex inſula Catarenſi rever-ſus, venit in cœnobium Beth-A-benſe, ſecumque ſacras veſtes pro Altari attulerit, ipſi confectas in Dirina inſula Catarenſi: rogavit autem Ananieſum ut hiſtorias, & præclara geſta, interrogatio-nes quoque & reſponſa Patrum Anachoretarum quodam libro comprehenſa, cui titulus, Apo-phtegmata ſeniorum, ſcriberet, & capita, & quæſita in eo libro ſparſim expreſſa, & confuſe in-ſerta, in partes certaque capitu-la diſtingueret, ac coordinaret. Id præſtitit Ananieſu. Qui & opus di-

„ ſunt, ut noſtis: nec tamen Chriſtianam religionem
„ impugnant, ſed potius fidem noſtram commendant,
„ Sacerdotes, Sanctoſque Domini honorant, & in Ec-
„ cleſias ac cœnobia beneficia conferunt „.

XXXVIII. GEORGIUS.

A Diabeni diſcipulus (1) Monachus Beth-Abenſis, primum Ninives Epiſcopus, tum Metropolita

 Adia-

diviſit in DCXV. Capitula, XIV. Canonibus & diſtinctionibus comprehenſa. His alios CCCCXXX. Canones adjecit de omnibus virtutibus generalem doctrinam complectentes. Addidit etiam ex commentario S. Joannis Chryſoſtomi in beatum Sanctum Evangeliſtam homiliam de laudibus Monachorum Ægyptiorum; & ex Mar Abrahamo Netphareno quæſtiones quaſdam, & demonſtrationes, quibus collectanea ex Patribus confecta ipſe Ananieſus ſubtexuit. Compegitque in duas partes univerſum opus, ut prior hiſtorias Sanctorum Patrum a Palladio & Hieronymo ſcriptas contineret, altera quæſtiones & geſta Patrum, quæ ipſe Ananieſu ſubjunxit, complecteretur, librumque *Paradiſum* appellavit. Hoc opus, paucis adjectis demptiſve, exſtat *Cod. Syr. 6. ad Calc. tom.* 1. *Biblioth. Orient. pag.* 608. Vid. Aſſem. *tom* 3. *ad cap.* 75. *Catal.* Ebedieſu.

Aphni-Maranus Monachus, & diſcipulus Kamjeſu Abbatis, qui Cœnobio Beth-Abenſi quartus a Jacobo præfuit, compoſuit plures Tractatus, & doctos Commentarios, omniſque generis Cantica. Inſurrexere in eum invidi homines, illumque (ſic Maragen. *l.* 2. *cap.* 3.) in lectulo mortuorum poſuere, & veluti *Meſſalianiſmi* convictum *reum infami hoc nomine* e mundo cum defunctorum Canticis eduxerant, eoque provecti ſunt, ut aſinis accenſerent, & aſinorum more tractarent. Amrus eundem Aphni-Maranum ſub Georgio Patriarcha circa an. Ch. DCLXII. claruiſſe teſtatur, conditoremque Cœnobii Zapharanen. in ditione Moſulana appellat. Vid. Aſſeman. ad *cap.* 117. Ebedieſu, *t.* 3. *Biblioth.*

(1) Georgius ex Caphra in tractu Beth-Gavathæ in regione Garmæorum oriundus, a parentibus locupletibus & nobilibus miſſus ad explorandas & componendas res pagorum ſuorum, ad Cœnobium Jacobi Beth-Abe divertit, & congruo tempore monaſticum habitum ibidem induit. Mortuo Patre, fratres rogavit, ut pro parte paternæ hæreditatis ipſi aſſignanda, pagus Beth-Haba illi con-

Adiabene, demum an. DCLX. Patriarcha ordinatus Georgium Bassoræ, & Georgium Nisibis (1) Metropolitas æmulos habuit, at ob præreptum sibi Patriarchatum infensos reconciliavit. Cum visendæ diœcesis causa urbes, pagos, & cœnobia lustraret, delatus apud Saracenorum Ameram, quod ingentem auri summam in eo circuitu congessisset, tormenta & carceres sustinere maluit, quam sacram pecuniam Ameræ tradere; quamobrem indignatus Ameras, ut scribit Barhebræus, plures Ecclesias in Akulæ, & Hirtæ regionibus solo æquari jussit. Georgius ubi insulas ac regiones lustravit Christia-

concederetur, quem Georgius monasterio Beth-Abensi dedit. Jesujabus Ninives Episcopus hunc sibi discipulum adjunxit, Metropolita autem factus Georgium secum adduxit: Catholicus demum renunciatus, in Metropolitam sibi succedere illum voluit. Jesujabus morti proximus a Patribus rogatus, ut designaret, quem juberet sibi in Ecclesiæ regimine succedere, respondit, eam electionem sibi non competere, sed Episcopis: interim sibi ea dignitate omnium, quotquot eo tempore aderant, dignissimum Georgium videri, quod & factum est.

(1) Jesujabus inter discipulos & familiares, quos, ob locorum distantiam, ad generalem eorum gubernationem, elegit, & destinavit, inter ceteros ferturThom. Margen. hist. Monast. *lib.2. cap.12. & seqq.* constituisse Georgium genere Persam Metropolitam Euphratis ad Mesene, id est Bosrae, & alterum Georgium genere pariter Persam, quem Nisibis Metropolitam ordinavit. Georgius hic Nisibenus Auctor dicitur Cantici Consecrationis Ecclesiæ, cujus initium. „ Laus miserationibus tuis, Chri-„ ste Rex noster, Fili Dei, ab „ omnibus adorande „. Ambo Georgii prædicti e sua legatione, & visitatione reduces Jesujabum mortuum sibi successorem Georgium designasse audientes, seipsum quisque amborum in Patriarcham nominatum rati, Georgio Catholico infensi fuere. Vid Asseman. *tom* 3 *pag.*151. 152. *& alibi*. Rebus compositis, opera etiam Mar Chodave, ad Catarenses Catholicus profectus, qui a Sede Rivardsciri, hoc est, Persidis, defecerant: & Dirinum insulam ingressus ipsos ad pacem adduxit. Ananiesu, ut dixi, auctor fuit, ut librum Paradisi conscriberet, supellectilemque Sacram cœnobio Beth-Abensi largitus est.

ſtianorum ſuorum neceſſitatibus conſulturus in Inſula Dirina haud procul ab urbe Arabiæ Baſſora Synodum celebravit menſe Majo an. Chr. DCLXXVI. præſentibus Metropolita Baharini, & quinque Epiſcopis, in qua placuit Patribus librum inſtaurare de fide, legibus, Canonibus, quos Patres Occidentales, Orientaleſque condiderant. Exemplar in illis partibus, quas obierunt, reliquere (1). Obiit an. Chr. DCLXXX.

XXXIX.

(1) XIX. Canones in Synodo conditi circumferuntur. Quorum primus, ut Epiſcopus diebus dominicis, & feſtis homiliam habeat ad populum, vel ſaltem id munus docto cuidam viro demandet. Tertius, ne Metropolitani Electio ultra quatuor menſes differatur. VII ut nemo, niſi a proprio Epiſcopo, & in ſua diœceſi ordinationem accipiat. IX ut Sanctimoniales Virgines Deo dicatæ certo habitu diſtinguantur, horaſque Canonicas perſolvant: eæ verò diaconiſsæ ordinentur ut baptizandas oleo ungant. XII. ut Monachi laneis utantur, & capillos capitis abradant. XIII ut puella matrimonium non ineat, niſi permiſsu parentum, & mediante Sacerdotis benedictione. XV. ut fideles mane, & veſpere Eccleſiam adeant diebus feſtis & Dominicis, ibique divinis Officiis ad finem uſque aſſiſtant: idque in Eccleſiis Parochialibus, a quibus abeſse, ut ad cœnobia Monachorum pergant, prohibentur. XVIII. ne defunctorum cadavera pannis pretioſis involvantur. XIX. ut fideles regimini Provinciarum a Regibus admoti, ab Epiſcopis vectigal, aut tributum nullatenus exigant. Vid. Aſsem. *tom.3. & tom.4.*

Præcepit item Georgius, ut ſub veſperam Sacrum perageretur diebus *jejunii*, ut loquitur Arbelenſis cap. 13. tract. 1. Dilucidat. Offic. Eccleſiaſticorum ſcribens. " Dies jejunii luctum continent, & genuflexionem, neque in iis Sacramenta perfecta cum liturgia fiunt; ſed cum luctus & genuflexio ceſſant, cumque Sacramenta perficiuntur, tum verò jejunium quoque ceſſare cenſendum eſt. Idque ex omnibus jejuniis dominicis manifeſte apparet. Nam uſque ad religioſi Georgii Patriarchæ ætatem, hora ſexta juxta Dominicarum omnium ritum Sacramenta peragebantur; ob eas verò, quæ Chriſtianis contigere calamitates, idem Religioſiſſimus Georgius præcepit, ut ſub Veſperam Sacrum peragerent. Item feria V. (in Cœna Domini) mandavit Jeſujabus, ut poſt ſolis occaſum veſperas primum celebrarent ". Tandem notandum occurrit

XXXIX. JOANNES.

HIc Marthæ Filius monachum egerat in cœnobio Saporis, quod in regione Huzitarum ſitum eſt, una cum Iſacco Suſæ poſtmodum Epiſcopo; poſtea Metropolita Gandiſaporis defuncto Georgio ſucceſſit in Patriarchatu. Ubi autem Patriarcha renunciatus fuit, ut a morbo, quo conflictabatur, levaretur, in Patriam ſe deportari juſſit, in urbem ſcilicet Gandiſapor. Cumque

rit quod Georgius damnavit, depoſuitque Joannem Medicum Epiſcopum Beth-Vazich, ſeu Coniſapor, qui virilia ſibi abſciderat, cum fornicationis accuſatus fuiſſet. Aſſem. *tom.4. pag.739.*

Compoſuit Georgius (teſte Soben. in catalog. *cap* 80.) Conciones Rogationum. Maragenſis (ſcribit *lib,2. cap.12.*) quod ad ejus eruditionem & doctrinæ altitudinem ſpectat, id facile intelligimus ex illa concione Rogationum ab ipſo compoſita „Deus, qui a ſæculo „ eſt, qui in ſempiternum bonus „ eſt, neque ex ſua bonitate mu„ tatur. „ Præterea compoſuit nonnullas orationes, atque Canones.

Sub hæc tempora claruit Sciubchalmaranus Seleuciæ (non quidem Metropolis Babyloniæ, & ſedis olim Primatum, Cteſiphonte proximæ, ſed alterius in eadem regione poſiti oppidi, quod pleno nomine *Beth.Seluch* dicitur) ex monacho Epiſcopus, qui librum Centuriarum compoſuit. Definita capita ſcientiæ; hoc eſt, capita gnoſtica definitionibus rerum aſceticarum comprehenſa, inſtar Evagrii Pontici, edidit. Aſſem. *tom.3. pag.189.*

Ad Georgii tempora revocari poteſt Abraham cœnobii Beth-Halenſis, quod apud Haditam urbem haud procul a Moſulo ſitum eſt, monachus, Chodavæ ejuſdem loci archimandritæ diſcipulus. Id verò cœnobium, quod Syris Beth-Hale dicitur, Arabicè Dair-Al-Tin, hoc eſt cœnobium luti appellari obſervat Amrus apud Aſſeman. *tom 3. pag.160.* Abraham verò iſte edidit, teſte Soben. *cap* 138. *Catal.* diſputationem adverſus Tajos, hoc eſt Arabas; non Mahometanos, ut Ecchellenſis, & Hottingerus perperam interpretantur. Etſi enim Taii, ſeu Arabes, iidem poſtea cum Mahometanis fuerint, vox tamen illa gentem, non ſectam ſignificat; & fortaſſe Abraham Arabas Ethnicos, quales ante Mahometum, & longo poſt tempore fuerunt, non Mahometanos confutavit.

que iter aggreſſus fuiſſet, in *Mathota* oppido obiit, ibique ſepultus fuit anno Patriarchatus ſecundo, ſcilicet Chr. DCLXXXII., vacavitque ſedes duobus annis.

XL. ANANIESU.

HIc cognomento *Claudus* (1) Modainæ ordinatus fuit an. Hegyræ LXVII. Græc. DCCCCXCVI Chr. DCLXXXV. Duos in Patriarchatu æmulos habuit: Jeſujabum Boſtrenſem Metropolitam: & Joannem Niſibenum. Jeſujabum in carcerem coniici curavit, quod abſque Epiſcoporum, & fidelium ſuffragio & conſenſu Patriarchalem ſedem invaſiſſet, & quod eandem ſine ordinatione regeret; inde tamen liberum poſtea dimiſit, cum ille oblato ſupplici libello, obedientiam Ananieſu exhibuit. Joannes cognomento leproſus ex *Chadne* Epiſcopo Archiepiſcopus Niſibenus ſeptem poſt annis ſedem invaſit tenuitque annum cum dimidio, vel, ut alii ſcribunt, 9. menſibus. Cauſam arripuit Ioannes ex ira Abdalmalechi Arabum Regis, qua excanduit in Ananieſu, quod Mahometicam ſuperſtitionem diceret regnum gladio confirmatum, non verò Religionem divinis miraculis comprobatam; tanta autem indignatione hoc Ananieſu dictum excepit Rex, ut linguam illi abſcindi juſſerit, & a ſuo conſpectu illum repulerit. Occaſione accepta Joannes optimates donis ſubornavit, ac diploma obtinuit de Ananieſu deponendo, & ſui inthronizatione. Seleuciæ itaque ab Epiſcopis ad id coactis ordinatus

(1) Claudum idcirco a Sobenſi in catal. *cap.* 81. dictum exiſtimat Patruus, tum quia Joannis leproſi æmuli ſui opera e faſtigio montis præceps actus fuit, ut Barhebræus ſcribit *tom.* 2. *Bibl. pag.* 424. tum, ut ab altero Ananieſu diſtinguatur.

cus fuit Joannes, Ananiesu in carcerem dejectus ubi paucis diebus detentus fuit, tum ad montis quoddam monasterium una cum duobus discipulis Joannis missus; ii verò ad fastigium montis adductum, præcipitem inde egerunt, & illum existimarunt jam extinctum fuisse. At supervenientes Pastores, cum eum adhuc spirantem vidissent, ad sua mapalia deportarunt, curaruntque, qui resumptis viribus ad cœnobium Joannis sive Jonæ prophetæ apud Niniven situm recessit ibique habitavit; interim Joannes propter æs alienum fugit, obiitque in quodam vico Cuphæ urbis, ubi & sepultus. Barhebræus scribit, quod Joannes impositum a Præside tributum gravissimum in se susceperit, cumque solvendo impar esset, in carcerem detrusus perierit (1).

Mortuo Joanne, Ananiesu in cœnobio Jonæ Synodum celebravit an. Chr. DCXCIV. in qua XX. Canones edidit de judiciis, ac supervixit an.V. cum dimidio: obiit (2) an. Chr. DCXCIX.Græc. MX. vacavit sedes usque ad an. Gr. MXXV. Chr. DCCXIV.

Sub

(1) Schisma itaque exortum fuit inter Nestorianos; Mosulani enim, Bagermenses, & Nisibeni Ananiesu pro legitimo Patriarcha habuere; Arakenses, & quotquot sub ditione Basciari, ejusque in locum subrogati Hagiagi erant, Johanni parebant.

(2) In cœnobio Jonæ, quod apud Ninivem situm est. 650. post anno, cum tumulus, in quo arca erat, apertus fuisset, apparuit corpus ejus (sic Amrus de illius cadavere) incorruptum, instar dormientis, multique ex Mosulanis ad hoc spectaculum confluxere. Nos quoque ex numero eorum fuimus, qui propriis ipsum oculis spectarunt.

Hujus Ananiesu scripta recenset Soben. catal. *cap.* 82. scilicet, Interpretationes, Epistolas, Paracleticos sermones, documenta, & complures quæstiones, orationesque. Edidit etiam gratiarum actiones, & elucidationem Analyticorum: & historiam Sergii Dudæ; nec non de duplici Scholæ usu, ni-

Sub Ananiesu institutum vel instauratum fuit jejunium virginum tribus post festum Epiphaniæ diebus. Ferunt Abdalmalechum Meruani Filium, cum de pulchritudine mulierum Hirtensium audisset, ad Præsidem ejus loci misisse, ut cunctas virgines viro aptas eligeret: qui jussis obtemperans, eas in ædes suas congregare cœpit. Tum christiani universi in Ecclesiam confluentes, jejunium, & orationem adhibuere, dominum enixe deprecantes, ut indignationem ab eis averteret. Tertia igitur die cum Joannes eorum Episcopus Evangelium legeret, Abdalmalechi interitum populo nunciavit. Prædictionem sparsus post diebus paucis rumor confirmavit. Exinde cœperunt Fideles hoc jejunium celebrare. Alii narrant Chosroem Persarum Regem Virgines *illas* quæsivisse: ejusque diebus in Oriente *illud restitutum*. Plura de hoc jejunio dat Assem. *tom*.2. *pag*.425. 426. qui *tom*.3. *pag*.218. refert, quod Ananiesus ad cœnobitas Beth-Abenses remiserit examinandos nonnullos Monachos cœnobii Raban Salibæ, quod ad Tigrim situm est, apud ipsum (1) Messalianismi accusatos.

H Non

nimirum tam ad literas, bonasque artes, quam ad Religiosos mores comparandos, ut Jesujabus Adiabenus in sua ad Monachos Bet-Abenses oratione apud Maragen. *lib*.2 *cap*.8 differit. Assem. *tom*.3. *pag*.126. Amrus verò apud Assem. *tom*.2. *pag*.425. scribit, composuit (Ananiesu) XLVII. interpretationes, & librum sermonum, & librum epistolarum, & librum de consolatione, & IV. libros de expositione sectionum Evangelii, quarum unamquamque singulari homilia, & apposita interpretatione dilucidat: denique 20. canones edidit de judiciis, sub unoquoque canone plures complectens.

(1) Messaliani Syriacè, latine orantes, Græcè Euchitæ, Mesopotamiam ab ipsis S. Ephræmi Syri temporibus infecerunt. In hac hæresi profliganda operam suam impenderunt Sanctissimi illarum partium Episcopi, Sacerdotes, Monachi; bina etiam adversus eos hæ-

hæreticos habita Concilia, alterum Sidæ in Pamphylia, cujus Epiſtola exſtat ad Flavianum Antiochiæ Patriarcham; alterum Antiochiæ in Syria, præſentibus eodem Flaviano, Marutha Sophenæ, Baſilio Seleuciæ, & Sami Epiſcopis, ad quos ſe tum Presbyteri, tum Diaconi ad 30. conjunxerunt, ut ſcribit Photius in *Bibl. Cod.* 52., & Theodoretus *lib.*4. *hiſt. Eccleſ. cap.* 11. Id factum an. Chr. CCCLXXXIII. narrat Baronius. Hoc pacto error quidem profligatus fuit; non tamen omnino extinctus. In latebris Aſceteriorum delituit uſque ad an. DLXXVII. quo cum iterum erupiſſet, Ezechiel Patriarcha Neſtorianorum coacta Synodo ſententiam Anathematis in eos tulit, qui altiſſimæ contemplationis ſpeciem obtendentes, Euchariſtiæ perceptionem, Jejunium, & Pſalmodiam damnabant. Eandem ſententiam in Meſſalianos confirmarunt Ezechielis ſucceſſores Jeſujab Arzunita, & Sabarjeſus in Synodis, quas an. DLXXXVIII. DXC. celebrarunt. In eo vero Sabar-Jeſu Concilio palinodiam errorum ſuorum ceciniſſe dicuntur monachi cœnobii Barithæ, quibus injunctum fuit, ut Pſalmodiam Sanctumque jejunium obſervarent, ſacra inſuper myſteria diebus dominicis & feſtis frequentarent, atque omnes celebrationi Liturgiæ divinarumque Scripturarum lectioni intereſſe ſatagerent. Gregorio an. DCVIII. ſublato, cum Sedes Patriarchalis uſque ad an. DCXXVIII. vacua fuiſſet, ejuſdem adminiſtrationem Babæo Archimandritæ commendarunt Cyriacus Metropolita Niſibis, Jonadabus Adiabenæ, & Gabriel Beth-Seleuciæ, qui cum ſacra cœnobia (ita ſcribit Margen. *lib.*1. *hiſt. mon.*) frequenter ædificari cernerent, vererenturque ne impia Meſſalianorum doctrina cum paucis aliorum hæreticorum opinionibus in illis regionibus ab agricolis diaboli diſſeminaretur, nec ipſi Eccleſias viſitare poſſent, Regem veriti, ne ſcilicet Rex Choſroes ipſos calumniaretur, quod Patriarcham ordinaſſent, atque ita in diſcrimen capitis adducerentur; his de cauſis Babæum, quem omnibus conſtabat monachum non Epiſcopum eſſe, rogarunt, donec feliciora Eccleſiæ tempora affulgerent, ut cœnobia, & Anachoretarum monaſteria viſitaret, defectuſque omnes ſuppleret; infirmos verò impietatique mancipatos ex Eccleſia deturbaret. Sub Georgio circa an. DCLXII. in ſuſpicionem Meſſalianiſmi adductus fuit Aphni-Maranus. Sub Ananieſu I. circa an. Chr. DCXCIV. hæreſeos Meſſalialianiſmi accuſati fuere monachi Cœnobii Salibæ: ſed inquiſitione a Cœnobitis Beth-Abenſibus facta, innocentes declarati, & abſoluti, ut ſcribit Margenſis *lib.*1. *hiſt. monaſt. cap.*28. in hæc verba" Idem contigit & in ſacro Cœnobio Raban Salibæ, quod apud Haiglam pagum ad fluvium Tigrim ſitum eſt. Nam cum Cœnobii illius fratres monachi, & Aſcethæ Abas, Thomas, atque Barita apud Ananieſum Catholicum in Cœnobio Jonæ Prophetæ apud Ninivem commorantem ab æmulis

Non pauci Scriptores circa hæc tempora floruerunt (1). H 2 XLI.

lis quibusdam qui ipsis morum probitatem, asceticumque in claustris vivendi genus invidebant, falso delati fuissent, quod Messalianorum errores tenerent: Ananiesus rem hujusmodi maturo examine perpendendam ratus, per literas illos arcessit: cumque adfuissent: quoniam, inquit „ iis, fratres, quæ ad Ascetarum regimen spectant, me immiscere haud consuevi, ideo comperta mihi minime sunt, de quibus arguimini: sed ea ad Sodales vestros ejusdem Instituti Sectatores referri oportet. Eos itaque ad Beth-Abense Cœnobium misit datis etiam de hac re ad Cœnobitas literis. Erat ejus cœnobii Archimandrita Gregorius Bar-Sajade: Cœnobitarum verò Senior Abbas Nathanael, & Abbas Saliba, & Abarues, & Gabriel cognomento Sephruna, aliique complures: qui cum illos benignè examinassent, operationesque divinæ gratiæ, quibus agebantur, ab omni errore alienas deprehendissent, absolutos ad Catholicum remisere. Ita tandem ejusdem Catholici jussu ad cellas suas, tamquam a pravis opinionibus immunes, redierunt „ Hæc Margen. Nestorianus de Messalianis suis.

(1) Sub Ananiesu claruit Simeon Taibutha, hoc est, gratia, medicus, & monasticæ professionis studiosus, hic edidit (Soben. catal. *cap.*114.) librum de *Regimine*, corporis, vel potius animi, seu de monastico instituto. Alterum etiam librum de *Medicina*; *nec non expositionem mysteriorum cellæ*.

Taibuthæ æqualis fuit Johannes cognomento Azrak, hoc est, Cæruleus, Hirtensium Episcopus. Hic (apud Soben. *cap.*15. Catalogi librorum Syrorum) composuit librum adhortationum, & alterum de directione, & CCLXXX. Epistolas.

Sobensis *cap.*116. Joannis Dilumitæ scripta enumetat, octo, scilicet, orationes. Dilumitæ cognomen adeptus est, quod a Dilumitis in captivitatem ductus, apud eam gentem dies clausit. *Sunt autem Dilumitæ populi in* litore Hyrcani, seu Caspii Maris in Media magna, ad occasum habentes Adorbiganam, ad austrum Cazuinum urbem, ad ortum Rajam & Tabrestanam, ad boream Caspium mare. Abulpheda in Tabulis Geographicis num.163. regionem eorum *Dailam* Arabicè vocat, eosque cum Galanitis conjungit: ipsos verò Galanitas, nunc Provinciæ Cheilan incolis Arabicè Gil, & Gilan, seu Chil, & Chilan, appellari affirmat; sunt autem antiqui Gelæ, de quibus Plinius lib.XI. Joannes autem noster patria Hadatensis fuit, Monachus Cœnobii Jesu-Zachæ, quod Beth-Raban appellatur. Hujus Joannis gesta descripsit Margensis ex scriptis Abu Noe, *lib*-2. *cap.*22. 23. 24. 25. vide Assem. *tom.*3. *pag.*184.

Baritha in cænobio Salibæ, quod juxta

XLI. SALIBA-ZACHA.

Latine *crux vicit* interpreteris, hic in oppido Pherozis, quod *Carchane* appellatur, in Regione Tirhanensi natus ex Anbaræ Episcopo in Patriarcham, opera Sabarjesu Metropolitæ Nisibis, electus ab Ananiesu (1) Metropolita Hazæ, & Mosul. an. Chr. DCCXIV. ordinatus, obiit an. DCCXXVIII. cum an. XIV. sedisset, ut refert Amrus,

juxta Haiglam pagum ad Tigrim situm est, Monachum egit sub Jesujabo Adiabeno, & Ananiesu ab an. Græc. DCCCCLXII. ad an. DCCCCXCVI. Messalianismi accusatus, *jussu ejusdem* Ananiesu Patriarchæ una cum sociis Aba, & Thoma a Georgio Cœnobii Beth-Aben. præfecto examinatus fuit, innocensque declaratus, ut refert Margen. *lib.*1. *cap.*28.; qui & *lib.*2. *cap.* 28. memorat monasterium nomini ejus inscriptum, in quod Josephus Archimandrita, relicto Beth-Abensi sub Salibazacha Patriarcha se recepit. Lib. verò 1. *c.*23. *&* 34. Margensis laudat Barithæ *historiam Ecclesiasticam*, ex qua testimonia profert. Sub Ananiesu vixit Salomon cognomento Bar-Garaph in cœnobio Barturæ. Hic historiam Monasticam scripsisse fertur a Maragen., qui *lib.*1. *cap.*18. illam laudat.

Gabriel cognomento Taurata, hoc est vacca, circa hæc tempora claruit. Hic natus in Provincia Sarzura, Sciaharzul, al. Sciaharzur, Nisibin petiit, & literis operam dedit; Monachus initiatus in Cœnobio Mar Abrahæ lectioni continuo intentus, plurimos evolvit Codices, præcipuè vero enituit in disputationibus adversus Monachos Severianos rasos (quod Coronam in Tonsura minime deferrent, sed totum caput rasum haberent præter antiquum Monachorum Nestorianorum morem, de quo vid. Assem. *tom.*3. *pag.*431.) Cœnobii Cartaminensis. Exstat ejusdem adversus illos disputatio, & ad illorum objecta responsio. Sermonem præterea de Lavipedio conscripsit, qui in die Paschatis Domini legitur. Composuit etiam historiam triumphorum martyrum Montis Braini, & historias diversas. Qui autem in commemoratione Raban Jacobi sermo recitatur, hujus Gabrielis fœtus non est, sed alterius Gabrielis Metropolitæ oppidi Beth-Selenciæ, cognomento Rakodæ.

(1) Sabarjesus Salibazacham Episcopatu 'Anbaræ a Joanne Leproso Antipatriarcha dejectum, perhonorificè exceperat, suumque Vicarium constituerat.

rus: Mares ſcribit ab eo ordinatum Niſibis Metropolitam Ruzebhanum cœnobii S. Eugenii Abbatem, & Tirhanæ Epiſcopum Phetionem Bagermenſem, ſuum in ſede Patriarchali ſucceſſorem; ipſum vero ſediſſe an. XII. adeoque obiiſſe an. Chr. DCCXXVI. Vacavit ſedes uſque ad an. DCCXXXI. Sanxit Joannis leproſi nomen e diptychis expungi: quos autem ille Epiſcopos inſtituerat, iterum conſecravit; eos verò, qui ab Ananieſu ordinati fuerant, relato in diptycha ejuſdem Ananieſu nomine dignitati ſuæ reſtituit. Inſtituit Sedes Metropolitanas Heriæ, Indiæ, & Samarkandæ. In cœnobium Beth-Abenſe adveniens Evangeliorum Codicem eleganter exaratum auroque coopertum, quod ei cœnobio Jeſujab Patriarcha legaverat, abſtuliſſe fertur apud Thomam Margen. hiſt. monaſt. *lib.2. cap.27.* ſed a monachis deprehenſus, illud reſtituere compulſus fuit (1).

XLII.

(1) Sub Saliba-zacha floruit Georgius Fundator Cœnobii Maru, ejuſque affinis Raban Joannes; Bochjeſu Fundator Cœnobii Hadathæ, & Stephanus Cœnobii Segeſtanæ. Aſſem. *tom.2. pag.430.*

Abraham Barbaſcendad, cognomento Claudus, ex Beth-Salada pago oriundus vivebat circa an. DCCXX. Compoſuit autem (teſte Soben.*cap.126.*) librum adhortationis, & expoſitionem Abbatis Marci, & diſputationem cum Judæis. Et librum de via Regia. Item orationes de Pœnitentia. Et Epiſtolas varias de variis rebus ſcripſit.

Circa idem tempus innotuit Babæus Niſibenorum filius. Hic urbem Gabiltham in Provincia Tirhana patriam habuit. Ejus tempore confuſi fuerunt Ritus Eccleſiaſtici Neſtorianorum, ſacrarum ſcilicet proceſſionum, & cantus, & modi, & hirmi, & pſalmodia univerſa ea, quæ ad Pſalmum "Domine clamavi ad te" peragi ſolet: nec non & clauſulæ precum, & pſalmorum modulationes, & ſtationes, & cantiones, & hirmi, qui alta voce recitantur; itaut unaquæque regio, urbs, cœnobium, & Schola ſuos haberet canendi modos, & ſacrarum ſupplicationum Ritus. Quamobrem factum fuerat, ut externus quiſque, literis licet excultus, & in Scholis exercitatus, extra

XLII. PHETION.

IN regione Garmæorum natus, ex Episcopo Thiranæ ad Patriarchalem dignitatem in urbe Seleucia admodum juvenis an. Græc. MXLII. evectus strenuam operam

extra propriam Scholam manere velut imperitus, & rudis cogeretur. Quemadmodum opera, & auctoritate Jesujabi Adiabeni Sacrarum Ordinationum Ritus conveniens omnibus Ecclesiis & communis factus est; sic Babæus factus est Doctorum pater, etenim omnes leges & statuta Scholarum, quæ ob segnitiem & neglectum exoleverant, ab eo restituta, atque ad pristinum vigorem, nitoremque revocata fuere. Ita demum Gabiltham, & Scholam ibidem erectam, quam excellentibus discipulis commisit, deserens ad Adiabenam Provinciam venit, & primus quidem magnam celebremque Scholam fundavit in oppido nobilium piorumque Incolarum, Caphar-Uzel nuncupato, opera usus Zadanphruchi, qui fuit Pater Phruczadi patris bonæ mem. Lavarsaphi, & Masalmæ, eam sedem tenente Mar Joanne Episcopo Metropolita. Postea verò ad terras Margæ profectus, ibidem XXIV. Scholas ex parte restituit, & ex parte a fundamentis erexit. Provinciam itaque Margæ ingressus Scholares primum congregavit, constructoque gymnasio in oppido Saphsaphæ, quod Basosam vocant, Codicum lectionem emendavit, & restituit. Mox condidit aliam in monasterio Buseli in Castro Gherino &c. Proditum est autem e Babæi Schola LX. prodiisse doctos discipulos, & ab eodem totidem gymnasia fundata fuisse, suumque ab illo datum Rectorem, & proprios reditus, & prædia, opera & studio fidelium quibus curæ erat divina doctrina. Tandem ad oppidum Caphar-Uzelum regressus, inde quotannis Scholas universas bis visitabat, ne videlicet quæ optime statuta, & decreta ab ipso fuerant, suisque discipulis tradita, aliorum incuria interirent. Ab Auctore itaque Babæi constitutio nuncupata fuit. Nimirum, cantus seu musica Babæi. Nec solum in musica, sed in scripturarum ac literarum scientia enituit. Inter ceteras ejus lucubrationes sunt XXII. interpretationes, seu homiliæ, ordine Alphabetico digestæ, quæ a pueris in festo Hosannarum cantantur. Paracleticæ præterea & Benedictiones eodem Alphabeti ordine conscriptæ: & liber variarum ad varios epistolarum: prolixæ insuper super sponsos sponsasque benedictiones. De Jacobo Bet-Abensi cantiones juxta elementarem seriem dispositas con-

ram in promovendis ſtudiis navavit, (1) adeout in Schola, quam ipſe fundaverat, cccc. Scholares numerarentur. Obiit an. Hegyræ CXXIII. Chr. DCCXLI. cum ſediſſet annos XI. vel, ut Amro placet, an. X. cum menſibus V. (2)

XLIII.

conſcripſit XXII. Cantus mutationem adjecit hymno, cujus initium: „ Ecce avolarunt dies mei „ Et ad Hymnum „ Ecce mortuis „ cantiones duodecim. Et de Neſtorio Cantionem adjecit „ In ſemita juſtorum „ Præterea alias lucubrationes edidit, quæ in Beth-Abenſi cœnobio proſtant. Defuncti cadaver conditum fuit in Eccleſia, in qua didicerat, & docuerat. Hæc Margen. *lib.3. hiſt. cap.* 1. 2. *&* 3. apud Aſſem. *tom.* 3. *comment. ad caput* 113.*Catal.* Ebedieſu.

Gabriel Rakoda, ſive ſaltator, ex monacho Cœnobii Beth-Aben.a Salibazacha oppidi Seleuciæ in regione Garmæorum ad poſtulationem Chriſtianorum Beth-Seleuciæ & Beth-Garmæ ordinatus Metropolita fuit. Carmen edidit de Jacobo Beth-Abenſi, de quo vide Margen. apud Aſs. *to.*3. *p.*460. *ſeqq.*

(1) Phetionem Salibazacha Tyrhanæ Epiſcopum creaverat. Poſt obitum illius indicto Concilio pro ſucceſsoris electione, inter alios adfuere Abbas Caſcaræ Epiſcopus, & Joannes Azrak Hirtæ; hic audiente univerſa Synodo, cum Abæ ſe accedere profeſsus fuiſset, dicto ejus reſtitit Abdelmeſſias Hirtenſis. Unde exorto inter Electores diſſidio, ad Sultanum totum illud negotium devenit. Interim habito altero conventu, Chriſtiani cauſam Hirtenſibus adjudicarunt. Sed altera die Sultanus Phetionem Catholicum creari mandavit. Principis juſſioni paruere univerſi, ſimulque Phetionem Catholicum proclamarunt. Hæc Amrus apud Aſsem: *tom.*3. *pag.*182.

(2) Claruere per id tempus, Amro Teſte, Jacobus Arabs cognomento *Epiſcopus* Chalatenſium. Eſt Chalata urbs Armeniæ, ad occaſum Argiſæ poſita, ab eaque biduo diſtans. Aſsem. *tom.*4. *pag.*736. Jacobi ſcripta recenſet Soben *cap.*102. ſcribens: „ Habet Commentarium in Proverbia: & Hymnos in Diodoritas, & de fide Eccleſiæ „.

2. Barſumas Charchæ Epiſcopus. Eſt autem Charcha urbs apud Seleuciam, & Ctheſiphontem in Aſsyria, quam pleno nomine Chatcam, ſeu oppidum Beth-Seleuciæ appellant. Aliam in finibus Arabiæ, & Syriæ Charcam nominat Abulpheda, quæ in ſacro Francorum bello apud Gulielmum Tyrium alioſque ſcriptores occurrit. Habet autem Barſumas (ita Soben. Catal. *cap.*103.) librum nuncupatum, de Hepate: & complures gratiarum actiones, & ſermones Paracleticos cum Interpretationibus.

3. Pau-

XLIII. MARABA II.

ANno ætatis suæ centesimo, Hegyræ CXXIV. Ch. DCCXLII. Græc. MLIII. Patriarcha renunciatus fuit. Doctus erat in libris Ecclesiasticis, & in Dialecti-

ca

3. Paulus Anbaræ, quæ & Pheroz-Sapor dicitur, ad Euphratem sita a Bagdado decem Parasangis distans, Episcopus, hic complures edidit epistolas, & sermones Paracleticos cum interpretationibus, & disputationem adversus quosdam, ut scribit Soben. Catal. *cap.*100. Hujus Pauli homilia de Pentecoste exstat *tom.*1. *Bibl. Orient.* *p.*583. *&* *tom.*2. *pag.*486.

4. Joannes Hadathæ (urbs in Assyria ad Tigrim fluvium posita versus orientem, ubi Zaba, major in Tigrim influit, ab urbe Mosulana XIV. parasangis distans) Episcopus.

5. Sabarjesu Fundator Cœnobii Vasetæ (urbs Arakæ Babylonicæ ad Tigrim fluvium condita ab Hagiagio sub AbdalMalecho v. Mahometanorum Calipha, Asseman *to.*4. *pag.*787.).

6. Gabriel Catarensis Episcopus, hic confecit (sic Soben. *cap.*101.) orationem de unione: & solutionem quæstionum de fidei re.

7. Scialita Rhesinæ in Mesopotamia urbis Episcopus composuit (Soben. *cap.*109. *Catal.*) Interpretationes, (Homiliæ duæ de Beata Maria, & altera de feria 3. Rogationum, exstant *Cod. Amid.* 1. 8. *&* 10. *tom.*1. *Biblioth. Orient.* *p.*581. 583. *&* *Cod. Syr.* 1. *tom.*2. *pag.*486.) Paracleticos sermones, Preces, Canones, & de causis. Edidit etiam metrica capita, quæ canuntur ad portam Cancellorum, (Persoluto Missæ sacrificio Syrus Nestorianus Sacerdos ad portam cancellorum altaris descendens conversa ad populum facie, Benedictiones quasdam metricas, vel sine metro canere solet, quarum exemplar *vid. Cod. Syr. Amid.* XI *tom.*1. *pag.*583.) nec non capita soluta oratione: Et expositionem duorum Canticorum; quorum alterum incipit „ *cognitor cogitationum* „ alterum „ quamquam exuatis „ utrumque autem Simeoni Barsaboe Seleucien. Archiepiscopo, & Martyri inscribitur.

8. Gregorius Episcopus Haran, quæ & Charran, & Charræ urbs est Mesopotamiæ, Hellenopolis etiam dicta, seu paganorum Civitas, quod ibi cultus idolorum viguerit, mox Sabæorum dicta, Assem. *tom.*4. *pag.*754 IX. Joannes Episcopus Buazichæ, quæ & Conisapor, urbs in Assyria, Assem. *tom.*4 *pag* 739. Uterque verò Gregorius scilicet, & Joannes Chimicæ artis periti fuere.

ca (1); cunctosque suos dies in evolvendis codicibus expendebat. In urbe Cascara natus dicitur, & „ Aba Brich-Sebiane „ nomine composito ex tribus hisce Sy„ riacis vocibus „ Aba : Brich : & Sebianæh „ appellatur, quod latine interpretatur: Pater, benedicta voluntas ejus. Anno Episcopatus VI. cum clerici in scholam ædesque Patriarchales manus injecissent, Seleucia relicta, cœnobium apud Cascaram situm petiit, substitutisque in locum suum Millesio Tyr-hanæ, & Sciaadosto Zuabiæ Episcopis, in cœnobio Vasethæ sedem fixit: Cupham deinde, & Hirtam petiit. Hinc expunctum e Diptychis a Seleuciensibus ejus nomen, nec ante restitutum fuit, quam Seleuciam repetiit; ubi & obiit cum decennium sedisset. Sub Aba desiit Regnum Chaliphanrum in Palæstina, cæpitque Abbasidarum in Oriente, anno Arabum CXXIX. Asseman. *tom.* 2. *pag.* 431. *tom.* 3. *pag.* 157. (2)

I XLIV.

(1) Hic in Schola Modaina literis imbutus, Theologum, nonnullosque (ita Amrus apud Asseman. *tom.* 3. *pag.* 157.) Dialecticæ libros exposuit, Interpretationesque scripsit. Sedem Patriarchalem Pastore viduatam vicaria potestate rexit, cum Cascarensis esset Episcopus. Orto autem circa ipsum, & Metropolitam Gandisaporen. dissidio, in ejus tandem electione suffragia omnium convenere. Josephum Omari filium, qui Christianos odio insectabatur, Præsidem Assyriæ, salutatum Cupham profectus adiit, a quo benigne exceptus, postquam propositis quæstionibus satisfecisset, Hirtam perrexit; ubi cum pompa a fidelibus & Joanne Azrak Episcopo exceptus fuit. Complures libros composuit, quos ejusdem discipuli corrupere.

(2) Composuit Aba librum de Strategis, hoc est militiæ ducibus, seu Præfectis rei bellicæ; & Expositiones, cum Interpretationibus varia refertis eruditione. Ebed. Catal. *cap.* 85. Hujus Patriarchæ nomen desideratur in Catalogo Salomonis Bostrensis.

XLIV. SURINUS.

Hic Seleucienſis Patria, ex Niſibis Epiſcopatu, quem malis artibus occupaverat, ad Eccleſiam Halavanæ translatus, an. Græc. MLXV. feria V. majoris hebdomadæ regia manu (1) ſedem Patriarchalem invaſit cunctis reclamantibus. Eodem anno Dominica poſt Aſcenſionem Domini depoſitus fuit. Ob Græci, Syriaci, & Arabici ſermonis doctrinam Commentator dictus fuit (2), a Jacobo Patriarcha, in ejus locum ſuffecto, Boſtrenſis Metropolita renunciatus fuit (3). Vid. Aſſem. *tom.* 3. *pag.*168. & *tom.*2. *pag.*431.

XLV.

(1) Abanum ſcilicet (referente Amro) Seleuciæ Præfectum induxit, ut Chriſtianos feria 5. Paſchatis ex inopinato adortos compelleret, ut ipſum per impoſitionem manuum conſecrarent. Quicumque autem in Eccleſia remanſere, a ſatellitibus Abani nudo ferro inſtantibus & ipſas Altaris fores occupantibus, coacti ſunt Surinum ordinare, quod non ſine lacrymis fecere, quos inter Jacob Gandiſaporen. Metropolita aderat, qui conſecratorias preces ſuper eum recitans, manibus interim in Cælum ſublatis orabat, ne id quod agebatur, Surino uſquam bene cederet. Tum Patres Saphahum Chriſtianæ diſciplinæ jura, & illius cauſæ ſtatum edocuerunt; qui, cæſo Abano, pro arbitrio decernendi facultatem Epiſcopis conceſſit.

(2) Inter eos, qui operum Ariſtotelicorum e Græca in Arabicam, vel Syriacam linguam interpretes fuere, recenſetur Surinus a Mohammad filio Iſaac apud Hotting. *in Bibl. Orient. pag.*241. ubi loquens de libro Elementali ſeu Metaphyſicorum, hæc ait: „ Sed „ & Iſaac Honaini filius aliquot „ libros tranſtulit. Surianus verò (L. *Surinus*, quem *Severinus* „ male appellat Hotting *pag.*236.) „ Interpretatus eſt librum *B*, qui „ & Arabicè prodiit, prout vidi „ ſcriptum manu Jahiæ filii Adi „ in indice libri ſui „ Soben. Catal. *cap.*92. hæc de Surini ſcriptis habet „ Scripſit ſolutionem opinionis Hæreticorum, Græci ſermonis ſtructura, & demonſtrationibus, & quæſtionibus „.

(3) Circa hæc tempora claruit Jeſudenha Koſræ Epiſcopus. Koſra eſt urbs Epiſcopalis in Babylonia ad Provinciam Patriarchalem pertinens, de qua Aſſeman. *tom.*4. *pag.*759. Hic a Soben. in Catalogo

XLV. JACOBUS.

HIc Gandisaporensis Metropolita cum Episcopis qui Surinum adacti ordinaverant, adfuit, & consecrationis preces super eum recitavit. *Sapphahi* Caliphæ ope Episcopi facultatem decernendi nacti Surinum in urbe Hirta deposuerunt: postea cum Jahia Abrahami Mokledi Filio Seleuciam profecti, Jacobum consecrarunt, ubi is Chirographum dedit de sacris canonibus exactè observandis (1).

Adversus Jacobum Surinus & ejus cognati Nasrum Archistrategum instigarunt, eorumque insidiis ab Almansore Calipha captus in carcerem conjicitur (2). In-

go *cap* 128. dicitur composuisse, Tomos tres historiæ Ecclesiasticæ: Expositionem Logicæ: Paracleticos sermones, & Interprerationes. Habet præterea orationes Metricas; & librum de castitate, in quo historiam congessit omnium Sanctorum, & Fundatorum, eorum scilicet, qui monasteria plantarunt. Hunc librum designare videtur Barhebræus in Chron. apud Assem. *tom.*2. *pag.*446. *&* 449

Circa hæc pariter tempora extitit Abraham cognomento Bar-Liphe, qui & commentator sive expositor cognominatus fuit. Hic Timothæi Patriarchæ præceptor fuit, in Schola scilicet, quam regebat Abraham in Basosa Saphsaphæ pago anno DCCL. Chr. Confecit Abraham (teste Soben. in Catal. *cap.*179.) Expositionem officiorum, scilicet, Ecclesiasticorum.

(1) *In Epitom.* Can. Sobensis *part.*9. *cap.*7. legitur: „ Pactum, & „ fœdus a Patribus initum de „ Canonum observantia „. Ex Synodo Jesujabi postremum caput profert Sobensis, quo Patres quæcumque in ea Synodo definita fuerant, se accuratè observaturos profitentur, utque ii Canones semel in anno in conventibus legantur curaturos.

(2) Per id tempus (Asseman. *tom* 2. *Bibl. pag.*432. Ex chronico Barhebræi) Georgius Jacobitarum, Theodoritus Græcorum, & Jacobus Nestorianorum Patriarchæ in carcerem, jussu Caliphæ Bagdadensis propter diversas accusationes, conjecti fuere; quos Cyprianus Nisibis Nestorianorum Metropolita dimitti curavit, postquam Isæ medici literas quibus Caliphæ vitam in manu sua positam jactabat, ut munera a christia-

de poſt IX. annos ereptus, & a fidelibus rogatus Surinum Baſſoram dimiſit, Epiſcopo dudum defuncto ſucceſſorem futurum. Dum verò Baſſorenſes de novi Epiſcopi Electione inter ſe digladiabantur, ecce Almanſorem adeſſe denunciatur, ut hominem caperet: Tum verò Surinus ab Iſa medico Sciaaluphæ filio eo periculo ſubita fuga ereptus, a Præfecto Seleuciæ demum captus & cuſtodiæ mancipatus interiit, & in cœnobio Simeonis conditus eſt, ejuſque nomen in Catalogum Metropolitarum Baſſoræ relatum fuit. Sub Jacobo Neſtoriani Eccleſiam in Urbe Tagriti ædificarunt an. Arab. CLII. opera Saliba-Zachæ Epiſcopi Tyrhanenſis, & permiſſu Pauli Jacobitarum Maphriani, poſtquam *hic* Niſibenſem Eccleſiam a Neſtorianis olim occupatam *ſectæ ſuæ* reſtituendam apud Cyprianum ejus urbis Metropolitam curaſſet. Obiit Jacobus an. Chr. DCCLXXIII. (1)

XLVI.

ſtianis pro Patriarcharum ſuorum liberatione extorqueret, eidem Caliphæ oſtendiſſet. Nam indignatus in Iſam Calipha, ejus quidem bona fiſco addixit, Patriarchas verò libertate donavit. Aſſeman. *tom.*3. *pag.*111. *ſeqq.*

(1) Amrus narrat, Anno Saphahi Chaliphæ 3. octo viros ſupra Cœmeterium ſtantes apud Damaſcum apparuiſſe. Locum hodieque oſtendunt indigenæ, qui eos cum Pueris Epheſi, quos dormientes vocamus, confundunt.

Claruit per hæc tempora Cyprianus Niſibis Metropolita. Hic teſte Soben. Catal. *cap.*73 expoſuit Theologiam Sancti Gregorii Magni; & compoſuit ordines Chirotoniæ; hoc eſt ritum impoſitionis manuum, quem *tom.*13. Cod. Liturgi vulgavimus commentariis illuſtratum, quem videſis. Et ſane ante Cyprianum id præſtiterat Jeſujabus Adiabenus Patriarcha. Utriuſque nomen, nec non Mar-Abæ, & Gabrielis Metropolitæ Baſſoræ, præferunt Rituales, & Pontificales Neſtorianorum libri, in quibus ordinationes continentur. Iiſdem temporibus circa an Chr. DCCLXX. claruit etiam Georgius Epiſcopus Suſtræ. Suſtra urbs Huzitarum a Gandiſapore octo paraſangis diſtans, Aſſem. *tom.*4. *pag.*781. Hic, apud

apud Soben. *cap.163. Catal.*, composuit librum adversus omnes sectas; & demonstrationes physicas, & sermones Paracleticos cum interpretationibus, & Historiam Abrahæ Sustrensis, & librum unum Historiæ Ecclesiasticæ, & de causis festorum: Et Canticum, quod incipit " Parati estote in operi- „ ribus vestris „.

Salomon quoque floruit Episcopus Hadathæ, quam Arabes novam urbem appellant, apud Mosul. Hic Salomon a Sobensi Catal. *cap.139.* dicitur edidisse historias, & de Monastico instituto. Juvat Amrum in vita Jacobi exscribere. Gravissimo morbo correptus Almansores Calipha Georgium Gandisaporen. medicum adhibuit, cui honorarium in aula liberaliter constituit. *Hic post biennium* dimissionem a Principe petiit, utque ipsius discipulus Isa eodem in officio sibi substitueretur impetravit. Christianos Almansores gravissimis exactionibus, tributisque vexavit; quodque ad Episcopos pertinebat, prædicto Isæ, qui Diaconus erat, tradidit. Is verò potestate abusus Jacobum Patriarcham, qui cum Episcopis XXXVI. Ipsum salutatum advenerat, ne suo quidem conspectu dignatus, accedentibus ad se Pontificibus manum deosculandam porrigere ausus est. Compertam hominis superbiam Salomon Hadithæ compescere tentavit, rem indignam esse, inquiens, Episcopos a Diacono ita tractari. Iratus Isa minas intentat Salomoni. Causam interim ad Ben-Tabbachum Cascaren. ærarii Præfectum Episcopi detulere: qui Almansori de rebus Christianorum percontanti suggessit, Jacobum & Surinum Primatum inter suos ambire. Quamobrem mandavit, ut uterque in carcerem truderetur. *Isa* deinceps Scialaphæ filius genti suæ summa cum potestate præfectus fuit, qui eo devenit, ut Episcopos publico decreto cogeret Ecclesiasticas benedictiones (decimas) sibi solvere, & Jacobi nomen e sacris Diptychis expungere. Nonnullos Episcopos e suis sedibus amovit, alios suæ superbiæ succumbere coegit. Occasione arrepta Mahometani, locorum Rectores, christianos vexare cœperunt, ut plures a fide descive-rint religionemque *mutare coacti fuerint*. *Abrahamus* Jahiæ *filius* Hadithæ gubernator iniquis vectigalibus cives exhausit. Avaritiam ægre ferens Salomon Episcopus, eam frœnare conabatur. Gubernator veritus ne crimen ad Principis aures ejus opera manaret, Episcopum rapi ad custodiam jussit, fustibus subjecit producta ad XLII. plagas fustigatione. Capillos barbamque hominis rasit. Paulo post, facti pœnituit, & Episcopo reconciliatus, Christianos ejusdem subditos injunctis vectigalibus absolvit. Cum autem Hadithensium quosdam a fidelium communione jure segregasset Episcopus, scelesti homines ad Isam Scialaphæ filium appellarunt, & Episcopo crimen impegerunt, quod præteritis annis, cum Meruanus Mahometis filius e Saphahi Caliphæ manibus evasisset, ingentes opes in Castris apud Za-

XLVI. ANANIESU.

IN Garmæorum regione natus, ex Episcopo *Dokuke* quam *Lasciumam* alii vocant, opera Isæ (1) medici

ci

bam deposuisset, e quibus Episcopus duo jumenta pecuniis onusta ad ædes suas abduxisset; Episcopum Calipha arcessit, quæstioni subjici jubet. Negavit ille id a se committi potuisse, ut qui a Christo mandatum accepisset, ne quidquam haberet, & auro argentoque & quovis divitiarum genere abstinere juberetur, nihil enim in his fortunæ bonis utilitatis commodive sibi esse ajebat. Calipha nihilominus Episcopum in monasterio S. Simeonis fustibus cædi jussit, Isa medico Scialaphæ filio auctore, atque instigatore. Almansores ad Monasterium Beth-Halense divertens vectigalia, quibus premebantur, sustulit, reditus ex publico ærario ad eorum inopiam sublevandam ipsis assignari jussit, eo quod Mahometanos illac prætereuntes hospitio recipere solerent. Cum vero Almansorem Pontifices & Episcopi adiissent, Jacobo absolutionem libertatemque petituri, Calipha Salomonem una cum aliis præsentem conspicatus, hominis temeritate commotus, illum una cum Jacobitarum & Melchitarum Patriarchis ad carceres rapi jussit; tandem Salomon e carcere dimissus; & in monasterium Ba-Halense relegatus, triennio post, Abrahamo medico apud Calipham agente, tum ipse, tum reliqui Episcopi ad suas singuli Ecclesias postliminio rediere. Postremo ad cœnobium Aaronis apud Baladam situm profectus, ibidem post 7. an. desiit vivere, ibique conditus postea ad monasterium Raban Aphnimarani translatus fuit. Plura vid. apud Asseman. *tom.*3. *pag.*209.

(1) Amrus hæc ita refert. Cum Isa medicus ab Almohdio impetrasset ut novum Catholicum creari fas esset, Episcopus Cascarensis datis ad Provinciarum Episcopos literis, ad comitia eos invitavit, in quibus Marvæus Archidiaconus una cum Hirtensibus & Garmachitis Ananiesum elegit. His restitit Jacobus Cascaren, Jazdini filius, Georgium eligens, cœnobii Beth-Halæ monachum, Syriacis, Arabicis, & Persicis literis eruditum. Electores Bagdadum pergunt, & in cœnobio Mar Phetionis congregati, cum neutiquam inter se convenirent, ad Calipham Almohdium causa defertur. Arcessitos Georgium, & Ananiesu invitat, ut ad Mahometanorum sectam transeant. Georgius negavit id se facturum; Ananiesu causatus est Arabici sermonis inscitiam. Ad Georgium se convertens Calipha, edissere nobis, ait, ex quanam arboris specie excisa fue-

ci & pharmacopolæ in Patriarcham Seleuciæ ordinatus, Mohdio Calipha, an. Arab. CLVII. Chr. DCCLXXIV. æmulum habuit Georgium Cœnobii Beth-Halæ monachum, quem Jacobus Cascarensis Iazdini filius cum suis Episcopis Patriarcham postulaverat.

Sedit an. IV. Obiit exeunte an. DCCLXXVII. vel ineunte an. DCCLXXVIII. vid. Assem. *tom.* 2. *pag.* 432. & *tom.* 3. *pag.* 155. (1) Sub hoc Ananiesu erectum dicitur in Sinarum

fuerit Mosis virga, per quam tot miracula patrata fuere. Id, respondit Georgius, nec in Pentateucho, nec in Prophetis usquam indicatum memini. Tum Ananiesus de eadem re interrogatus, respondit, ex amigdalo; idque ex illo ostendit, quod cum Filii Core, & Dathan, atque Abiron Aaronis adversarii virgas suas una cum ejusdem Aaronis virga in Tabernaculum intulissent, scriptura narrat, Aaronis virgam Amigdalinos flores protulisse. Responsum laudans Calipha subdidit. Unde vero ostendis Aaronis virgam eandem ac Mosis fuisse? Respondit Ananiesu: ex eo, quod eadem scriptura narrat, Mosen Aaroni dixisse, tolle virgam tuam: eam nempe, qua Moses signa, & portenta faciebat. Laudavit Calipha in Georgio linguarum peritiam, in Ananiesu venerandam canitatem, decorem, & gravitatem. Georgius impugnare Ananiesu non destitit, quamobrem & ad Rabium contendit, ut verba Ananiesu impugnaret, quæ Calipha approbaverat. Ananiesu coram Rabio Georgium convicit. Congregati ergo Patres electionem Ananiesu per impositionem manuum confirmarunt. Accidit postea, ut Ananiesu pagum quendam, Dokram appellabant, quem Jacobus Catholicus olim Abu-Abbaso Tusitæ oppigneraverat, ab eodem acerbe etiam repeteret. Id ægrè ferens Abu-Abbasus dixit: Equidem si de rebus meis quidpiam a me postulasses, dedissem utique. Nec putavi pagum a te repetendum fore, neque me hostis loco habendum. Hominis iram veritus Ananiesu, illum sibi reconciliare conatus est, oblatis frequenter vestibus, vino, atque annona, aliisque muneribus, ac præcipui amoris & existimationis argumentis. At ab Abu-Abbaso tandem dolo malo captus, & veneno per Chirurgum suum infectus obiit. Et Dokræ pagi dominium hoc pacto a sede ablatum fuit. Assem. *tom.* 3. *pag.* 156.

(1) Scripta Ananiesu recenset Sobensis in Catalogo *cap.* 84 in hæc verba; " Composuit Epistolas, „ & Paracleticos sermones; & „ quin-

rum regione celeber. monumentum lapideum Sinicis & Chaldaicis literis exaratum an. Græc. MXCII. Chr. DCCLXXXI. in quo Christiana lex a Syris Evangelii præconibus jam ab an. DCXXXVI. in Regnum Sinicum illata fuisse fertur (1).

XLVII.

„ quinque Tomos interpretatio-„ num, ideſt Homiliarum: & ora-„ tiones, & decem quæstiones. Defunctum Ananiesum flebili carmine laudavit Saliba Presbyter Mansurensis ex Insula Euphratis, quam Zebedæam vocant. Carmen exstat *Cod. Syr. Amid.* 3. *tom.*1. *Bibl.* *pag.*581.

(1) An. Christi MDCXXV. repertum fuit id monimentum in oppido San-Xuen. apud Siganfu Metropolim Provinciæ Xensi, cum fundamenta cujusdam muri jacerentur, Gubernatoris ejusdem loci jussu in altero lapide fideliter exceptum, & in eremitorio ejusdem urbis Siganfu collocatum, adhibitis doctis viris, primum Sinice expositum, deinde in Lusitanicam linguam translatum, demum Italicè anno MDCXXXI. & latinè an. MDCXXXVI. redditum in publicam lucem prodiit. Præfixa lapidi Cruce, titulus inscriptionis Sinicæ tribus lineis constat, & unaquæque linea tribus caracteribus. Sequuntur lineæ Sinicæ LXII. si illas a dextra ad sinistram & viceversa numeres: vel XXVIII., si a superiori parte deorsum recta linea more Sinensium ducantur: adeoque voces omnes Sinicæ, quæ in corpore, ut ajunt, inscriptionis continentur, sunt numero circiter mille septingentæ, ac triginta sex In margine ad dexteram inspicientis inscriptionem, seu ad sinistram inscriptionis, sunt aliæ voces Sinicæ, omnes numero XXV. Illas a Bonziis, & Mandarinis expositas, & e Sinico in Lusitanicum sermonem, deinde in Italicum, ac postremo in Latinum vulgavit Kirkerius in Prodromo *pag.*52. & in unum supra XX. paragraphos distinxit, hoc titulo prænotatas “ „ Lapis in laudem & memoriam „ æternam legis lucis & veritatis „ portatæ de Tacin, & in Sina „ promulgatæ erectus „ Sequitur Prologus in hæc verba “ Prolo-„ gus Sacerdotis Regni Tacin di-„ cti Quim Cim „. Quod Synicè Tacin dicitur, significat quascumque regiones ad occasum Synarum positas, ac præsertim Chaldæam, Syriam, & Judæam. §.1. disseritur de Deo uno ac Trino, qui res cunctas e nihilo creavit, hominemque a se conditum justitia originali donavit, dominumque universorum constituit. Sinensis auctor Deum Syriaco nomine *olò*, seu Aloho, appellavit. §.2. De lapsu Adami, variisque ejus filiorum erroribus, qui Creatoris loco creaturam adorantes, in CCCLXV. sectas scissi dicuntur. Hic etiam Syriaco-Hebraicum *Sa-*

tanæ

tanæ nomen uſurpatur. §.3. de Jeſu Chriſti Incarnatione, Nativitate, Diſpenſatione, Morte, Reſurrectione, & Aſcenſione. Deque libris V. & N.T., Baptiſmo, Cruce, adoratione ad Orientem. Neſtorianus auctor Chriſtum Syriaca voce *Meſſiæ* appellans, Neſtorianum errorem inſinuat. In libris utriuſque T. recenſendis communem Orientalium ſententiam ſequitur: nam V. quidem XXIV. libros tribuit, & Novo 27. §. 4. De Apoſtolorum prædicatione, & ſacris Chriſtianorum cæremoniis, civili eorundem habitu, & moribus. Ubi meminit jejunii, Horarum Canonicarum, Sacræ Liturgiæ, Sacramenti Pœnitentiæ, & coronæ Clericalis; item ſigni lignei, quo Orientales loco campanæ in Eccleſiis utuntur. §. 5. de lege Chriſtiana in Sinas per Olopuen præconem Evangelicum ex Ta-Cin, ſeu Syria, illata anno DCXXXVI. cum in Sina regnaret Tai-Cum, ſecundus familiæ XIII. *Tam* dictæ, Imperator, qui in Annalibus Sinarum ab anno Chriſti DCXXVII. ad an. DCL. imperaſse perhibetur. Refertur Edictum ejuſdem Imperatoris promulgatum an. Imperii ſui 12, hoc eſt, Ch. DCXXXIX. quo chriſtiana religio probatur. Idem Imperator Mandarinis præcepiſse fertur, ut Eccleſiam conſtruerent, memoratoque Olopuen XXI. miniſtros deputarent, cujus etiam effigiem depingendam muroque affigendam curavit. Olopuen ex Syriaca voce Jab-allaha formatum videtur. §. 6. Deſcriptio Regni Tacin, ſeu Syriæ, & Paleſtinæ, juxta Sinenſium Geographos. §. 7. Progreſſiones chriſtianæ religionis in Sina Imperatore *Cao-çum* filio *Tai-çum*, qui ab anno DCL. ad an. DCLXXXIV. regnavit. §. 8. De Perſecutione in Chriſtianos mota anno Chr. DCXCIX. & DCCXIII. §. 9. Felix Eccleſiæ ſtatus ſub *Hiven-çum* Imperatore, qui an. DCCXIX. motam a Bontiis perſecutionem ſedavit, cum in Sina Evangelium a *Joanne*, & *Kielic* Sacerdotibus prædicaretur. Idem Imperator an. DCCXLIII. effigies quinque Regum prædeceſſorum avorum ſuorum in Eccleſia collocari juſſit, multaque dona ei contulit. An. DCCXLV. alius Sacerdos *Kiehò* in Sinam profectus una cum Joanne, & Paulo aliiſque ejuſdem profeſſionis viris, chriſtianam rem ſtrenue promovit. An. DCCLVII. Imperator *So-çum* multas Eccleſias ædificari præcepit. Hic vero ab an. DCCLVII. ad an. DCCLXIII. regnavit. §. 10. Idem Chriſtianorum ſtatus in Sina ſub Imperatore *Tai-çum*, qui ab an. DCCLXIII ad an. DCCLXXX. regnavit. Hic in feſto naſcentis Chriſti ſingulis annis in gratiarum actionem mittebat odoramenta cæleſtia, & ad honorandos hujus ſanctæ legis miniſtros, rerum omnium, & annonæ regiæ aſſignabat proviſionem. §. 11. 12. 13. Res Chriſtiana in Sinarum regno promota ſub Imperatore *Kien-çum*, alias *Te-çum*, qui ab an. DCCLXXX. ad an. DCCCV. regnavit. Eo Imperante Sacerdos nomine *Usù*, ex loco dicto *Vam-xi-Ciù-Chim*, in Sinam adveniens, ibique Evangelium prædicans, gratiam Imperatoris *Kien-çum* ita ſibi conciliavit, ut veſti-

bus Ecclesiasticis honorificisque tam in aula regia, quam extra, titulis, & officiis ab eodem donatus fuerit. Eodem Imperatore Christianis impensè favente, claruit regulus quidam *Co-cu-y* appellatus, qui regio favore usus, collapsas Ecclesias refecit, novas exstruxit; & præter exercitia sanctæ legis Christianæ, operibus studebat charitatis, quotannis quatuor Ecclesiarum Sacerdotes congregando, quibus toto corde inserviebat, de rebus omnibus necessariis providebat spatio dierum 50., adhuc famelicos saturabat, nudos cooperiebat, infirmos curabat, mortuos sepeliebat. §.14. 15. 16. 17. 18 19. 20. Anacephalæosis eorum, quæ ab Imperatore Tai-çum, Cao-çum, Hiven-çum, So-çum, Tai-çum, & Kien-çum in Sina erga Christianos gesta sunt. §.21. Monimentum lapideum erectum an. II. Imp. Kien-çum, Christi DCCLXXXI. In nostro (inquit Quim Cim) potentatu magni *Tam*, anno II. hujus Kien-çum, die 7. mensis Autumni, die dominica, hic lapis erectus fuit, Episcopo Him-Ciù Ecclesiam Sinensem administrante. Mandarinus nomine Liu-Se-Ci-yen, tituli erat Ciao-y-cum, in quo officio ante eum fuit Tai-Ceu-sie-su Can-Kiun, hanc sua manu fecit inscriptionem.

Inscriptio Syriaca ejusdem Monimenti in duas partes dividitur, quarum altera continet nomina LXX. præconum Evangelii, qui ab an. Chr. DCXXXVI Christianam fidem in Sina annûnciarunt: altera auctores erecti lapidis, tempusque designat. Et nomina quidem LXX. Evangelicorum præconum descripta sunt in margine ad dexteram inscriptionis Sinicæ. In VII. autem classes dividuntur, quarum prima exhibet nomina XI. secunda VI. Tertia XIII. quarta XI. quinta, XI. sexta XIII. septima V. omnes simul LXX. singulis vero Syriacis nominibus quædam voces Sinicæ subjunguntur.

Classis I. Mar Joannes Episcopus. Isaac Presbyter. Joel Presb. Michael Presbyt. Georgius Presb. Mahadad Gusnasaph Presb. Mar Adad Præsb. Isaac Presb. Isaac Presb. David Presb. Moses Presb.

Classis secunda. Acacius Presbyter & Monachus. Elias Presb. & Mon. Moses Presb. & Mon. Ebedjesus Presbyter & Mon. Simeon Presb. & Monachus. Joannes Presb. & Mon.

Classis 3. Aaron, Petrus, Joannes. Lucas. Matthæus. Joannes. Jesu-Eme. Joannes. Sabarjesus. Jesudadus. Lucas. Constantinus. Joannes.

Classis 4. Adad Saphas. Joannes. Enos. Mar Sergius. Isaac Joannes. Mar Sergius. Phuses. Simeon. Isaac. Joannes.

Classis 5. Jacob Presbiter. Mar Sergius Presbyter, & Chorepiscopus Sinarum. Gregorius Presbyter, & Archidiaconus Cumdan civitatis. Paulus Presb. Simeon Presb. Adam Presb. Elias Presb. Isaac Presb. Joannes Presb. Joannes Presb. Simeon Presbyter.

Classis 6 Jacob. Presbiter. Ebed-jesus Presb. Jesudad Presb. Jacob. Joannes. Schiubchalmaranus. Jacob. Simeon. Ephræm. E-

lias.

XLVII. TIMOTHEUS.

Defuncto Ananiesu, Synodus tres candidatos proposuit, Thomam scilicet Episcopum Cascaræ, & Ephræmum Metropolitam Gandisaporis, ac Timothæum (1). Hic subornatis Scholasticis Seleuciæ ordina-

lias. Cyriacus. Cyrus. Emmanuel.

Classis 7. Gabriel. Joannes. Salomon. Isaac. Joannes.

Pars 2. Inscriptionis Syriacæ in marginibus ejusdem lapidis a dextris, sinistris, & ad calcem exhibetur, & in tres classes divididitur: Classis prima " Diebus Patris Patrum Mar Ananiesu Catholici Patriarchæ „ Quod autem monimentum erectum dicatur an. Græc. MXCII. Chr. DCCLXXXI sub Ananiesu, qui an. Chr. DCCLXXVIII. diem obierat; id fieri potuit propter Sinarum ab Assyria distantiam: eo scilicet, quod fama obitus Ananiesu ad christianos illos in Sinis commorantes nondum provenisset, sed eum adhuc in vivis esse existimarent.

Classis 2. " Adam Presbyter, & Chorepiscopus, & Papas Sinestanæ „ hoc est Sinensis regionis.

Classis 3. " An. Græcorum MXCII. Mar Jazedbuzid Presbyter & Chorepiscopus Chumdam urbis regiæ, filius bonæ memoriæ Millesii Presbyteri ex Balch urbe Thochuristanæ; erexit hanc tabulam lapideam, in qua descriptæ sunt Dispensatio Salvatoris nostri, & prædicatio Patrum nostrorum ad Regem Sinarum. Adam Diaconus filius Jazedbuzid Chorepiscopi. Mar Sergius Presbyter, & Chorepiscopus. Sabarjesus Presbyter. Gabriel Presbyter, & Archidiaconus, & Ecclesiarcha Chumdanæ, & Saragæ „ Hæc ex *tom.* 4. *Biblioth* Assemani excerpsimus, qui plura habet ibidem *cap. sc.* 9. de Christianis in India, Nestorianis in Tartaria, & vasto Sinarum Imperio per septem integros paragraphos a *pag.* 413. ad *pag.* 548. quem videsis.

(1) Timotheus in Haza, seu Adiabene nobili genere natus, doctrina, & eruditione illustris, Babagasæ Episcopus primum fuit, quo tempore Abu Musa Masaabi filius Niniven tenebat, & Abu Noe Anbarensis eidem a secretis erat. Is vero & Christianos beneficiis affecit, & Timotheum singulari benevolentia complexus est, ut vectigalia ex bonis ipsius Episcopatus exigi solita eidem gratuito condonaret. Episcopatum eidem Timotheo adhuc juveni Georgius Patruus, consentiente Maraneme Adiabeno Metropolita, cesserat.

Defuncto Ananiesu, Thomas Cascaren. datis literis ad Provinciarum

tus fuit. Ægre id ferens Cascarensis congregatis Bagdadi in cœnobio S. Phetionis XIII. Episcopis in Timotheum sententiam anathematis, & depositionis tulit Dominica tertia Quadragesimæ. Vicissim Timotheus Thomam

rum Episcopos, Synodum convocavit an Ch. DCCLXXVIII. in cœnobio Mar Phetionis; ad quam tamen Ephremus metropolita Gandisaporensis & ejus Episcopi minime accessere. Beroes Archidiaconus congregatis christianis cum Cascaren. & Sobensibus Georgium, alias Jacobum, monachum in Catholicum deposcebat, cujus electionem Isa Abucoraisus medicus per literas procurabat. Eorum consilia mors monachi abrupit. Timotheus Beroi, & Scholasticis magnam pecuniam pollicitus, saccosque saxis plenos velut auro & argento refertos ostendit, unde ad ejus partes una cum Abu-Noe illos pertraxit, eorumque molitione factum est, ut Metropolitæ Bagermæ, Halavanæ, Damasci, Maru, aliique non pauci Episcopi coacta Synodo Timotheum octo post menses crearent: qui promissam pro consecratione pecuniæ summam repetentibus respondit, Sacerdotium venundari nequaquam licere, & arcas glarea refertas ostendit. Sic comperta fraude desistere coacti sunt. Tum Timotheus datis ad Gandisaporenses, & Mosulanos literis, ad suas partes utrosque trahere conatus est, & Mosulani quidem obsecuti sunt. Gandisaporen. contra Metropolita cum suis Episcopis, & Salomon Haditæ Episcopus Timotheo restiterunt, quibus consensit favitque Joseph Maruensis Metropolita, quem Timotheus quædam ipsi pollicitus fefellerat. Quamobrem cum Salomone, & Sergio Maaltajæ monasterium Beth-hale profecti, Rostamum Mosulanis ipsis petentibus Episcopum pro Jesujabo, quem Timotheus præfecerat, substituerunt. (Thomas Margen. *lib.*4. *cap.*5. Rostamum Arbelæ Metropolitam a Salomone, & Josepho ordinatum affirmat) Timotheum insuper excommunicarunt, qui Josephum Maruensem a Fidelium cœtu segregavit. Cum vero ille Timotheo præstitam eidem operam suam & præteritam in eum benevolentiam exprobraret, rescripsit Timotheus: hoc vero, inquit, non ipse solus præstitisti, sed & hoc ipsum qualecumque beneficium iis, quæ postea adversus me attentasti, corrupisti, quando & me excommunicare ausus fuisti, & Canoni pœnitentiali subjicere tentasti: Rostamum insuper ad Episcopatum promovere non es veritus in eo Cœnobio, quod *Tinum*, hoc est lutum, apposito nempe illi, qui ibidem factus est Episcopus, nomine appellamus Nunc verò si Maruensibus places, viros quinque ad nos mittant, unaque cum ipsis

mam cum ſuis excommunicavit; atque in duas factiones ſciſſi ſunt Neſtoriani, donec Thomas cum Timotheo reconciliatus fuit, hac conditione, ut manum ipſi imponere voluerit, orationem Sacramentalem ſuper eum recitans, perinde ac ſi ordinatio ejus irrita fuiſſet. Timotheus confirmatus in Patriarcham ad uniendum ſibi animos

ipſis Gregorius eorum Metropolita, (quem Timotheus depoſito Joſepho illis ordinaverat) accedat. Ita demum cauſam expediemus quam celerrimè: interim noveris te eorum Metropolitam haudquaquam eſse. Joſephus in has anguſtias redactus, Timotheum apud Chalipham accuſavit, cumque nihil profecisset, ejuſdem Almohdii opera Mahometanam ſectam amplexus, quibuſdam Baſsoræ terris præfectus fuit, unde demum ad Romanorum ditionem emigravit. Hæc Timothei acta ægre tulerunt Chriſtiani, & de injuria Metropolitæ facta conqueſti ſunt. Ille datis ad Gandiſaporenſes literis factum excuſavit, & mala Eccleſis illata in ipſos rejecit, hortatuſque eſt, ut aliarum Eccleſiarum conſilium ſecuti ſibi obedientiam præſtarent: ipſis enim reſiſtentibus dignitatem ſuam ſibi conſtare non poſse. Literis acceptis Ephrem Gandiſaporen. cum XIII. Epiſcopis Bagdadum venit, coactaque in monaſterio S. Phetionis Synodo Timotheum una omnes excommunicarunt. Timotheus contra convocata XV. Epiſcoporum Synodo eoſdem excommunicavit. Inde inter chriſtianam plebem turbæ, cædes, & multorum hominum incarcerationes conſecutæ ſunt. Qua de re Abu-Coraiſus cum Ephremo acerbe conqueſtus eſt. Res tandem in hunc modum compoſita fuit, ut Timotheum Ephremus ad Eccleſiam Abadi deduceret, & ſuper eo preces cum impoſitione manus recitaret; quod Timotheus *pro bono pacis* acceptavit. *Dixit* autem Ephremus ſuper eo illa verba, *Peccatori pœnitentiam agenti &c.* ejuſque patientiam admiratus, eandem precationem iterum reſumens, finire noluit, ſed in genua procidens Timotheum adoravit, & jacentem erexit. Et per hunc modum pax inter utrumque compoſita eſt. At Timotheus poſtea Ephremum cum ſuis Epiſcopis e Provincia expulit. Quamobrem Ephremus eidem reſcripſit in hæc verba: Equidem ſuper te illam precationem recitavi dicens: Deus laudem meam ne &c. nec tamen integram. Nunc verò rem apud me recogitans, ajo, ſufficere mihi illius precationis poſtremas literas. Ita demum Eccleſiæ ſtatus, ſublato diſſidio, conquievit. Hæc Aſseman. *tom.3. pag.160.* ex Amro de Electione Timothei.

mos Episcoporum ditionis Persarum animum applicuit. Metropolitam ii habebant, qui se Catholico Seleuciæ nequaquam subjectum affirmabant: præterea vestibus albis utebantur instar Presbyterorum sæcularium, & carnes comedebant, uxoresque ducebant. Timotheus cum eos sibi subjecisset, Metropolitam, Simeonem nomine, iis præfecit; cui injunxit, ne carnem comederet, neve nuberet, utque albis laneis tantum uteretur: permisitque ei, ut Electos Episcopos ipse consecraret, ne scilicet instar Episcoporum ceterarum dioeceseon opus haberent adeundi Catholicum propter consecrationem: quæ quidem consuetudo, ita Barhebræus, usque in præsentem diem viget. Assem. *tom.2. pag.*433.

Sedit Timotheus an. XLIII. mens. VII. (1) obiit an. Arab. CCIV. vel CCV. Græc. MCXXXIV. Cadaver Bagdadi in cœnobio Chaliljesu, quod, teste Salomone Bostrensi, ipse exstruxerat, conditum. Multos libros composuit (2).

Tho-

(1) Præfuit Nestorianis sub quinque Caliphis, Mohdio scilicet, Hadio, Rascido, Amino, & Mamone.

(2) Etsi enim Timotheus, Amro Scriptore, pro Concione nihil dicere potuerit coram hominibus, plures tamen de qualibet facultate scripsit Tractatus, quod confirmat Barhebræus in Chronico. Elenchum operum exhibet Sobensis *Catal. cap.86.* Et I. scripsit de astris, sive planetis. II. Disputationem cum, hoc est ab ipso, cum Mohdio Chalipha habitam; Mohdius enim frequentissime Timotheum ad se venire jubebat, & pluribus de Religione cum eo disputabat, varias eidem proponens quæstiones, atque difficiles & implexas, quas ille ita expediebat, ut Mohdius nihil contra posset excipere. Eas disputationes ipse Timotheus prolixo volumine comprehendit. III. De judiciis Ecclesiasticis, & Tomos Synodicos. Condidit in Patrum Synodo Canones XCVIII. De constitutionibus, & judiciis, unoquoque Canone quæstionem responsionemque comprehendens, verba sunt Amri. In Codice Canonum Ecclesiæ Syro-Nestorianæ CXXX. Canones

Thomas Margen. (1) in historia Monastica refert a Timotheo Patriarcha, missis aliquot Episcopis ad populos Hircaniæ Tabarestanos, Gelas, Dailamitas, Moghanitas, & Gergianos, populos hosce ad fidem Christi adductos fuisse. Summam historiæ Margensis ex Assemani *tom.*4. *pag.*478. accipe. Subchaliesus in Hirta Naamanis

nones Timotheo tribuuntur *tom.*2. *Bibl. Orient. pag.*507. Sobensis Epitom *Can. Synod part.*9. *cap.*6. binas a Timotheo Synodos, unam an Chr. DCCLXXXVI. alteram in qua priorem confirmat, an Ch. DCCCIV. habuit. III. habet præterea Biscentum circiter epistolas, in duos Tomos distributas, quas laudat Margen. *lib.*4. *cap.*20. & *lib.* 5. *cap* 7. IV. Quæstiones uno comprehensas volumine de varii Capitulis; una cum historia.

(1) Amrus inter cetera, quæ de Timotheo scribit, adjungit. I. Timothei Patriarchæ temporibus claruisse Gabrielem medicum, Theophylum Astronomum, Aunum Geverensem, & Boctjesum. II Haranitas Manichæos sub Rascido Chalipha humanum caput sacrificare deprehensos, nefarii ritus pœnas luisse. Rem ita ex Dionysii, seculo VIII, Patriarchæ Jacobitarum, Chronico refert Asseman. *tom.*2. *pag.*202. Eorum flagitium hac ratione deprehensum. Habebant illi cœnobium ad orientem urbis Haran positum, 1000. circiter passus distans, in quo Pseudo-Episcopus cum nonnullis falsis monachis habitabat. Mos autem apud ipsos invaluerat, ut adventante Paschate hominem quempiam comprehenderent, & ad alterum Pascha mactandum servarent: interim eum, quem præcedenti anno comprehenderant, in ipsa profanæ solemnitatis die jugulabant, ejusque caput immisso in os nummo, & accensa coram lampade, ad fenestram adorandum exponebant, quo postea ad præstigias faciendas utebantur. Cum igitur sacrilegum Pascha ea ratione celebraturi essent, prosiliens in forum urbis quidam ex eorum primoribus, virumque omnibus, quæ requirebantur, conditionibus præditum conspicatus, quantovis, inquit, pretio hanc epistolam ad Abbatem illius cœnobii propere deferto, & tamdiu illic maneto; dum is per te mihi responsum mittat. Ille nil mali suspicatus, cœnobium adit, Abbati Epistolam reddit, responsum rogat. Abbas verò, qui hominem ex condicto expectabat, lautè exceptum in intimum conclave introducit, ibique miserum claudit, ubi alter detinebatur, qui in proximo Paschate sacrificandus erat. Verum is opportuno Socii consilio usus, qui Manichæos a sanguine con-

nis ortus, postea cœnobii Jacobi in Beth-Abe monachus, quod Siriace, Arabicè, & Persicè doctus esset, a Timotheo Episcopus ordinatus ad Gelas, & Dailamitas apud Hircanum mare prædicandi Evangelii causa ablegatus fuit: ubi per plures urbes, & loca docuit, & baptizavit, atque ad doctrinam vitæ adduxit. Inde quibusdam (postquam scilicet Ecclesias ædificavit, ac Sacerdotes, ministrosque in illis instituit) ex sociis Fratribus ad Neophytos illos sacra Psalmodia imbuendos ibidem relictis, ipse ad extremos Orientis fines penetravit, christianæ religionis doctrinam longè lateque circumferens inter Ethnicos, Marcionitas, & Manichæos, pugnans adversus omnes sectas, atque immundas religiones. Cum verò Subchaliesus in Assyriam ad visendum Patriarcham Timotheum, suosque cœnobitas rediret,

contrectando abhorrere observaverat, cum miseri illius caput amputatum cruentumque vidisset, illico ipsum arripiens, atque hac & illac circumcursans, totum conclave sanguine aspergit, & inde circumstantes fugat, viamque sibi ad evadendum ex impio loco aperit. Mox Geziræ Præfectum consulit, quem de sacrilega hominum consuetudine certiorem reddit.

3. Hamdunam quendam, narrat Amrus, christianorum inimicum Rascido suggessisse, mortuorum ossa a Christianis adorari; quamobrem edictum promulgatum, ut templa ubique exscinderentur; donec Rascidus certior factus, Sanctorum reliquiis, non quorumcunque hominum ossibus, cultum a christianis exhiberi " „ Hamdunas quidam, inquit, „ Rascidi Caliphæ familiaris cum „ Christianos, quos impense oderat, apud eum detulisset, mortuorum ajens eos ossa promiscue adorare, atque in suis templis asservare; Rascidus Christianorum Ecclesias diruendas „ edixit: quod & factum est Bassoræ, & Ailæ, aliisque in locis. „ Quamobrem Christiani, qui in „ aula ad obsequium Rascidi versabantur, congregati, Hamdunæ calumnias apud Principem „ refellere coacti sunt, ostenderuntque christianos mortuorum ossa colere aut adorare „ neutiquam consuevisse, sed Marty-

ret, a Barbaris in itinere cæſus fuit. Kardagum, & Jaballaham fratres ejuſdem Beth-Abenſis cœnobii monachos in locum Subchalieſus idem Timotheus Epiſcopos ſubrogavit; & Gelis quidem Kardagum, Dailamitis verò Jaballaham Metropolitam inſtituit: qui eò profecti, xv. Monachos ex laudato cœnobio ſecum aſſumpſere, e quibus poſtea ordinarunt Thomam, Zacchæum, Semum, Ephræmum, Simeonem, Ananiam, & Davidem; & alios quidem in Indiam, alios in Chatajam, & Sinam miſerunt. Ut hoſce Epiſcopos Kardagus, & Jaballaha conſecrarent, idem Timotheus Patriarcha facultatem dedit: & pro tertio Epiſcopo, Codicem Evangeliorum ſuper ſella ad dexterum latus collocari juſſit;

L ce-

„ tyrum, & juſtorum, atque Apoſtolorum corpora tantummodo honorare, ea prorſus ratione, qua Prophetarum ſepulchra eorumque corpora honorari ſolent. Raſcidus, cum rem ita ſe habere ex certis documentis deprehendiſſet, Eccleſias reædificari juſſit „.

4. Plura (inquit Amrus) ſub Timotheo contigere, quæ ſingula literis conſignare ſatis prolixum fore reor. Unum ex multis accipe: Raſcidus Zabaidam uxorem ſe repudiaturum promiſerat. Cum verò poſtea mutata ſententia factum damnaret, a ſuis doctoribus quærebat rationem, qua ſe ab illo juramento, ſalva ſibi uxore ſua, liberaret Cum hanc unam illi ſuggererent, ut Zabaida ei prius, quemcumque ipſe elegiſset, copularetur; Timotheus Raſcidum ab ea difficultate, moleſtiaque ſoluturus reſpondit: Siquidem Zabaida Chriſtianam religionem amplecteretur, & hoc nomine Capitis rea fieret, atque rurſus Mahometaniſmum repeteret; tum vero Raſcido illam retinere impune futurum. Timothei reſponſum Mahometani doctores probavere. Hac arte Timotheus fœminæ gratiam iniit, a qua validam & præſentem opem in omnibus ſuis negotiis, & inter maximas Epiſcopatus difficultates atque diſcrimina, eſt conſecutus. Multa inſuper ex auro argentoque, & veſtibus auro textis ſupellectili muneratus eſt. De turpiſſima illa mulierum repudiatarum lege juxta impuram Mahometanorum doctrinam conſule Marraccium in Confutation. Alcorani Sura 2. *pag.*88.

ceteros deinde Episcopos, nonnisi a tribus Episcopis perfici voluit. Porrò Jaballaha cum Episcopos unacum Kardago ordinasset, & semel iterumque in Assyriam rediisset, multis apud barbaros exantlatis laboribus, ibi decessisse fertur. Ubi autem sedem Metropolitanam fixerint Jaballaha, & Kardagus non exprimit Margensis: constat tamen ex Tabulis Amri, & Eliæ Damasceni, binas Metropoles in Hircania fuisse, alteram Dailamitarum, alteram Rajæ & Tabrestanæ. Quo tempore Gelas & Dailamitas Kardagus, & Jaballaha Christiana religione imbuebant, Mukanitis Elias (1) Episcopus ab eodem Timotheo datus fuit. Jazad seu Jadzad (2) eorum idolum fuisse Margen. scribit; idque non aliud, quam

(1) Elias ortum duxit ex Ain-Barke vico regionis Margen, in cœnobio Beth-Abensi asceticam ducens vitam, ad singulos uniuscujusque psalmi versus adjungere solebat "Alleluja, Laus tibi Deus„ Cumque literarum rudis esset, Psalmos dumtaxat, & Canticum diei, simplicemque lectionem recitabat; neque verò totum Psalterium, sed partem dietim persolvebat, etsi alii monachi bis intra noctis lucisque spatium Davidis Psalterium percurrerent. Hinc facile adparet, non unum & communem omnibus Monachis fuisse Psalmodiæ ritum. Mukan urbs boream inter, & orientem sita est, Dilumitis finitima, cujus cives barbari, mutarumque creaturarum cultores erant. His Episcopum Eliam designavit Timotheus Patriarcha, quem in templo cœnobii Beth-Abensis die Pentecostes, præsente Nestorio Metropolita Adiabeno, consecravit, eoque cum Mercatoribus destinavit. Elias vice Crucis, quam e collo pendentem gestare mos erat Episcopis, integrum Evangeliorum textum exiguo Codice descriptum ad pectus suspensum gerebat. Æneam quoque Crucem secum habebat, quam, statum divini officii pensum in diversorio, ubi pernoctandum erat, persoluturus, viatorii baculi summitati fixam erigebat, stansque ante eam orabat. Margensis apud Asseman. *tom.3. pag.493.*

(2) Jazad & Jazdad sermone Persico Deum significat; hinc apparet Dei nomen cultumque a Persis ad ceteros ultra Persidem populos olim traductum, in Idololatriam postea deflexisse.

quam Adram, ſeu Ilicem, immanis altitudinis & molis arborem, cujus ſurculos circum ſuboleſcentes, Jazadi Filios barbari Mukanitæ appellabant: Eliam ferro illos ſuccidiſſe; indeque in Aſſyriam ad ſuum Beth-Abenſe cœnobium regreſſum, ibi deceſſiſſe, poſtquam regionem Maragenſem inviſiſſet. Quod ad Synodos pertinet, Timotheus celebravit unam anno Arabum CLXX. Ch. DCCLXXXVI. & confirmavit illam an. Arab. CLXXXIX. Chriſti DCCCIV. (1)

Synodicas aliquas conſtitutiones Timotheus edidit, (quarum excerpta dedit Aſſem. *tom.3.pag.162.*) ac præcipuè Synodicam de recipiendis, vel repudiandis libris in Eccleſia, in qua hæc apud Sobenſem *Epitom. Can. Synod. Part.9. cap.5.* leguntur " Antiquus invaluit mos, " qui etiamnum in *Eccleſia Dei viget*, ut nemo Ma- " giſtri munus ſua ſponte ſibi præſumat, neve inter- " pretem agere, aut libros componere, abſque permiſ-

" ſu

(1) Canones in ea conditi ſunt de Conſtitutionibus & judiciis XCVIII. quorum unuſquiſque interterrogationem, & reſponſionem continet. Exſtant in Nomocanone Arabico, uſque ad Canonem LIII. Nam ceteri avulſis nonnullis foliis deſiderantur. Horum primus ut Presbyteri & Diaconi ex ordinationis ſuæ tempore proedriam conſtituant. 2. ut qui ex aliena diœceſi adventarunt, ii poſtponantur iis, in quorum diœceſi vel Eccleſia verſantur. VI. VII. VIII. ut Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi, qui Catholicum, Metropolitam, vel Epiſcopum contemnunt, iiſque obtemperare detrectant, a miniſterio ſuo per duos menſes arceantur; & ſiquidem Epiſcopi ſunt, ab eſu piſcium & a vino abſtineant: ſin autem Presbyteri vel Diaconi ab eſu carnium & vino. Ex quo liquet, Timothei temporibus Epiſcopos a carnibus omnino abſtinuiſſe. XVII. ut Euchariſtia in ſequentem diem ſuper Altari nullatenus conſervetur, ſed eodem quo confecta eſt die, percipiatur. XLII. & XLIV. Non licere mulieri, quæ ob fornicationis cauſam a viro dimiſſa eſt, alteri nubere, neque viro, qui eam dimiſit, alteram ducere.

„ ſu & præcepto illius, qui univerſalis Eccleſiæ regi-
„ men & gubernacula obtinet. Et hac quidem lege
„ quicumque commentaria tractatuſve elucubrarunt,
„ ſeſe continuere. Libros enim, quos componebant,
„ expoſitiones, & interpretationes, quas elaborabant,
„ antequam ad vulgi manus venirent, ad Patriar-
„ cham aut tranſmittebant, aut ipſi per ſe deferebant:
„ qui, ſi ad id idoneus foret, ſuo ipſe ingenio intelli-
„ gentiaque eorum libros examinabat; factaque inqui-
„ ſitione, ſiquidem eæ lucubrationes approbationem &
„ coronam mererentur, approbabantur, & coronaban-
„ tur. Sin verò approbatione illa indignas Patriarcha
„ cenſuiſſet, rejiciebat velut Eccleſiaſticis legibus con-
„ trarias, damnabatque; quemadmodum Sabarjeſu Ca-
„ tholicus Hanani Adiabeni (1) ſcripta condemnavit; &
„ Je-

(1) Hananius Adiabenus, & Joſephus Huzita circa an Chriſti DLXX. adverſus Meſſalianos, qui Deum oculis corporeis videri poſſe ajebant, editis libris docuerant, intuitivam divinæ naturæ viſionem animabus, non corporibus, patere. Eandem doctrinam duobus poſt ſæculis tradidit Joſue Barnun, cum adhuc Monachus eſſet. Timotheus contra Patriarcha abſolutè negavit divinam naturam ab hominibus, ab Angelis, ab ipſa Chriſti Domini humanitate intuitivè videri poſſe. Ea quæſtio moveri cœpta anno Chriſti DCCLX., annis ſcilicet XVIII. antequam Timotheus ad Patriarchalem dignitatem evectus eſſet, hanc enim obtinuit anno Chriſti DCCLXXVIII.. Coacta ab eodem Timotheo Synodus anathemati ſubjecit aſſerentem ab humanitate Domini Divinitatem ipſius videri, aut ab alia quacumque creatura; defuncto Timotheo cum Joſue ſucceſſiſſet, ejus nomen e diptychis abradi juſſit, & ſuum in illum odium declaravit. Neſtoriani nihilominus Timotheo quoad hunc errorem adhæſerunt, quem & Armenos tenere docet Galanus. Hæc Aſſeman. *tom.*4. *pag.*172. *&* 232.

Hananus Adiabenus Scholæ Niſibenæ Magiſtrum agebat circa an Chr. DLXX., habebat vero DCCC. Diſcipulos; vixitque uſque ad tempora Sabarjeſu, qui illius ſcripta damnavit, quod Theodorum

„ Jesujabus Sahadunæ fabulas, commentaque Esaiæ „ Tabalensis. Nosque similiter blasphemias illius Apa„ meensis, & Josephi, atque Joannis Daliathensis pro„ scripsimus. Si verò Patriarcha ob defectum scientiæ „ examen perficere non sufficeret, ad id operis Episco„ pos eruditos, & doctores exercitatos advocabat: & „ collata opera definiebant, utrum libri suscipiendi, „ vel rejiciendi viderentur. Et hæc sanè fuit antiquo„ rum regula, quæ nostris quoque temporibus obtinet. „ Nam Ephræmus, qui Cathedram, & thronum Ela„ mitarum tenet, & ille alter pudicus, castusque Ra„ ban Moses Presbyter, & doctor; tertius etiam do„ ctus & acutus Abu Noe, lucubrationes ab ipsis ela„ boratas, antequam a quopiam viderentur, ad nos „ transmisere, scripseruntque in *hæc verba*: Cognitionis „ tuæ fornace eas explorato, & sapientiæ tuæ igne „ expurgato; Et siquidem in Ecclesiæ archiva reci„ piendas judicaveris, easdem recipi jubeto; Sin hoc „ honore indignas censueris, fac ut in mare projiciantur, „ aut igne absumantur. Et isti quidem viri Dei aman„ tes sic fecerunt „ Hæc Timotheus sententiam a Sabar-

rum Mopsvestenum in exponendis scripturis nequaquam secutus fuisset. Hujus Adiabeni scripta recenset Soben *cap* 59. Commentaria scilicet in David, Genesim, Job, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, XII. Prophetas, expositionem in Marcum, & in epistolas Pauli Apostoli. Declarationem etiam fidei edidit (sive Symboli Nicæni) & Sacramentorum, & quæstionum. De causa solemnitatis Hosannarum. Hoc festum sub Babæo Patriarcha Acacii successore in Syrorum Ecclesia institutum fuisse scribit Amrus, quibus circiter temporibus apud Græcos, Syrosque tum orthodoxos, tum Jacobitas id festum celebrari cœperat: Assem. *tom* 3. *pag*.83. Item declarationem vulgavit de causa feriæ VI. *Auri*, sive infra octavam Pentecostes, in qua legitur ex Actis Apostolorum mira-

barjesu Catholico in opera Hanani latam referens. Atque huc respexit Sobensis, cum ait de eodem Hanano „ *alios plures libros* edidit, qui propter Com„ mentatorem repudiati sunt „ eo scilicet quia in sacrarum Scripturarum expositione a Theodori Mopsvesteni sententia recessit, ita Assem. *tom.*3. *pag*.82. (1)

Plu-

raculum a S. Petro patratum erga claudum in speciosa templi porta, cui ait: " argentum & „ aurum non est mihi &c. „ Hæc feria VI. celebratur *instar Festorum* (vid. offic. Chaldæor. Cod. Amid. 1. *tom.* 1. *Bibl. pag.* 581.), hoc est, ut ad latinum morem loquar, *sub Ritu duplici*. Ad hæc, exposuit caussam *Rogationis*, publicæ scilicet supplicationis, quæ sub Ezechiele Patriarcha indicta fuit. Et *Inventionis*, scilicet *Crucis*: In officio Chaldæorum, post Festum Crucis, quod mense Sept. celebratur, 4. Dominicæ seqq. Inventionis nomen habent, sic " Dominica 1. „ Inventionis &c. „ Sed & composuit Orationem de festo Hosannarum, aliosque plures edidit, qui propter commentatorem repudiati dicuntur a Soben, nam in Conciliis Nestorianorum definitum constat, doctrinam Theodori usquequaque amplectendam. In libro Canonum Ecclesiæ Nestorianorum *to.* 1. *Biblioth. pag.* 507. exstant Hanani Canones 21. de Schola Nisibena. Temporibus (legitur in præfatione præmissa) Acadabuæ Metropolitæ Nisibeni, & Hanani doctoris, Scholæ leges restitutæ fuerunt secundum canones sub Mar Narsete, & Mar Abraham pro bono Scholarium regimine sancitos, edictumque est, ut quotannis legerentur ad correctionem errantium. Qui vero confirmati sunt Canones, recepti fuerunt primum sub Hosæe Nisibis Metropolita, & sub ejus antecessore Barsuma, postquam ex urbe Edessa Nisibim Schola translata fuerat: approbati autem fuere a Narsete & ab aliis, qui cum ipso interfuere; subscriptionemque metropolitæ præferunt ad faciendam rei fidem, nec non Scholarium testimonium, profitentium se quandocumque ab illis declinassent, ab Ecclesia alienos fore. Vid Assem. in cit. cap. Soben. *tom.* 3. *pag.* 82. *& seqq.*

(1) Sobensis in eadem epitome *part.* 8. *cap.* 14. laudat nonnullas constitutiones Timothei, videlicet: *De Translatione Episcoporum ex una Sede in alteram*, ubi S. Proculum damnat, quod e Cyzici Ecclesia ad Constantinopolitanam transierit. Ibid. *cap.* 15. De Metropolitanis sedibus agens, sex a Timotheo institutas ait, quarum quatuor interiere, reliquæ duæ manent; Armeniæ, nimirum, & Sciamæ, hoc est Syriæ. *Cap.* 16. *De Ordina-*

tione

Plures claruerunt viri ſub Timotheo, quos memorant Scriptores Syri, nonnullos in ſubjecta adnotatione recenſemus (1).

XLIX.

tione Metropolitæ, cujus Electionem ſibi primùm, deinde Regi denunciandam eſſe affirmat. Ibid. *cap.*18. " De Epiſcopo ad Archie„ piſcopatum promoto, deinde „ ad ſuam priorem Eccleſiam re„ greſſo„ Fragmentum Epiſtolæ Timothei ad Sabarjeſum Epiſcopum Callinici. *Part.*9. *cap.*4. *De Electione Patriarchæ*. Conſtitutio a Timotheo tum facta, poſtquam diſſidium, quod propter ſuam ipſius ordinationem ipſum inter & Metropolitam Gandiſaporenſem exortum fuerat, ſedatum eſt. Ibid. *cap.*5. " De Inſtitutione Patriar„ chatus Seleucienſis „ Animadverſio ejuſdem Timothei in Epiſtolam Synodicam a Patriarchis Occidentalibus ad Orientales Epiſcopos miſſam. Aſſeman. *tom.* 3. *pag.*55. *&* 162

(1) Ephrem Epiſcopus Elamitarum Gandiſaporis Metropoleos Epiſcopus, cum quo Timotheus diſſidium habuit, compoſuit librum de re fidei: nec non de præceptorum ordinatione, in duos Tomos diſtributum. De operibus Ephremi loquitur Timotheus in decreto de librorum editione.

Abu-Noe Diſcipulus Abrahæ claudi, Timotheo in epiſtola Synodica de librorum receptione, laudatus: hic ſolutionem Corani fecit. Arabibus cum Articulo Al-Coran appellatur impura Mahometanorum lex capitibus CXIV. comprehenſa, quem librum ex Arabico ſermone in Latinum accuratè convertit, doctiſque confutationibus impugnavit Cl Marraccius, qui in hoc opere omnes tam antiquos, quam recentiores Scriptores ſuperaſſe videtur. Item diſputationem adverſus hæreticos edidit Abu-Noe; aliaſque perutiles lucubrationes, teſte Soben, Catal. *cap.*141. Inter has lucubrationes *Geſta Joannis Dilumitæ* ab Abu-Noe ſcripta teſtatur Maragen. *lib.*2. *hiſt. cap.*23.

Abibus Monachus in monte Janan una cum Jacobo fratre claruit ſub Timotheo; ejus quædam geſta refert Margen. *lib.*6. *cap.* 8. in Vita Gabrielis Abbatis; Scripta verò recenſet Soben. Catal. *cap.*112. ubi illum compoſuiſſe ſcribit Meditationes de regimine Monaſtico; Capita ſcientiæ, hoc eſt, gnoſtica ad imitationem eorum, quæ Evagrius olim compoſuerat; & *voces cantuum*, hymnorumque. Notandum, quod Kolo, quæ alibi vocem ſignificat, cum canticis, hymniſque conjungitur, pro cantus modulatione uſurpatur, ut ex libris Eccleſiaſticis Syrorum patet. Aſſem. *tom.*3. *pag.*177.

Simeon Charchæ Epiſcopus claruit iiſdem temporibus, atque Annales confecit. Aſſem. *tom.*3. *p.*230. David ex Monacho Cœnobii Beth-Rabanenſis, (quod Jeſuzacha, Zacha-

chajesu, *sive* Messias-Zacha monachus exeunte sæculo VI. condiderat in Dasena, Thomas Marag. *lib.*1 *cap.*14. apud Assem. *tom.* 3. *pag.*55.) ad Episcopalem dignitatem evectus, fecit (ita Soben. *cap.* 173.) Tractatus de Mensuris Climatum, & de variationibus dierum & noctium. Carmen Syriacum metro Heptasyllabo de septem mandi Climatibus, exstat *tom.*2. *Bibl. pag.*499. initium " De „ mensuris Climatum, rogasti „ me charissime &c. „ Sed in eo (sic Assem. *tom.*3. *pag.*256.) præter nudam septem Climatum descriptionem, latitudinem nempe, & longitudinem, urbesque ac Provincias nonnullas, quæ iis continentur, *nihil* de variationibus dierum & noctium legitur. Præterea carminis Auctor cum de v. Climate disserit, in quo Roma comprehenditur, de hac Urbe aliud a se Carmen compositum testatur, idque fortasse commentis respersum, ut ex iis, quæ hoc loco de eadem urbe scribit colligitur " Eo quoque (V. Climate, „ ait) continetur celeberrima „ Roma, quæ XL. milliarium circuitu clauditur. Ibi Petrus & „ Paulus tamquam duæ columnæ „ repositi sunt. Ibi Principum „ ornatus, & Stolæ Abrahamaticæ. Ibi columnarum decor, & „ tricliniorum venustas; ibi templorum balneorumque pulchritudo, quæ anni dies æquant: de „ ejus autem urbis decore alibi „ disseruimus „ Ex quibus arguitur Davidis Carmen de Mundi Climatibus aliud ab hoc esse.

Saliba Presbiter Mansuren. ex Insula Euphratis, quam Zebedæam appellant, Ananiesu secundum Timothei præceptorem flebili carmine defunctum laudavit, quod exstat *Cod. Syr. Amid.* 3. *tom.*1. *Bibl. pag.*581. Ejusdem Carmen de Doctoribus Græcis, & Carmina tria de Pœnitentia, & compunctione exstant in *Codd. Syr. Amid.* 7. *&* 8. *ibid. pag.*58a. 583.

Fratres Jaballaha, & Kardagus; qui genus duxere ex Reshina Saphsaphæ pago in regione Margen. Monasticam autem vitam in Cœnobio Beth-Abensi coluere, ubi Kardagus Codices scribebat, Jaballaha scriptos compingebat; de his supra quædam, & plura dat Margen *lib.*5. *cap.* 6. *&* 7. Margen, ut hoc obiter notem, *lib.*4. *cap.*20. narrat casum monasterii Beth-Aben. quondam florentissimi, nam ob summam monachorum ejus loci inscitiam coactus fuit Abbas externum præceptorem Salomonem Garmachitam cognomento Mohdium pro mercede conducere, qui Fratres elementa, & cantum pro cujusque captu doceret. Tum advocare fuit coactus Bautham virum doctum, ob causam eandem. Praeterea Margen. duos supra XL. Episcopos ex illo cœnobio assumptos recenset.

XLIX. JOSUE BAR-NUN.

IN Beth-Gabare vico Niniven' inter & Mosul sito natus (1), Abrahami claudi Auditor, Timotheo Patriarchæ, quondam condiscipulo suo, successit an. Ch. DCCCXX. (2) Obiit an. ætatis LXXXIV., cum quadriennium

M

(1) Hic deinde in Schola Seleuciæ magisterium adeptus, transacto mense ad cœnobium Abrahæ se contulit, ibique monasticam vitam professus, scribendis libris operam dedit, & in id potissimum incubuit, ut opera Timothei Patriarchæ quondam condiscipuli sui confutaret.

Orta inter Josue & cœnobitas rixa Bagdadum petiit, ibique in Domo Georgii Mesue aliquot menses egit, Joannem ejus filium docens. Mox ad Monasterium Eliæ (Barhebræus habet, *Saidi*) in urbe Mosul situm profectus est, ubi annos XXX. (Barhebræus XXXVIII.) mansit, donec Timotheus Patriarcha decessit. Moriens Timotheus interrogatus quemnam sibi dignum successorem judicaret respondisse refertur a Barhebræo: nemo Josue Bar-Nun dignior est, licet mihi semper contradixerit. Timotheo mortuo Electus fuit in Synodo Josue, idque opera Gabrielis filii Bocthjesu & Michaelis medicorum Mamonis Chaliphæ, nec non Jacobi, & Vehebæ Scribarum ejusdem. Assem. *tom.*2. *pag.*435.

(2) Amrus scribit: " Animum suum (postquam sedem suam obtinuit in Caliljesu) adversus Timotheum ostendit, ejusque nomen ex libro vivorum abradi jussit. Facto tum contradixere Patres, & Antistites; sed & Jozadachus Doctor prædicabat id neutiquam licere, quandoquidem omnes, qui tunc temporis censebantur, Patres *ab illo Diaconatum*, Presbyteratum, atque Episcopatum per manus impositionem acceperant. Cunctis itaque adversus Josue commotis, dissidium tandem turbasque istiusmodi composuere Gabriel, & Michael ambo Medici professione, ad quos Jozadachus epistolam scripserat, in qua Timothei fidem, & sanam doctrinam laudans, Josue filium Nun reprehendit: & ipse quidem, ait, Josue Timotheo inserviit, atque ab eo diaconus fuit ordinatus. Profecto si in hoc loco ille fuisset, non utique ab ipso prædictum ordinem accepisset. Quod si ex eo quod ille Sacerdotium pecunia obtinuit, Sacerdotium ejus inane est: hoc igitur idem de Josve affirmandum erit; quandoquidem is, a quo ordinem accepit, a Ti-

nium sedisset, in cœnobio Caliljesu, quod Catholici, hoc est, Timothei nuncupatur, conditus. Dum vixit, Timotheum præcessorem suum dictis, scriptisque impugnavit, quem etiam *Tolemtheum*, hoc est, Deo injuriosum vocitabat; unde & nomen ipsius ex libro vivorum, seu diptychis abradi jussit. Sed morti proximus scripta sua, quibus Timotheum prosciderat, comburi jussit. (1) Synodum celebravit an. Ch. DCCCXX. (2).

L.

„ a Timotheo fuerat ordinatus „ &c. „ Causam tanti odii exprimunt Auctor collectionis Canonum Ecclesiæ Syrorum Nestorianæ, & Barhebræus. Nimirum ob motam sub Timotheo quæstionem de visione Dei. Nam Joseph Huzita olim recte docuerat, quod & Josue Barnun acriter propugnabat, Divinitatem Christi ab ejus Humanitate videri. Contra Timotheus, coacta Episcoporum Synodo, anathemati subjecit asserentem ab humanitate Domini Divinitatem ipsius videri, aut ab alia quacumque creatura. Decrevit præterea adversus utrumque; Animas corporibus solutas omni sensu carere, donec ad sua corpora regrediantur, Assem. *tom.*3. *pag.*166. De qua quæstione quædam alibi.

(1) Septuaginta Constitutiones Synodicas a Josue editas commemorat Amrus in ejus vita. In Nomocanone Arab. cit. exstant ejusdem Josue de Monachis canones XXII. Monasterium S. Eliæ vindicavit, & Mosulum Metropolitæ Assyriæ & Adiabene tradidit, & Niniven Episcopatu spoliavit, & Assyriæ univit.

Sobensis in Catal. *cap.*89. hæc Josue scripta recenset: Liber, qui Theologia nuncupatur: Quæstiones in totum scripturæ textum, in duas partes distributæ. *Cod.Syr.*4. *tom.* 2. *Bibl. pag.*487. exstant Josue Quæstiones & Responsiones nonnullæ in Scripturam Sacram. Decisiones judiciorum & causarum: nonnullæ de hæreditate referuntur in *Cod. Arab. to.*2. *pag.*507. Consolationes, seu Paracletici sermones, & Epistolæ. De distinctione officiorum. Exstat *Cod. Syr.* XI. *to.*2. *pag.* 489. Tractatus Anonymus, inscriptus " Declaratio Officio- „ rum Ecclesiasticorum, & causa „ festorum Dominicorum „ in quo agitur de Dispensatione Domini in Carne; de vespertinis horis; de horis nocturnis, & matutinis; de divina Liturgia; de Baptismo, de Ecclesia, de Exequiis defunctorum. An hujus Josue sit, non liquet. Barhebræus in vita Basilii Maphriani memorat disputationem quandam Josve cum Papa Presbytero Jacobita de Incarnatione Verbi.

(2) In qua CXXX. Canones conditi feruntur; horum CI. repugnat

L. GEORGIUS.

GEorgius Maragensis, vel, ut Amro placet, in Carcha natus (1), cognomento *Ebn-Alsiach*, monachum egit in cœnobio Jacobi in Beth-Abe, cui & Archimandrita præfuit. Deinde a Timotheo ordinatus Metropolita Gandisapor, quæ Elamitarum metropolis est, exactis in Archiepiscopatu annis xx. Gabrielis & Michaelis medicorum opera post Josue obitum in Patriarcham electus est anno ætatis c. Arabum ccx. Græc. MCXXXVI. Chr. DCCCXXV. Obiit IV. post anno in cœnobio Chaliljesu sepultus: vacavit Sedes usque ad an. Ch. DCCCXXXII.

gnat XLII. & XLIV. Timothei: viro enim permittit uxorem adulteram dimittere, & aliam ducere, & vice versa uxori concedit, ut virum adulterum dimittat, & alteri nubat. CX. est de libris absque doctorum approbatione minime publicandis. CXVII. ut Presbyter & Diaconus, qui a christiana fide defecerint, postquam resipuerint, injunctasque pœnitentias impleverint, ad ministerium suum, nisi post iteratam ordinationem, non admittantur. CXXVI. ut qui in terris Infidelium versantur, nec Kalendarium Ecclesiasticum tenent, per integros L. dies intra mensem Martium, & Aprilem jejunium peragant, tum festum Paschatis celebrent: Sique non alia fuerit, quam hæreticorum Ecclesia, ad eam minimè accedant, neque ibi communicent, sed domi orent, & jejunium solvant. Assemanus *tom.* 4. *pag.*188.

(1) Hic Mairuchi filius ex Haneso pago, (ut scribit Margen. *lib.*3. *cap.*8.) Serzares nomine, viso quodam portento, (Jacobita quidam obrutus grandine dicitur ex eo, quia Stylitam quendam supra columnam Gasæ, seu Gypsi in Beth-Kardag sedentem irridere voluisset) abdicato sæculo, cœnobium Beth-Abense petiit, ibique mutato Serzares in Georgium nomine monachum egit. In cœnobio Magistrum habuit Jesudadum quendam ejusdem monasterii senem, qui & Magister fuit Abrahæ Patriarchæ, sub quo Margen. vivebat.

LI. SABAR-JESUS.

Sabar-jesus cognomento Damascenus, Nuhadræ natus, in cœnobio Abrahæ monachum egit; a Johanne Nisibis Metropolita Episcopus Haran, a Timotheo Patriarcha Archiepiscopus Damascenus constitutus, post Georgii obitum an. Arab. CCXVII. Ch. DCCCXXXII. Patriarcha fuit renunciatus (1). Obiit an. Arab. CCXXII. Christi DCCCXXXVI Cadaver in cœnobio Catholici sepultum. Instauravit Sabarjesus cœnobium S. Phetionis in urbe Bagdado, quod & Catholicorum sedem esse voluit. Scholam ibi erexit, & Scholarium Collegium instituit. Monachis Sarsaren. Cœnobii *Salibæ* nuncupati, quibus interpretandi munus commissum erat, ex ejusdem Scholæ reditibus annua subsidia, quatuor scilicet denarios per singulos menses, constituit. Asseman. *tom.* 3. *pag.* 506. Sub eo decessit Mamon Chalipha; ortaque fuit inter Mahometanos ridicula quæstio, de Alcorano, *creatus ne*, *an increatus sit*. Assem. *tom.* 2. *pag.* 435. A Sobensi in Nomo-Canone *part.* 6. *cap.* 3. refertur ejus constitutio de Scholis, studiorumque methodo (2).

LII.

(1) Cum Mansores urbem suam excitasset, confluentibus illuc incolis, & sacras ædes occupare molientibus, Sabarjesus illas diruere maluit; Sanctuarium tamen, & Altare intacta reliquit: Martyrium autem, & porticus instauravit, Scholamque ædificavit, & Scholarium Collegium instituit, cui Alim & Isam Davidis filios præfecit, suamque ibi sedem fixit. Pagos quoque ædificavit; sibique parcus, pecuniam in Scholæ, Ecclesiarum, peregrinorumque subsidium profudit. Hæc Amrus in ejus vita.

(2) In ea Sabarjesu scribit: „ Anno Arabum XX. supra ducentesimum cum Aramæorum terras perlustrarem, omnia castella pagosque doctis Clericis indigere perspexi, adeout in Schola quoque Mar Theodori, & in altera Mar Maris, atque „ in

„ in ista Mahuzæ, præter aliquos
„ senes, qui ex tanta doctorum
„ hominum copia pauci reman-
„ serant, ex junioribus nullum
„ litteratum reperire contigerit.
„ Animadverti præterea seniores,
„ illos Scholæ magistros fastidio-
„ sis discipulis instare coactos,
„ ut Lectiones, aut pensum edi-
„ scerent, ea fere importunitate,
„ qua medici ægros ad absyn-
„ thium, aut myrrham, aut So-
„ cotorinam aloen exauriendam
„ urgere cogereque solent. Qua-
„ re mihi visi sunt illi Scholares
„ tantum a Literis abhorrere,
„ quantum ægrotus quisque ama-
„ rissimi alicujus succi potionem
„ fastidire consuevit. Illos nempe
„ ad Scholam non doctrinæ amor,
„ sed ventris esuries vocaverat.
„ Quin eundem statum esse com-
„ peri regionis Elamitarum, at-
„ que Mesenæ, & Persidis, & Cho-
„ rasanæ. Quæ res me summo
„ dolore affecit, videbarque mi-
„ hi similis homini, qui ex cla-
„ ro die in tenebricosum quod-
„ dam Spelæum intrasset, vere-
„ barque ne temporis processu
„ atrior, & luctuosior nox Ec-
„ clesiæ incumberet. Quamobrem
„ Hymnorum diebus dominicis
„ per anni circulum canendorum
„ ordinem composui, quem et-
„ iam in Patriarchio reliqui:
„ Scholæque magistrum insuper
„ admonui, ut descripta ex eo
„ codice exemplaria Presbyteris
„ locorum, aliisque in Christia-
„ norum domibus ministrantibus
„ distribueret. Quoniam verò jux-
„ ta antiquum morem postquam
„ pueri Psalmos legere didice-
„ rant, docebantur Pentateuchum
„ & Cathismata, postremo Pro-
„ phetas, juxta Scholarum stylum
„ percurrere; cumque ad novi
„ Testamenti lectionem progressi
„ fuissent, ad opificium quod-
„ piam addiscendum dimitteban-
„ tur: Ego Sabarjesus Patriarcha
„ mandatum Canonicum consti-
„ tui, ut in posterum, postquam
„ Pueri Psalmos & Cantica offi-
„ cii legere didicerunt, Evange-
„ lium, & Apostolum perlegant,
„ tum demum ex veteri Testamen-
„ to sibi addiscenda seligant ca-
„ pitula, seu sectiones lectionum
„ dominicis, festis, & commemo-
„ rationibus assignatarum; quæ
„ videlicet ex Bemate legi solent:
„ hisque absolutis, ita demum
„ ad opificia pro libitu addiscen-
„ da abire permittantur „. Ex
his colligitur I. luctuosus littera-
rum Syriacarum status sub Sabar-
jesu an. scilicet Christi DCCCXXXIV.
Hegyræ CCXX. II. Compositus ab
eodem Sabarjesu hymnorum per
anni circulum canendorum ordo.
III. Antiqua recensque ab eodem
instituta studiorum in Scholis ra-
tio; sed de his alibi.

LII. ABRAHAM.

HIc Patria Maragensis ex Monacho cœnobii Beth-Abe Episcopus Hadathensis, deinde Catholicus exeunte an. Chr. DCCCXXXVI. ab Hirtensibus, Cascarensibus, Salmavæo medico, ejusque fratre Abrahamo regii ærarii Præfecto in Patriarcham electus contradictores habuit Boctjesum, & Huzitas, qui Marabam Gandisaporensem Metropolitam opposuerunt. Sed rescripto Motasemi Chaliphæ, qui a Salmavæo solicitatus fuerat, Maraba repulso, & ad suam Ecclesiam redire coacto, Abrahamus Patriarcha communi consensu consecratus fuit (1). Sedit annos XII. cum mensibus X. Obiit Hirtæ, ibique in cœnobio Jazdephanæ sepultus. Vacavit sedes triennio. Ab Epistolis Thomam Maragensem celebrem Episcopum (2) habuit Abrahamus. Soben-

(1) Sub hæc tempora Sciubhalmaranus Bassorae Metropolita post tres menses ab electione Patriarchæ decessit; & exorta inter Mar-Abam Metropolitam Gandisaporensem atque Scholares discordia, isti unacum primoribus Gandisaporen. ad urbem Sarmanrajam profecti, Mar-Abam ad causam dicendam apud Abrahamum Catholicum appellarunt: qui cum causa cecidisset, adversus ipsum quibusdam Cantoribus agentibus, in morbum incidit, quo etiam extinctus est. Quas autem Ecclesiæ suæ facultates collegerat, direptæ fuere. Abrahamus porro rerum administrationem Ephræmo ex sorore Nepoti, & Henocho suo discipulo, atque Horabsaæ patrueli suo commisit, qui Scholares in magnas angustias adduxerunt, & ingentem pecuniæ summam pendere immeritos coegerunt. Cum vero Enochus susceptæ Mahometanæ superstitionis Reus idoneis testibus convictus esset, soluta auri summa, ea se vexatione quidem redemit, sed locum cedere coactus est Monacho cuidam Senensi, qui Ephræmo conjunctus, rem Ecclesiæ pessumdedit; Catholico interim ex vecordia familiarium atque administrorum delictis connivente. Hæc Amrus apud Assem. *tom.* 3. *pag.*508. vide etiam Assem. *tom.*2. *pag.*436.

(2) Hic ex Monacho cœnobii Beth-Abensis, urbis Margæ in ditione

tione Mosulana Episcopus claruit. Scripsit autem historiam Monasticam cœnobii Beth-Abensis sex libris comprehensam. Exstat verò in Bibliotheca Vaticana, tom.2. Bibl. Orient. pag.490. Ad calcem Cod. Syriaci XIII. Epocha scriptionis ejus adnotatur, quæ est mensis Augusti an. Chr. MDCLXIII. Scripsit autem historiam post annum Ch. DCCCXXXII. Arab. CCXVII. lib. enim 4. *cap*.40. de se scribit: „ Quoniam puer cum essem, ad „ hoc sacrum monasterium (Beth- „ Abense) an. regni Arabum „ CCXVII. accessi, antequam hæc „ scriberem, audiebam historias „ quorundam a Sanctis referri. „ Itaque vehementi desiderio in- „ census de uniuscujusque gestis „ senes interrogabam &c. „

Lib.1. *cap*.1. Apologia Auctoris ad eum, scilicet, Ebediesum Monachum, cui illam inscribit, a quo rogatus fuerat, ut hanc historiam litteris mandaret. *cap*.2. hujus historiæ causa, sive occasio. *cap* 3. Isagoge sive introductio in eandem historiam.*cap*.4. De Raban Mar Abrahamo magno Cœnobio in Monte Izlensi præfecto. *cap*.5. De Mar Dadiesu. *cap*.6. De Raban Mar Jacobo in Beth-Abe, cœnobii, hujus scilicet, fundatore. *cap*.7. De Mar Babæo magno, Abrahæ discipulo. *cap* 8. De impuris quibusdam, qui Babæi tempore in eo cœnobio exorti sunt. *cap*.9. De Raban Mar Elia. *cap*.10. quæ Mar Elias elucescente die egerit, signum scilicet Congregationis pulsavit, eosque impuros coram Babæo convicit. *cap*.11. Quæ egerit Babæus patresque universi, eos scilicet Pseudomonachos cum filiis & uxoribus e cœnobio ejecere. *cap* 12. de injuria Mar Jacobo Beth-Aben facta, & quod inique condemnatus est. *cap*. 13. quæ acciderint post Jacobi discessum in eo cœnobio. *cap*.14: de dispersione Patrum in diversas regiones. *cap*.15. de Raban Barhadbesciaba. *Cap*.16. De iis qui ex magno Cœnobio pulsi fuerant, & quo abierint. *cap*.17. quod Abbas Jonas Cœnobii magni monachus eos secutus est. *cap*.18. De Salomone Bar-Garaph ex Cœnobio Barturæ, deque historiis, quas scripsit. *cap*.19. De Marjabo, & virgine quadam moniali. *cap*. 20. De adventu Jacobi in cœnobium. *cap*.21. De gaudio, exultatione, & lætitia, quibus affecti fuere monachi, qui illuc ante ipsum venerant. *cap*.21. De adventu Jacobi ex Eremo in cœnobium magnum. 22. Quod inde in cœnobio Beth-Abense migravit. 23. De tempore, quo Jacob huc venit: & de Chosroe Rege Hormisdæ filio 24. De Bastumago patre Jesujabi Catholici. *cap*. 25. De Gregorio Aromatario. 26. de Ecclesiæ perturbatione post obitum Sabarjesu Catholici. 27. de Babæo, deque ministerio Ecclesiastico ab eodem suscepto. 28. Apologia auctoris. 29. De adventu Babæi in cœnobium Beth-Abense 30. de religiosis discipulis Mar Jacobi. 31. De Abbate Joanne seniore. 32. De Josepho, & Abrahamo ejus fratre. 33. De Sergio, qui Subversor potentium appellatur. 34. De Sàhaduna, & libris ab eo compositis 35 De Cæde Chosroæ Regis.

Li-

Liber 2. Cap.1. De Abbate Paulo. 2. De Raban Jacob Nuhadrensi, 3. De Raban Aphnimarano. 4. De profectone Jesujabi Gadalen. ejusque Sociorum Episcoporum ad ditionem Romanorum. 5. De arca ossium Apostolorum, quam Jesujab ex urbe Antiochia secum attulit, & in cœnobio Beth-Aben. reposuit. 6. Quomodo Sahadunas ab orthodoxa (Nestoriana scilicet, Eterodoxus orthodoxam vocat) fide excidit. 7. De Jesujabo Adiabeno Catholico, deque Schola, quam in hoc cœnobio fundare decreverat. 8: De Kamjesu cœnobii præfecto, qui Jesujabi conatibus restitit. 9. Quod Kamjesus unacum fratribus ex cœnobio in Herpham Saphsaphæ pagum migravit. 10. De somnio, quod vidit Jesujab ea nocte, qua fratres Arcam Jacobi suffurati cœnobio excessere. 11. De Ananiesu doctore, & monacho, qui librum Paradisi ordinavit. 12. De Mar Georgio Catholico. 13. De Georgii humilitate & mansuetudine. 14. De Georgio Bosrae Episcopo, qui adversus Georgium Catholicum defecerat. 15. De ordinatione libri, qui Paradisus appellatur. 16. de obitu Georgii catholici. 17. De Sabarjesu, qui Rostamus appellatur. 18: De Gabriele, qui Taurata appellatur. 19. De Abrahamo præfecto Cœnobii Raban *Zachajesu*. 20. De aliis Præsulibus, qui huic cœnobio præfuere. 21. De Abbate Simeone Sanuta. 22. De profectione hujus Simeonis ad Georgium Catholicum. 23. De Mar Joanne Dilumita. 24. De fame, quæ diebus eorum hanc regionem invasit, deque Joannis, ejusque magistri profectione in Nirbam Beth-Gazæ. 25. Quomodo Joannes a Barbaris in captivitatem abductus est. 26. De Raban Josepho præfecto cœnobii Beth-Abe. 27. de Salibazacha Catholico, ejusque in hoc cœnobium adventu; dicitur Evangeliorum Codicem eleganter exaratum auroque coopertum, quod cœnobio Jesujabus Patriarcha legaverat, abstulisse; sed a monachis deprehensus, illum restituere compulsus fuisse. 28. De profectione Raban Joseph in cœnobium Barithæ. 29. De Ajaso Sibanita, qui voluit Raban Josephum interficere, & quomodo hic fuga sibi consuluit. 30. De Joanne Metropolita Adiabeno. Hic Burarum (qui vicus est in regione Ninivitica) templum novum in cœnobio Beth-Abensi ab incolis constructum, unacum Ephræmo Ninivitarum Episcopo dedicavit. 31. De Mar Dindoe Syncello Joannis, a quo Episcopus Maaltæ, & Honitæ fuit ordinatus. Multos autem libros hic in Archivo Beth-Abe reposuit. 32. de Jesuzacha, qui Episcopus Seleuciæ fuit in locum Joannis Adiabeni Metropolitæ. 33. De Gabriele Rakoda Metropolita Beth-Seleuciæ. 34. De Mar Acha Arbelæ Metropolita, qui in cœnobio Beth-Abe, mortuo Patre, Codices exarabat, & exaratos compingebat frater ejus Subchalmaranus; eaque ratione non sibi tantum, sed etiam pauperibus, matrique suæ victum compararunt, quæ ipsos ad id cœnobium

secu-

ſecuta fuerat. 35. De electione Mar Achæ in præfectura cœnobii; hic cum neceſſitas exigeret, per ſubſtitutos Monachos ejus loci negotia apud Principes ſæculares agebat. 36. De Electione Raban Achæ in Metropolitam Adiabenum. 37. De Jeſujabo cœnobii præfecto. 38. De ſigno, quod Mar Acha patravit. 39. De revelatione (ut dicitur) & præſcientia, quam habuit Acha de ſuo exitu. 40. De Abbate Anania, qui olera comedebat, & cum feris paſcebatur. 41. De Maran Zacha, & de Epiſcopo, qui Camelos paſcebat. 42. De Mar Sergio Epiſcopo Honitæ. 43. De Hughiro nobili viro, deque cœnobio quod exſtruxit. 44. De obitu Mar Achæ Metropolitæ.

Liber 3. Prologus Auctoris ad Haſanum filium Sabarjeſu Toparchæ Adiabenæ, & Aſſyriæ, qui ipſum rogaverat, ut geſta Babæi & Maranamæ deſcriberet. Cap. 1. De Raban Babæo doctore. 2. De Scholis, quas Babæus fundavit, earumque nominibus. 3. De Lucubrationibus quas ſcripſit, deque ejus obitu. Hiſtoria Maranamæ Metropolitæ; cap. 1. Prologus auctoris; cap. 2. unde genus duxerit, & quomodo, & a quo divinam doctrinam hauſit. cap. 3. de Epiſcopatu Seleuciæ, quem ſuſcepit, ordinatus ab Acha Adiabeno; de Diœceſis viſitatione ab illo peracta, & de Sariganis ab illo adductis ad confeſſionem divinitatis Chriſti: Sarigani videntur eſſe, quos ſequior ætas Chriſtianos S. Joannis nuncupavit. 4. Quomodo Maraname ordinatus eſt Metropolita. 5. Quæ loca Sedi Adiabenæ vindicavit ex aliis ſedibus, & quæ eorum loco ceſſit. 6. De revelatione, quam (ut perhibet) per Angelum Domini accepit, fore ut ſemen pravum corruptioniſque filios in Regione Margæ ipſe perderet. 7. Quomodo relicto Epiſcopio fugam arripuit, qua redire compulſus eſt. 8. De profectione Maraname in regionem Margæ. 9. De fame, quæ temporibus Maranamæ accidit, & eleemoſynis, quas ille in Caſtro Hebræo pro pauperibus collegit. 10 De poſtrema ægritudine, & morte Maranamæ. Carmen de eodem Maranama Metropolita Adiabeno compoſitum a Thoma Epiſcopo Margen.

Liber 4. c. 1. Iſagoge in eundem librum. c. 2. De Raban Jeſujabo Præfecto, unde ortum duxerit, quibuſve parentibus natus, & quomodo educatus fuerit. *cap.* 3. De Mar Timotheo Epiſcopo Beth-Bagas. 4. Quomodo Timotheus Patriarchatum fraudulenter obtinuit. 5. De Roſtamo Honitæ Epiſcopo. 6. De Adventu Jeſujabi in Adiabenem. 7. De judicio Dei, quod Roſtamum confeſtim involvit; & quomodo confuſi fuerint, qui ipſum ordinaverant. 8 De Pœnitentia Adiabenorum, qui Jeſujabum rogarunt, ut ſedem ſuam repeteret. 9. Qua ratione motus Jeſujabus, cogitavit Eccleſiam male materiatam, a Jeſujabo Catholico exſtructam, diruere, ejuſque loco alteram ſolidiori opere exſtruere, monachis contra ſuadentibus, ne id opus aggrederetur. 10 Qua ratione Deus nonnullos excitavit,

ut Jesujabum in hoc magno opere adiuvarent. 11. De pecunia, quam invenit Jesudadus hujus cœnobii senex. 12. De Thesauro altero. Nimirum in Fabricam templi convertit depositum quoddam ibidem a religiosis fœminis peregrinationem Hierosolymitanam suscepturis relictum. *cap.*14. De Ecclesiæ ædificio perfecto, & de obitu Jesujabi. 15. Historia Cyriaci Gabilthensis, præfecti cœnobio Beth-Abe, & Baladæ urbis Episcopi. 16. De genere Cyriaci, deque ejus adventu in cœnobium Beth-Abe. 17. de vocatione Raban Cyriaci ad Præfecturam cœnobii. 21. De ingressu Amrani Mahometis filii in hanc regionem, & quomodo, quum perplures fundos interfectis dominis occupasset, etiam Cyriacum e medio tollere cogitavit, & cœnobium istud sibi arrogare. 22. Quod post hæc Amranus quinque Arabes misit, ut insidias circum Cyriaci cellam tenderent, hominemque interficerent, ejusque caput ad Amranum deferrent. 23. quomodo altera visione monitus, non dubitavit, ut Episcopatum brevi spatio esset obtenturus, deinde ex hac vita decessurus. 24. Baladenses in cœnobium ingressi, Cyriacum postularunt, atque literas Timothei Catholici attulerunt, quibus sub interdicti pœna jubebatur ille e cœnobio statim excedere. Episcopus itaque Baladæ a Timotheo fuit ordinatus. 25. De obitu Cyriaci.

Liber 5. cap. 1. De Raban Subchaljesu. 2. De genere ejus, & adventu in Beth-abe. Ismaelitas parentes ex Hirta Naamanis oriundos habuit Subchaljesu: natus est in castro hebræo: ubi & literas arabicas didicit: iis vero mortuis, hæreditate paterna ipsum inter & sororem divisa, ad monasterium perrexit, cui & villam suam Beth-Habam legavit. Cum quæreretur a quibusdam latronibus ad necem, cœnobio excedens ad Timotheum Patriarcham confugit. *cap.*3. De pœna cœnobio inflicta ob expulsionem Subchaljesu, de impositione manus, qua Subchaljesu Ghelanitarum, & Dilumitarum Metropolita creatus fuit a Timotheo Catholico. 5. De cæde Subchaljesu. 6. De Jaballaha ejusque fratre Kardago. 7. De electione horum virorum, qui in regiones illas missi fuere. 8. De Elia Episcopo Mukan. 9. De Precandi Eliæ modis. 10. Quod Elias electus fuit Episcopus Mukan Civitatis Barbarorum. 11. De adventu Eliæ in Mukan, ejusque prædicatione in ea urbe. 12. Historia Mar Narsetis Episcopi Senæ civitatis. 13. De genere Narsetis, deque ejus in cœnobium adventu. 14. Quod Narses electus est Episcopus Cardaliabedæ, alio nomine Senæ, civitatis, & a Timotheo ordinatus. *cap.*15. Narses a Subchalmarano interrogatus, breviter exponit, quid mysticè significent Ecclesia, Bema, Altare, Crux, Evangelium, Sacerdotum Chorus, & ordines, via bema inter & Cancellos, tres gradus ante Cancellos, Cancelli, velum, Naos seu sanctum Sanctorum, luminaria supra Cancellos, Thuribulum, Cleri populique

bensis in Nomocanone *part.6. cap.3.* profert Abrahami constitutionem de libris, quos senes, quique L. annum ætatis attigere, percurrere debent (1).

LIII. THEODOSIUS.

IN regione Garmæorum natus, Episcopus Anbaræ primum, deinde Metropolita Gandisapor, demum post Abrahæ obitum Catholicus ordinatus est an. Arab.

 CCXXXVIII.

que conventus, psallendi alternis Choris ritus, & alia hujusmodi, ex quibus tum Nestorianorum ritus, tum structuræ Ecclesiæ eorum forma intelligitur. 16. Narsetis gesta, & obitus. *cap.*17. Historia Abbatis Josephi.

Liber VI. Historia Cypriani, & Gabrielis Abbatum cœnobii Birthæ pagi in regione Margensi. Historia Cypriani Abbatis. *cap.* 1. Prologus ejusdem historiæ. 2. De genere Cypriani, deque in Schola studio, & profectione in urbem Hierusalem. *cap.*3. De profectione Cypriani ex deserto in Insulam Javan. 4. De Adventu Cypriani in regionem Margæ, & quomodo hic agnitus fuit. 5. Cyprianus Cœnobium Birthæ exstruxit. 6. Gesta Cypriani in cœnobio Birthæ. 7. obitus Cypriani. Historia Gabrielis Abbatis Cœnobii Cypriani, cap.1. prologus auctoris. 2. De genere Gabrielis, ejusque fratris Pauli. 3. quod ambo amplexi sunt vitam monasticam in cœnobio Cypriani. 4. Gabriel anachoriticæ vitæ studio in regionem Cardoam abiit, deinde in cœnobium Cypriani rediit. 5. de Mar Joanne Metropolita, qui declinandæ persecutionis a valente Imperatore motæ causa, in locum, quem Nirbam Barzi (*ferunt ibi vixisse Barzum quendam qui cacumen illud montis communivit*) appellant, venit, ibique cœnobium extruxit, vicinosque Kuphæ pagi incolas ex Magorum secta ad christianam religionem adduxit. cap. 6. de adventu Gabrielis in cœnobium Nirbæ Barzì, cui & præfectus fuit: deque obitu Pauli fratris ejus. 7. Gabriel cœnobio Cypriani post Pauli fratris obitum præficitur. 8. De Monachis, religiosisquè viris, qui Gabrielis tempore in diversis locis habitabant. cap.11. De obitu Raban Gabrielis. Vide Assem. *tom.*3. *cap.*23.

(1) Constitutio sic habet „ In „ Domino nostro præcipio, ut „ Senes, & qui annorum circiter L. sunt, perlegant librum „ Paradisi, & libros Abbatis Esajæ, & Mar Evagrii, & Patrum „ Monachorum scripta „.

CCXXXVIII. Christi DCCCLII. (1) Paulo post in carcerem jussu Motuaccheli Chaliphæ conjectus (2), inde tribus an-

(1) Amrus refert, Boctjesum Gabrielis filium, Joannem Mesue, & Israelem Tiphurensem medicos eligi curasse in Patriarcham primum Joannem Metropolitam Damasci, deinde Michaelem Episcopum Huzitarum, mox Abraham Episcopum Cascaræ, demum Jesudadum Episcopum Hadatensem; quorum tamen nemo ordinari potuit ob diversas, quæ ordinationis tempore iis supervenere infirmitates. Vid. Asseman. *tom.* 2. *pag.*436. *& tom.*3. *cap.*28.

(2) Motuacchelus Chalipha adversus Boctjesum indignatus, quod ejus voluntati quadam occasione restitisset, eundem comprehendi, atque in vincula conjici jussit: Catholicum præterea post mensem Bagdadi carceri mancipari, inde Sarmanrajam deportari; sed & Cœnobium Dor-Kenense diruit, eoque in loco Mohammedo Gemaili filio Spiculatorum præfecto concessit, ut hospitium exstrueret. Per eam occasionem Mar Abrahami ossa e loculo extracta, in Tigrim projecta fuere. Sacerdotes etiam & Clericos Sarmanraja expulit, ne Christianorum cadavera suo more efferrent, neque ipsis Liturgiam facerent, aut Catholici nomen proclamarent. Christianis quoque equorum usum interdixit; præcepitque, ut coloratis vestibus uterentur, utque brachiis suis segmenta panni appenderent: vetuitque ne feria 6. (Mahometanis festiva, ut nobis Dominica) ineunte in forum prodirent. Edixit præterea, ut Christianorum sepulchra subruerentur, eorumque filios Arabicas literas ediscere prohibuit. Vectigalia insuper pro singulis illorum Domibus pendi solita Meschitis (Oratoriis Mahometanorum) assignavit, appendique jussit eorum foribus ligneas dæmonum imagines; oratoria quoque & destinatas Sacræ oblationi ædes publico edicto sustulit. Plurimas proinde Ecclesias, & monasteria solo æquavit: & inter cetera cœnobium S. Cyriaci in urbe Anbara, in quo Hosanna celebrari consueverat. Tum vivebat Sarmanrajæ Sergius quidam professione medicus. Hic ab aliis ejusdem professionis christianis provocatus, abdicata Nestorianorum secta, Arianismum amplexus est, acceptasque ulturus injurias, Catholicum apud Chalipham accusavit, quasi Romanorum Imperatori faveret, eidemque publica Regni negotia referret. Quare ad causam dicendam a Motuacchelo vocatus, constanter factum negavit. Motuacchelus, ut jurejurando se purgaret, instat; Is, id sibi nefas esse ex Christi lege respondit, quare in carcerem conjectus; quo spatio Thomas ipsius frater Metropolita Bagermensis, ex Margensi scilicet translatus, auctor hi-

annis cum dimidio exactis dimissus, obiit VI. (1) ineunte Patriarchatus anno.

Constitutiones nonnullas edidit (2).

Plu-

historiæ monasticæ, illi omnia charitatis officia exhibere non destitit. Motuacchelo Damascum petenti Sergius Nisibis Metropolita viam myrto constravit, & tabernacula construxit; commeatum præterea adjecit, poma & varia potionum genera. Chalipha conspicatus hæc, laudavit, & a Phatho filio Chachali auctorem Christianum sciens, hominem introduci jussit, humanissimè tractavit, 10000. denariis muneravit, conceptamque adversus Christianos indignationem mitigare visus est. Sergius illam pecuniæ summam Chaliphæ familiaribus distribuit, ac tantundem de suo adjecit. Liberalitatem Chalipha rescivit, & probavit: Gubernatori suo & Judici Nisibensibus præcepit, hominem impensè commendatum haberent, ejusque negotia diligenter expedirent. Ad Phathum conversus, quas gratias adeo benevolo, & grato sibi viro referendas censeret, rogat. Patriarchatu illum munerandum respondit Phathus; Chalipha exauctorandum Theodosium jubet: id per leges christianas haud licere monitus Chalipha a Phatho, mandat eidem, ut suo tempore de obitu Theodosii ipsum certiorem faceret. Delinitus Motuacchelus christianis favere cæpit, & de absolvendo Theodosio cogitavit. Tum verò Scribæ, & Medici ausi sunt Catholici dimissionem petere, utque illi liceret Bagdadum venire propriaque in cella manere. Jussus ergo est Bagdadi Gubernator hominem dimittere, & ut cum honore in eam urbem intraret, permittere. Sarmanraja itaque cum pompa dimissus, Bagdadum honorificentissimè ingressus est. Sic Amrus apud Assem. *tom.*3. *pag.*509.

(1) *Die Dominica prima Dedicationis Ecclesiæ in Cœnobio unacum Timotheo sepultus.* Vacavit sedes ab an. Chr DCCCLVIII. usque ad annum DCCCLX. Assem. *tom.*3. *pag.*617.

(2) Ebediesus Nomocan. *part.*6. *cap.*3. hanc Theodosii constitutionem refert " Qui medendi scribendive artibus incumbunt, „ neutiquam negligant attente „ legere expositionem N.T. & Codicem Sacramentorum, auctore Mar Theodoro Magistro Magistrorum, & interprete interpretum. Sique verò Presbyterorum in Ecclesia locum obtinent, sedulo etiam percurrant homilias totius anni, opus „ Mar Ananjesu Catholici, & Josue Barnun, atque Pauli, & „ Paracleticas orationes Barsumæ, Josue Barnun, & Pauli „; Et *part.*8. *cap.* 19. *seq.* Constitutionem Theodosii describit " Ista-

„ rum

Plures claruerunt ejus ævo ſcriptores (1).

LIV.

„ rum, ſeu Metropolitanarum, ſe- „ dium Antiſtites, Elamitidis ſci- „ licet, & Niſibis, & Perath, & „ Aſsyriæ, & Beth-Garmæ, & „ Halachæ, qui eum honorem „ obtinent, ut mediatores, ſeu „ Electores ſint in creatione Pa- „ triarchæ, neque adeo diſtant, „ ſicut ceteri, conveniant ad Sy- „ nodum apud Patriarcham quo- „ libet quadriennio; quod ſimi- „ liter Epiſcopi Provinciæ ma- „ gnæ facient: alii porro Metro- „ politæ, Sinarum nempe, & In- „ diæ, & Perſidis, & Maruzita- „ rum, & Sciamæ, & Razichi- „ tarum, & Heriunitarum, „ & Samarcanditarum, in lon- „ ginquis diſſiti regionibus, qui- „ bus obſtant montium juga la- „ tronibus infeſta, & maria nau- „ fragiis, ac tempeſtatibus fune- „ ſta, ne, ſicut ceteroquin cupe- „ rent, venire ad nos valeant, „ iſtiuſmodi curent, conſenſionis „ unioniſque literas ad Patriar- „ cham quolibet ſexennio ſemel „ mittere, atque in eiſdem commu- „ nia negotia locorum ſuorum op- „ portuno remedio indigentia ex- „ ponere; dabuntque operam, „ ut ex omnibus urbibus majo- „ ribus, atque minoribus mitta- „ tur ad Patriarcham, quod ju- „ ſtum eſt, ſecundum cujuſque fa- „ cultates, & Patrum Canones „ pro expenſis domus Patrum „ (ideſt Patriarchalis). Quicum- „ que verò iſta tranſgreſſus fue- „ rit, præcepit Synodus, ut ab „ Synodica congregatione corri- „ piatur. Quod ſi quaſi contu- „ max, ac rebellis admonitio- „ nem auſu temerario contemſe- „ rit, judiciali ſententiæ ſubja- „ ceat „.

(1) Et 1. quidem innotuit Jeſudadus, qui & in Patriarchatu competitor fuit Theodoſii, ex Maru urbe oriundus, & Hadathæ Epiſcopus Hujus ſcripta recenſet Soben. in Catalogo *cap.* 140. (apud Aſseman. *tom.* 3. *a pag.* 210) ita „ Compoſuit elucida- „ tionem novi teſtamenti „ Gabriel Sionita Præfat. in Pſalter. Syriacum ab ipſo typis vulgatum hanc Jeſudadi, ſeu, ut ipſe vocat, Soadedi, auctoritatem de Syriaca Bibliorum verſione refert „ Sa- „ crorum voluminum in Syria- „ cum ſermonem translatio hunc „ ordinem eſt adepta. Pentateu- „ chus, & Joſue Bar-Nun & Ju- „ dices, & Ruth, & Samuel, & „ David, & Proverbia, & Eccle- „ ſiaſtes, & Canticum Cantico- „ rum, & Job translati fuerunt „ tempore Salomonis, rogatu Hi- „ rami Regis Tyri ejus amici. „ Reliqui vero libri veteris ac „ novi Teſtamenri, tempore Ab- „ gari Regis Edeſſæ, cura ac „ ſolicitudine Thaddæi, aliorum- „ que Apoſtolorum „. Vid. Barhebr. apud Aſſeman. *tom* 2. *p.* 279. & Walton. in Prolegomen. ad Biblia Polyglotta *pag.* 89. ubi hanc Syrorum opinionem examinat. Aliud opus Jeſudadi recenſet Ebediesu

diesu, librum scilicet Sessionum. Ebediesus Patriarcha instituit, ut in tertia defunctorum die sessio fieret, hoc est, preces una sessione comprehensæ recitarentur..

1. Joannes cognomento Masuæus vulgo Mesue, hoc est, Moyses. Patre Georgio Mesue, Matre Resalæ Sclava natus est, vergente 8. Christi sæculo, in villa apud Niniven urbem, quam Chuzam appellant. Inde Bagdadum studiorum causa petiit sub Timotheo, a quo Clericus fieri volebat, ut Joannes Leo Africanus in vita ejusdem scribit. Bagdadi præceptorem habuit Josue Barnum successorem Timothei. Sub Josue aliisque magistris quantum Joannes in reliquis scientiis, sed præsertim in medicina, profecerit, ex eo colligitur, quod idem Leo Africanus refert: Mamonem scilicet Rascidi Chaliphæ Filium præ ceteris præstantibus viris, qui Græce, Persicè, Chaldaicè, & Arabicè noverant, Joannem unum elegisse, secumque in Chorasanam provinciam, cujus regimen a Patre susceperat, cum præceptoris prærogativa duxisse. Amino filio Rascidi natu majore interfecto, Mamon ex Chorasana evocatus, & subrogatus, ardens studio intelligendi antiquorum scientias, cum nulla tunc esset scientia Arabicè descripta, congregavit ingentem numerum doctorum diversarum linguarum, & interrogavit auctorum nomina atque librorum, quæ scripta fuerunt in artibus lingua Græca, Persica, Chaldæa, atque Ægyptia, adeoque multa eorum nominata sunt volumina. Misit tunc multos ex familiaribus suis in Syriam, Armeniam, atque Ægyptum, ut illos emerent libros, de quibus sarcinas infinitas & tulerunt, & conduxerunt. Tunc segregati sunt boni, & utiles, sicut in Medicina, in Physica, in Astronomia, in Cosmographia descriptis; & posuit supra traductionem linguæ Græcæ Joannem Filium Mesuah prædictum, quoniam in illo tempore Christicolæ Græcis studebant literis. Posuit etiam supra traductionem Græcam alios complures sub eodem Joanne, & supra linguam Persicam Mahan, dictumque Mesuah; qui traduxerunt librum Galeni in Medicina; postea omnia *opera Aristotelis Arabicè traduxerunt, multis etiam* aliis magistris auxiliantibus. At dictum fuit Mamoni: quare confidis hoc opus uni Christiano? Respondit Mamon: siquidem committo ei animam; quomodo ei non confidam aliquorum ad aliquos verba, quod neque ad nostram, neque ad suam pertinet fidem? Rascido & ejus successoribus inservivit. Libros composuit elegantes. Scholam instituit disceptandi gratia, in qua de omni scientiarum antiquarum genere, optimè explicans disseruit. Vide Assem. *tom.3. cap.24.*

2. Honainus (sic Arabes Joannis nomen diminuunt) Patre Isaacco medico, in Hirta Arabum urbe natus, secta Nestorianus, Bagdadi sub Joanne Mesue elementa Medicinæ hausit, inde in Romanorum ditionem profectus, cum Græcam linguam didicisset, Bagda-

LIV. SERGIUS.

Ex Garmæorum regione oriundus Metropolita Nisibis Theodosium excepit an. Gr. MCLXXI. Christi DCCCLX. Dominica postrema Apostolorum, die 21. Julii, ut Amrus, Maresque scribunt, vel die 21. Augusti, obiit Dominica 2. post festum crucis die 21. Septembr.

dadum regressus est; ubi eidem Joanni, Gabrieli Boctjesu filio, ceterisque doctis viris, qui tum sub Chalipharûm patrocinio florebant, charus inprimis, & acceptus librorum scriptioni animum applicuit. Duos liberos Honainus reliquit; Isaacum, & Davidem. Et Isaacus quidem Codices plurimos interpretatus est, quos memorat Hottinger. in Biblioth. Orient. *a pag.*212. Honainus verò XXIII. libros edidit. Habebat autem sororis filium, nomine Hobaisum Barhasan, manu altera mutilum, qui & librorum medicorum admirabilis fuisse dicitur interpres: sed plerique imperiti Lectores Honaino tribuerunt libros Hobaisi, & Amanuenses literas, quibus utriusque nomen constat, Hobaiso expuncto, Honainum scripserunt, atque hinc factum, ut pauci quidem libri sub nomine Hobaisi supersint, reliqui fere omnes Honaini nomen præferant. Scripta Honaini recensuit Barhebræus. Hotting. Bibl. Orient. *pag.*217. 222. 223 236. &c. Fragmentum Syriacum Honaini de Medicina exstat *tom.*1. *Bibl. Orient.* Assem. *pag.*639. Sobensis in Catalogo *cap.*88. tria scripta Honaini recensuit, I. Capita de timore Dei: II. Grammaticam. III Lexicon compendiosum. Primus omnium Grammaticam Syriacam scripsisse dicitur Jacobus Edessenus, cum occupata ab Hagarenis Syria sermo Arabicus pro Syriaco usurpari cæpisset. Joannes Barzuchi inter Syros Grammaticos recenset Josephum Huzitam, de quo supra. Barhebræus in historia Dynastiarum edita a Pocockio, ubi de Heber, sic loquitur: „ Distinguitur lingua Syriaca in tres dialectos; quarum „ elegantissima est Aramea, quæ „ est lingua incolarum Edessæ, „ & Haran, & Syriæ exterioris „ (idest Mesopotamiæ). Proxima „ illi est Palæstina, qua utuntur „ Damasci & montis Libani, & „ reliquæ Syriæ interioris incolæ. „ At omnium impurissima Chaldaica Nabathea, quæ est Dialectus populi montium Assyriæ, „ & pagorum Arach „ vid. Asseman. *tom.*1. *pag.*475. Sed de his alibi.

ptembr. an. Gr. MCLXXXIII. Christi DCCCLXXII. Cadaver in Cœnobio Catholici sepultum (1). Vacavit Sedes an. IV. cum aliquot mensibus.

O LV.

(1) Amrus dicit, Sergium instaurasse Cœnobium Jonæ, hosque Episcopos ordinasse: Sabarjesu Senæ; Cajumam Tyrhanæ; Joannem Tyranæ in locum Cajumæ ad Archiepiscopatum Nisibenum translati; Israelem Cascaræ; Joannem Narsetis Filium Anbaræ; Johannem Baladensem Maru; Stephanum Halavanæ; Hachimam Ocbaræ; Emanuelem Zuabiæ; & Enos, qui eidem Sergio successit, Mosul. Ejus tempore claruere Honainus, & Israel Tiphuren. Medici Nestoriani.

Honainus porro Medicus ob inimicitias, quas cum Tiphuren. habebat, hunc apud Motuacchelum Chalipham accusavit inquiens: Idolum adorat Israel, quod domi tenet, & nominetenus Christianus est. Honainus videtur in Græcorum ditione hæresim Iconoclastarum, quæ tum maxime vigebat, hausisse. Misit itaque Chalipha, qui domum Israelis perquirerent; inventamque apud eum imaginem Deiparæ, ad ipsum Chalipham attulere. Tunc Honainus, hoc, inquit, revera idolum est, de quo significavi. Cui Israel, si idolum est, exspue in ipsum. Honainus verò in Imaginem exspuere non est veritus. Tum Chalipha arcessitum Catholicum interrogavit de Imagine, admitteretne eam, an rejiceret; & siquidem admitteret, cujus pœnæ reum judicaret, qui in eam expuisset? Ad hæc Catholicus: nequaquam idolum est, respondit, sed imago matris Domini nostri, quam si quis Christianorum contempserit, excommunicari eum oportet. Chaliphæ itaque jussu Catholicus Honainum excommunicavit, & è cœtu Christianorum segregavit. Hæc Barhebræus in Chron. in vita Melchisedechi Maphriani, vide Assemanum *tom.*4. *pag.*350. ubi excommunicationem Honaini latam a Theodosio, non Sergio, dicit. Barhebræus loc. cit. disputationem subjungit Sergii Patriarchæ cum Sergio Medico Ariano coram Chalipha, ex qua Arianus ille victus recessit, & tamquam a christiana religione prorsus alienus, sententia ipsorum Mahometanorum, quorum in Alcorano Christiani in Consubstantialem Trinitatem credere dicuntur, declaratus est. Eundem medicum, testatur Barhebræus, Ecclesiam in urbe Bagdado pro sectæ suæ hominibus a Nestorianis abstulisse.

LV. ENOS.

Beth-Garmæ natus ex Metropolita Mosul, in Patriarcham Dominica post Epiphaniam Domini an. Heg. CCLXIII. Græc. MCLXXXVIII. ordinatus est. Postquam inter ipsum & Israelem Cascaræ (1) Episcopum con-

(1) Israel Cascaræ, Amro referente, Patres ad Synodum, Sergio defuncto, convocavit, in qua ipse a quibusdam Christianis in Patriarcham electus est ob spectatam doctrinam, & mores, Christianorumque erga ipsum propensam voluntatem. Adfuit & Enos Mosulanus, vir & ipse doctus ac probus, qui Patriarcha fuit electus: utrique factioni (diviso scilicet in duas factiones populo) suffragium suum addiderunt pro suo quisque sensu Aulici. Publicæ res Imperii scissæ tum, perturbatæque erant ob Alavidem Bassoren; Is fuit Ali, qui an. Heg. CCLIV. in Chalipham rebellavit suum genus ad Alim referens, seque ipsum Alim filium Mohammad, filii Acmed, filii Isæ, filii Zaidi, filii Ali, filii Hosaini, filii Ali Ben-Abi-Taleb. Eam tempestatem pacaturus Bagdadi Prætor, Israelem ex urbe Sarmanraja arcessit Bagdadum, perpetuumque silentium eidem indicens mandat, ne cum quoquam Christiano de Patriarchatu verba deinceps facere aut deliberare præsumat. Accidit posthæc, ut Israel e suggestu descenderet, sacra mysteria peracturus, cum media in turba quidam ex factione Enosi prosiliens virilia Israelis occupans tanta vi compresserit, ut miser ille spiritu deficiens subito conciderit, & domum deportatus, paucis post diebus obierit in cœnobio S. Phetionis sepultus. Abulbarcatus cap.7. de officiis Ecclesiasticis recenset librum Israelis Cascaren: *de fundamentis fidei*.

Vivente Cascaren. exorta est quæstio de Proedria inter Hirtenses, & Cascaren. in Ecclesia S. Simeonis Barsaboe in ædibus Romæorum; Cascaren. Canonicas preces utrisque constituit, certumque earumdem ordinem sanxit in posterum observandum, lata contra transgressores excommunicationis sententia; idemque ordo in posterioribus Synodis confirmatus fuit usque ad ætatem filii Ali Gazenii.

Post obitum Israelis Patres in Modaina Congregati Enosum Patriarcham agnoverunt.

Hic Enos, postquam Cœnobium Dorkenæ visitavit, Bagdadum petiit, ibique XXX Episcopos, & Metropolitas ordinavit. Post obitum Enosi, vicaria potestate Ananiesus Cascaræ Episcopus, successor Israelis, sedem Patriarchalem rexit. Asseman. *tom.*3. *cap.*30.

contentio de Primatu per annos quatuor durasset, obiit die xxxi. Maji, Dominica post Ascensionem Domini, an. Hegyr. cclxx. Græc. mcxcv. cum annos vii. mens. iv. dies xix. sedisset. Asseman. *tom.2. pag.439. & tom.3. pag.512.*

LVI. JOANNES.

HIc Narsetis Filius (1) in oppido Gedan Regionis Garmæorum natus est. Post Enos ex Anbaræ Episcopo in Patriarcham consecratus fuit an. Hegyr. cclxxi. Græc. mcxcvi. Paulus Metropolita Gandisapor manum ei imposuit, legente super ipsum Evangelium Gabriele Metropolita Bostrensi. Kajumam Nisibis, & Joannem Persidis, depositos Episcopos, & in ordinem Presbyterorum redactos absolvit, & in pristinam dignitatem restituit. Sub eo direptum fuit a Mahometanis Cœnobium Chaliljesu, quod Catholici nuncupatur. Quamobrem ex urbe Bagdado in Cœnobium Vasethæ se contulit, ubi v. annis moratus est. Deinde Bagdadum reversus, in loco, quem *Aedes Romæorum* appellant, sedem

(1) De Joannis Electione scribit Assemanus *tom.4. pag.654.* Enoso defuncto, Abdon Mocledi, & Salamas Saidi, qui in aula Soltani munus scribarum gerebant, Joannis Narsetis Electionem Sarmarajæ fieri curabant. Patres in Matæra congregati, nomen Joannis, & alterius cujusdam monachi, in schedulis descriptum in urnam retulere, Schedulam albam adiicientes: Factaque vigilia, & Liturgia peracta, extractum in Synodo nomen Joannis, qui Dom. tertia Dedicationis Ecclesiæ anno Arab. cclxxi. Christi dccclxxxiv. ordinatus est. Gabriel Bassoræ qui legit Evangelium, Homiliam habuit in ejus consecratione. Postera die Joannes adiit Cœnobium Chibothæ (Arcæ) in Cardois montibus situm, celebrataque liturgia, illud consecravit, ac tres præterea sacris ordinibus initiavit. Tum Bagdadum ascendit, quin Cœnobium Maris visitaret.

dem fixit, ibique obiit feria prima, quæ Natalem Domini subsecuta est, an. Hegyr. CCLXXIX. Græc. MCCIII. Chr. DCCCXCI. postquam annos octo sedisset. Cadaver in diaconio ejusdem loci, juxta Saporem Episcopum Gandisapor conditum: vacavit sedes mensibus sex, & dies XX.

LVII. JOANNES.

HIc Theodosii Patriarchæ ex fratre Nepos, primum Chanigiaræ Episcopus, deinde Metropolita Mosulanus ab Enoso ordinatus, cum ad novi Patriarchæ electionem cum aliis Episcopis convenisset, rogatus, ut sermonem ad populum die Dominica Pentecostes haberet, sermo ejus approbationem omnium promeruit, quare & communi suffragio Patriarcha electus fuit; & a Metropolita Bassorensi (1) magna cum celebritate consecratus die solutionis jejunii (2) Hebdomadæ Apostolorum, hoc est, medio mense Julio; eodem die Eliam ex Episcopatu Hierosolymorum (3) evexit ad Archiepisco-

(1) Gabriel hic Bassoren, seu Bostren. in Arabia Episcopus an. Ch. DCCCLXXXIV. in ordinatione Narsetis, ut dixi, Diaconi munus exercuit. An. Ch. DCCCLXXXXIII. vivebat, plures autem congessit libros, & quidem Canones Synodicos omnes in duos Tomos, additis ipsius quæstionibus, sive observationibus. Ebed in Catalogo *cap.* 136. Assem *tom.* 3. *pag.* 202. Timothæus secundus in *lib. de Sacram. Eccles.* (apud Asseman. *tom.* 3. *pag.* 573.) Discrimen in forma Crucis super ordinandos hoc inter Joannem Catholicum, & Georgium Asyriæ Metropolitam fuisse observat sect. 12. *cap.* 1. " Mares, & Joannes Catholici ab „ occipitio ad frontem, & ab „ aure dextra ad sinistram or„ dinandum signant. At vero „ Georgius Asyriæ Metropolita „ a fronte ad occipitium, & a „ dextra aure ad sinistram Cru„ cis signum format „.

(2) An Arab. CCLXXX Ch. DCCCXCII.

(3) Elias Damascenus Metropolita,

piſcopatum Damaſci: Marcum ex Beth-Baghas ad Rajæ: Jeſujabum ex Suſæ ad Halavanæ; & Theodorum ex Cherdæ ad Gandiſapor: Joannem filium Boctjeſu in ſuum locum Moſul Metropolitam creavit, & Theodorum fratris ſui filium Loſciumæ Epiſcopum. Sedit Bagdadi in ædibus Romæorum an 5. cum diebus LV. Obiit apoplexia correptus: cadaver in ædibus Romæorum in Eccleſia B. Mariæ ſepultum.

LVIII.

lita, de quo innui, vitam protraxit ad tempora Joannis Iſæ Patriarchæ, cujus reſponſa Canonica Nomocanoni ſuo inſeruit. Eliæ Nomocanon Arabicus in duas partes diſtribuitur, quarum I. Canones Occidentalium, ut inquit, complectitur; hoc eſt, vitas Apoſtolorum, diſcipulorum; Canones Apoſtolicos, Ancyranos, Neocæſareenſes, Nicænos, Conſtantinopolitanos; nec non Catalogum hæreſeon, quæ ab Eccleſiæ exordio ad Conſtantini Imperium exortæ ſunt. Altera parte continentur Canones Orientalium hoc ordine: I. Synodus Iſaaci, & Maruthæ. II. Jaballahæ. & Acacii. III. Dadieſu: IV. Acacii: V. Marabæ. VI Joſephi. VII. Ezechielis: VIII. Jeſujabi. IX ejuſdem Jeſujabi epiſtola canonica ad Jacobum Epiſcopum. X Sabarjeſu: XI. Gregorii: XII. Georgii: XIII. Ordo ſedium Epiſcopalium in Synodo. XIV. Jeſujabi ſtatutum de Euchariſtia: XV. Moſis in idem, nec non de baptiſmo. XVI. Catalogus Patriarcharum Orientis ab Adæo ad Timotheum Jaballahæ ſucceſſorem. XVII. Catalogus Epiſcopatuum ditionis Patriarchæ Orientis. XVIII. Joannis Iſæ Patriarchæ reſponſum de jejunio Ninivitico, & de jejunio Virginum. XIX. Ejuſdem Joannis Iſæ Epiſtola canonica ad Haſanum Presbyterum. Ad calcem *Cod.* (qui *tom.* 2. *Bibl. pag.* 507. XXXVII. recenſetur) ab Amanuenſi adjectus eſt tractatus Abulpharagii Benattibi de Matrimonio, & Repudio. Illud etiam ſciendum, quod Elias, cum adhuc Hieroſolymorum eſſet Epiſcopus, tractatum edidit, quo tres Syrorum factiones, Neſtorianos ſcilicet, Melchitas, Jacobitas in ſubſtantia, ut inquit, fidei convenire, & in modo loquendi dumtaxat differre, contendit. Titulus libri „ de concordia „ fidei inter Syros, qui Neſtoriani, Melchitæ, & Jacobitæ „ appellantur, auctore Mar Elia „ *Gevero*, cognominato, ſanctæ urbis Metropolita, poſtremæ Sedis Antiſtite „. Vid. Aſſem. *to.* 3. *pag.* 513.

LVIII. JOANNES.

ISa Bagdadenſi patre natus, cognomento Filius Claudorum, a Joanne Narſetis Filio Naamaniæ Epiſcopus, poſt eundem Joannem ad cuſtodiam ſedis evocatus fuit, eo quod Vaſetha tunc temporis Epiſcopo careret. Id ſane munus ad Caſcarenſem Epiſcopum ſpectabat, ſed Caſcarenſis Eccleſia cum Vaſethenſi per id temporis conjuncta erat. A multis ante Joannis prædicti obitum Patriarcha deſignatus, Theodorum Gandiſaporenſem competitorem habuit; communi ergo ſuffragio ſors miſſa fuit, quæ nomen Joannis extulit: ſorti reſtitit Theodorus, atque in ſuam factionem plures traxit, qui, ut Joannis electionem reſcinderent, Joannem *Bočtjeſu* Filium proclamarunt. At Joannes Iſæ ut adverſus æmulum ſuam dignitatem ſtabiliret, ſupplicem libellum porrexit Chaliphæ, a quo veſtem auro textam, Paſtorale pedum, atque pallium accipiens unacum ſuis Epiſcopis ex aula feria 4. ſub noctem receſſit, atque hora 2. ejuſdem feriæ ad locum functioni deſtinatum pervenit. Ibi congregatis variis primariis Chriſtianis, Liturgiam Catholicus celebravit, cathedram conſcendit, poſtulatoque atramento Singrapham fidei Syriacè exaravit, in qua profeſſus eſt, ſe juxta Evangelium, & Canones Apoſtolorum mores ſuos compoſiturum, ſuamque orthodoxam fidem, & Synodos orientales, Patreſque Diodorum, Theodorum, & Neſtorium obſervaturum: item, nec pro ſacrorum ordinum collatione, neque pro ferendis in judicio ſententiis mercedem ullam accepturum: caſtitatem, & pietatem culturum: pecuniam in manus impoſitione neutiquam exacturum,

Si-

Simoniamque proſcripturum: Chriſtianum gregem, aut Eccleſias contributionibus nullatenus gravaturum: tributa chriſtianis impoſita, religionis profitendæ cauſa, ſoluturum: peregrinis morientibus adfuturum: & ex iis, quæ Deus ipſi elargiri dignatus fuiſſet, eleemoſynas in pauperes atque inopes erogaturum: Sacras ædes ſartas tectas ſervaturum: eaſdemque claudi minimè permiſſurum, ſed piis viris traditurum: nec Presbyterum, aut Diaconum, præter Canones, ad ſacros Ordines promotum, ſed Presbyterum quidem poſt lectionem N. T., Diaconum verò poſt lectionem Davidis; neque in Clerum cooptaturum locupletes eo gradu indignos, neque pauperes dignos neglecturum. Quod ſi è regula iſta unquam declinaſset, profeſſus eſt, nullam ſibi fore partem in Epiſcopatu, aut in Chriſtiana Religione. His Verbis ſcriptum Chirographum conventui tradidit, adjecitque: equidem hoc ego pacto convento haudquaquam indigeo; ſed Singrapham iſtam ſcribo, ut ſucceſſoribus meis pro regula ac lege maneat. Integram formulam exhibet Aſſemanus *tom*.3. *pag*.237.

Tum ad Veſpertinas preces conſecrationi præmittendas convenere univerſi nocte præcedente feria v., Joanne Boctjeſu Moſulano Metropolita excepto, qui neque officium veſpertinum celebravit, neque ad monaſterium acceſſit; poſtero tamen die 8. ſcilicet Septembris DXC. Conſecrationi interfuit: qua peracta Catholicus Abraham ſuum diſcipulum Zuabiæ Epiſcopum ordinavit, Joanne Boctjeſu abſente, poſt communionem enim receſſerat: legitque Evangelium, verba ad populum fecit, & Miſſam celebravit, qua finita populus ad menſam accubuit. Catholici conſecrationi interfuere Patres

tres xx. Metropolitæ & Episcopi, quorum interventu Synodum celebravit (1).

Composuit etiam Joannes admonitiones, sive Canones ministerii Altaris, (ita Soben. *cit. cap.*172.) (2) Com-

(1) In hac Synodo Canones xxviii. conditi; quorum priores quatuor de Trinitate Personarum sunt, & unitate divinæ naturæ, deque Incarnatione Verbi, & quod in Christo duæ substantiæ sint, duæque personæ 7. anathema complectitur in eos, qui repudiant doctrinam Diodori, Theodori, & Nestorii, nec non Ephræmi, & Narsetis, 8. De Commentariis Theodori usquequaquam probandis, & suscipiendis. 9., & 10. De Jacobitis, & Melchitis vitandis, deque communione iis nequaquam porrigenda. 20. Non esse celebrandam Liturgiam feria 6. & Sabato hebdomadæ sanctæ. 21. abstinendum esse ab esu carnium singulis sextis feriis usque ad solis occasum, Nestoriani enim dies suos ab occasu solis inchoant. 22. Ut Presbyter, Diaconus, & reliqui ministri, *nisi jejuni*, Liturgiam non celebrent, neque ante præmissum divinum officium, nimirum horas, quas matutinas vocant. 25. Ut oratio Dominica dicatur initio, & in fine Liturgiæ, nec non horarum vespertinarum, nocturnarum, & matutinarum. Vid. Assem. *tom.*4. *pag.*188.

(2) Canones hi n. xxviii. recensentur, illos Syriacè, & Arabicè additis interpretatione latina, & doctis commentariis edidit Assem. *tom.*3. *a pag.*238. Eosdem latine tantum exscribere placuit, pro disciplina Nestorianorum cognoscenda „ Canon 1. quod non decet ligneo altari uti. Placuit „ spiritui sancto, præcepitque, ut „ in urbibus, castellis, & locis, „ in quibus perfecta pax obtinet, „ nec barbarorum persecutio obest, & diligenter custodiri „ queunt, Altaria fixa habeantur. Super ligneis autem non „ permittit Spiritus Sanctus liturgiam celebrari, neque ea permittit fieri, aut nominari. Et „ hæc in verbo Domini Patres „ nostri definivere.

„ Canon 2 Quod non decet Altare nudari. Placuit Spiritui „ Sancto, & præcepit, ut quod „ sacro oleo delibutum est altare, aqua nullatenus abluatur, „ cum figitur, nisi forte id postulet necessitas instaurationis. „ Quod si qui voluerint illud aromatibus honorare ad typum „ aromatum, quæ mulieres ad „ Domini Sepulchrum attulere, „ id præcipimus, ne altare suo „ tegumento omnino nudetur. „ Illud tantummodo licebit, ut „ altare proprio apparatu ornatum, aqua rosacea aspergatur, „ atque aliorum odoramentorum „ suffitus eidem adhibeatur: & „ præter hæc aliud non licet.

„ Can.

„ Can. 3. Quod qui xatam (*panem Eucharisticum*) miscent (*hoc est, farinam in panis consecrandi usum aqua subigunt*) laici non „ sint, sed Sacerdotes. Placuit „ Spiritui Sancto & præcepit per „ manus Sanctorum Patrum no„ strorum, ut, qui xatam miscent, „ Sacerdotes sint, aut Diaconi. „ Ad illam autem accedere ne „ cuiquam liceat, nec sæculari, „ nec monacho simplici. Si se„ cus fecerit, subjectus esto ana„ themati Verbi Domini, etiam „ Amen.

Ritum subigendæ in Eucharistiæ usum farinæ appellant Nestoriani innovationem fermenti, Sanctionem seu innovationem Malchæ, hoc est Regis, panis scilicet in Corpus Christi Regis convertendi.

„ Can. 4. Placuit Spiritui San„ cto, & præcepit, ut præter fa„ rinam frumenti electi, & aquam „ puram, atque oleum ex oliva „ expressum, ac salem, nemini „ eorum, qui xatam miscent, „ liceat quidquam addere, aut „ demere. Et hæc in canone Ver„ bi Domini.

„ Can. 5. Presbyter, aut Diaco„ nus, qui oblationis panem præ„ parat, sui instrumenti mundi„ tiem curet, habeatque vas ad „ secernendas aquæ & olei fæces: „ caveatque ne a laico contin„ gatur. Habeat præterea lum„ bos succinctos, & calceamenta „ in pedibus suis, faciem ad Orien„ tem, & amictu velatam. Mi„ nistret autem cum psalmis. Et „ hoc in verbo Domini.

„ Can. 6. Placuit Spiritui San„ cto & præcepit, ut postquam „ xata cocta fuit, nihil ex ea il„ legitimè tollatur, aut ex ea „ aliquid detur, antequam ad „ Altare offeratur, & id, quod „ offerendum, & consecrandum „ est, ex ea separetur. Et hæc „ in verbo Domini.

„ Can. 7. Placuit Spiritui San„ cto, & præcepit, ut macula „ non sit in eo, quod ex hostia „ separatur ad mysteria. Et ve„ ro neque in V. L. fas erat, „ claudum, & cæcum, aut in„ firmum, aut in quo inveniretur „ macula, offerri. Quanto igi„ tur magis convenit, ut similis „ cura ad divina mysteria adhi„ beatur? Et hæc in verbo Do„ mini.

„ Can. 8. Placuit Spiritui San„ cto, & præcepit, ut mysterio„ rum Corporis & Sanguinis Do„ mini appetitio immoderata „ tollatur, ne quis cum istius„ modi impudentia temere ad S. „ Domini corpus accedat, sed „ particulæ primitiarum, & obla„ tæ (ita hostiam vocant) sint „ in parva mensura ordinatæ, „ itaut Hostia 12. drachmas „ non excedat: singuli verò car„ bones (unius hostiæ, cum in „ Crucis formam frangitur, par„ ticulæ quatuor vocantur car„ bones, Symbolo ex Isaiæ visio„ ne desumpto) tribus drachmis „ constent, ut in nomine Trini„ tatis pars illa benedicatur, „ quæ in Trinitate consignatur. „ Pro pueris autem ætate par„ vulis præparentur placentæ (ho„ stiæ) quas ii non cogantur in „ particulas frangere; unde con-

„ tingit frequenter fragmenta, „ hoc est, micas excuti in phialam (patenam) & ex incuria „ decidere, & pedibus proculcari, & hoc modo Sanctum Corpus cum negligentia tractari. „ Et hæc in verbo Domini.

„ Can. 9. Placuit Spiritui Sancto, ne in pane consecrando duæ farinæ adhibeantur, altera ex simila, & altera ex farina nigra, sed ut unus panis „ uno die ex una farina candida „ conficiatur. Non enim est in „ corpore, & Sanguine Domini „ Æthiops, aut Græcus. Et hæc „ in Verbo Domini.

„ Can. 10. Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ne quis Presbyter aut Altaris minister sepositum ad oblationem panem „ ex simila nigra faciat, cum Malcha ex tritico albo sit. Enimvero indecens quoque est, ut „ fermentum, cum formatur, nigrum sit instar Æthiopis servi, „ & album instar Romæi. Et hæc „ in verbo Domini definiuntur.

„ Can. 11. Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut Altaris „ minister illud excutiat, & Sanctuarium verrat singulis diebus, „ quibus sacrum super Altare celebratur, antequam Sacra mysteria inferat; debet præterea totum Sanctuarium ejusque parietes semel in hebdomada componere.

„ Can. 12. Placuit Spiritui Sancto & præcepit, ne qui farinam in usum sacri panis subigunt, duo servent fermenta, „ alterum quidem sacrum, alterum verò simplex. Sacrum autem esse debet, quod ad separatas exigitur. Et hæc in verbo Domini.

„ Can. 13. Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut nemini ex „ Ptesbyteris, aut Diaconis Altaris ministerium obtinentibus „ fas sit, oblationem sacro fermento panis sacrificio destinati permistam cuivis æthnico externo tradere, aut Mago, aut „ cuilibet cujusvis sectæ: sed neque pueris parvulis filiis Christianorum. Et hæc in verbo „ Domini.

„ Can. 14. Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut lampas „ accensa habeatur ante altare, „ & nutriatur ex puro oleo olivæ omnibus diebus per diem „ simul & noctem, caveaturque „ ne ea extinguatur, sive Liturgia celebretur, sive minimè. „ Sicubi vero duo extiterint altaria fixa, totidem omnino accendantur lampades de die & „ de nocte. Similiter autem si „ Altaria fuerint plusquam duo, „ altarium numero lampadum „ numerus respondeat. Permittitur autem in locis, in quibus „ puri olei copia non suppetit, „ ut aliquid aliud, quod olei „ vicem convenienter supplere „ queat, ad nutriendam lampadem adhibeatur. Ad oblationem verò præter oleum non „ aliud omnino inferatur. Et hæc „ in verbo Domini.

„ Can. 15. Placuit Spiritui Sancto, & præcepit, ut qui Altaris ministerium obtinet, postquam panem Altari intulerit, „ antequam dividat separatas,

„ ex

„ ex reliquo ſeparet aliquid ex „ Primitiis & oblatis, quas cu- „ ſtodire ſatagat. Et ſi neceſſitas „ poſtulet, & ipſo die cogatur „ demum Liturgiam celebrare, „ ex illis, quas poſtremo ſepara- „ vit, in ſuum uſum iterum ſu- „ mat. Et hæc in verbo Domi- „ ni.

„ Can. 16. Placuit Spiritui San- „ cto, & præcepit, ne panis ad „ duos dies coquatur, neve ex „ pane eodem quidpiam ſervetur „ in craſtinum diem, & conſe- „ cretur pro hoc & pro altero „ die ſequenti, neve conſecratio „ agatur ad biduum. Qui his „ temere contravenerit, a gradu „ ſuo arceatur in verbo Domini.

„ Can. 17. Placuit Spiritui ſan- „ cto, & præcepit, ne ſuper al- „ tari conſecrentur minus, quam „ tres primitiæ, & ad minus duæ, „ ut unum ſit ſignum, & unum „ ſignatum. Unam vero conſe- „ crari nullatenus licet, Et hæc „ in Verbo Domini.

„ Can. 18. Placuit Spiritui San- „ cto, & præcepit, ne liceat mi- „ niſtrantibus myſteria altaris, „ myſteria deſerere & ſedere, aut „ lumbos diſcingere, aut Calcea- „ menta, aut egredi, aut rei cui- „ piam vacare, præterquam mi- „ niſterio ſacrorum myſteriorum, „ quæ illis immerentibus credita „ fuerint. Et hæc in verbo Do- „ mini.

„ Can. 19. Placuit Spiritui ſan- „ cto, & præcepit, ne liceat cui- „ que miniſtrantium myſteria al- „ taris Sanctum (panem conſe- „ cratum) extra atria Eccleſiæ „ deferre, niſi ad vinctum, aut „ ægrotos gravi morbo laboran- „ tes die feſto Reſurrectionis no- „ cturno tempore ex mandato „ Præſulis & Rectoris. Qui illis „ exceptis, quaſi hominibus pla- „ cere volens, temere divina my- „ ſteria ludibrio habere præſum- „ pſerit, eadem e Sanctuario ef- „ ferendo, nefas eſto illi iſtud „ attentare in verbo Domini.

„ Can. 20. Placuit Spiritui ſan- „ cto, & præcepit, ne theſaurus „ (Sacramentum) ſuper Altare „ ad biduum relinquatur. Cor- „ pus enim ſuper Altari ad diem „ ſequentem relinquere, nec ve- „ tus, nec nova lex permittit. „ Scriptum eſt enim in lege Moy- „ ſis: nec remanebit quidquam „ ex eo uſque mane. Qui ſecus „ attentaverit, & hoc mandatum „ tranſgreſſus fuerit, anathema „ eſto a Spiritu Sancto per ma- „ nus Patrum noſtrorum. Et hæc „ in verbo Domini.

„ Can. 21. Placuit Spiritui San- „ cto, & præcepit, ut qui Sacra my- „ ſteria ordinant, ideſt ſumunt, „ duo ſint, ſicut & qui conſe- „ crant, duo itidem ſint. nec fas „ eſto ordinanti (*ideſt communican- „ ti*) ſumere pluſquam carbones „ (*ideſt particulas*) quatuor, quæ „ integras primi-ias (ideſt ho- „ ſtiam integram) faciunt. Cum „ urgens cauſa, quæ profecto il- „ legitima eſt, ac temeritatem „ audaciamque ſapit, id poſtula- „ verit, quinque particulas ſumere „ licebit. Plures autem ſumere, „ neutiquam fas eſt. Quicumque „ vero iſta temerario auſu fue- „ rit tranſgreſſus, divinæ juſtitiæ „ animadverſionem feret: ſata-

P 2 „ gant

„ gant itidem, ne calix irreverenter sumatur, neve in ipsa sumptione effundatur, neve quidquam subjaceat intemperantiæ, ac impudentiæ in iis mysteriis, quæ populo per gratiam tradita fuerunt. Ferunt quippe Salvatorem nostrum modicis haustibus calicem bibisse, atque discipulis obtulisse. Qui verò temere, atque intemperanter erga Domini Corpus, & Sanguinem se gesserit, alienus esto a sacris mysteriis, atque suspensus, & excommunicatus a Spiritu Sancto. Et hæc in verbo Domini „. Georgius Arbelensis canonem sic interpretatur:

„ Quæstio: Scriptum est in Admonitionibus non licere Presbytero ordinare plusquam 5. particulas, & ministrare tres. Nunc vero videmus Æedituos tradere populo duas & tres particulas, & Diacono plusquam tres, & Presbytero plusquam quinque. Responsio. Hic canon in cœnobio observatur ubi æedituus numerum (accedentium idest communicantium) præter propter novit. At in Ecclesiis Civitatum indefinitus numerus est: quandoque enim communicant centum, & quandoque biscentum. Quoniam verò nequeunt Sacerdotes custodire thesaurum, qui ipsis remanet, populo eum distribuunt: „ Eandem causam reddit cur in Paschate, hoc est feria quinta majori plures hostias Diaconus & Clerici sumant. *Propter eam*, inquit, *quæ Corpori Christi debetur*, reverentiam, ne „ scilicet quidquam ex eo remaneat in sequentem passionis diem „ Joannes vero Telensis apud Barhebræum in libro *direction. cap* 5. *sect* 1. eos reprehendit, qui majores hostias jejunis porrigebant: " Iis, *inquit*, qui a vino & pane abstinent, majores margaritas (*Hostias*) ex simplicitate tradunt Sacerdotes. Verum id minime convenire, liquet ex eo, quod corpus mysticum non corporalis, sed spiritualis est cibus; homines vero hujusmodi a religiosissimo Rabula Canes voratores Domini sui appellantur.

„ Can. 22. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ut si quispiam Presbyter aut Diaconus audeat ipse solus sacra mysteria corporis & sanguinis Domini ordinare, a ministerio suo suspensus maneat in verbo Domini.

„ Can. 23. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ut si necessaria, & minime voluntaria causa exigat, ut sacra mysteria super Altari in diem crastinum serventur, eo quod non adsit, qui unacum eo, qui mysteria celebravit, eadem sumere valeat, alterum ex duobus fiat: Et siquidem Christianus, vel Christiana inveniatur, qui simul sanguinem, amboque mysteria consumat, id faciat, sciens ea, quæ supersunt ad communionem mysteriorum pertinere. Si autem Sanguinem dumtaxat sumat, corpus autem propter suam quantitatem consumi nequeat, servetur in diem crastinum super altari, cura-

„ que eidem adhibeatur, ut lampades coram eo ardeant, & nocturnum officium peragatur. „ Quod si contigerit ambo mysteria remanere, eo quod non adsint, qui ea sumant, noverit quicumque eorum minister erit, oportere ipsum pedibus suis insistere usque ad horam ordinationis, sive de nocte sive de die, nec ipsi licere illorum ministerium, quin alius ejus vices suppleat, deserere. „ Et hæc in verbo Domini.

„ Can. 24. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ut qui venerabile Corpus ordinat, fatagat particulas suscipere unacum sumptione particularum Phialæ, aut absterſione calicis, aut omnino palmis manuum: neve corporis particulam manu ori inferat, sed ore capiat, quia cælestis est cibus. Simili modo calix propitiatorius porrigatur. Et hæc in verbo Domini.

„ Can. 25. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ut mistum libaminis fiat ex partibus æqualibus vini, & aquæ. Scriptum est enim ex Salvatoris nostri latere Sanguinem & aquam in æquali quantitate fluxisse: quare æquum est, ut mistum libaminis ex partibus æqualibus constet vini, & aquæ. Quod si ob vini raritatem necessitas id postulet, permittitur, ut vini pars sit, & duæ partes aquæ. Ad summum vero, imo & supra summum, pars vini sit, & tres aquæ. Ultra progredi, nullatenus nullo pacto fas esto. Et hæc in verbo Domini.

„ Can. 26. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ne liceat altaris ministerium obtinentibus, præter necessitatem super sacro Altari vinum corruptum, vel aliqua labe infectum offerre, adeout bonum vinum relinquentes, corruptum ad libamen Sanguinis Domini nostri immisceant. Qui his contravenire ausus fuerit, suspensus esto a gradu suo, & simplex laicus fiat, quia divina mysteria inquinavit, (vel quasi simplicia symbola tractavit). Et hæc in verbo Domini.

Sciendum, quod in libello Samuelis, & aliorum Edessæ Presbyterorum adversus Ibam Episcopum inter alia accusationum Capita, *decimum est* " quia dum „ memoria fieret SS. Martyrum, non est datum vinum ad Sacrificium altaris ad Sanctificationem, & populi distributionem, nisi admodum exiguum, & vitiosum, & lutosum, & quasi eo tempore vindemiatum: ut ex hoc cogerentur, qui deputati fuerant ministrare, de tabernis omnino vitiosi comparare sex sextarios, qui nec sufficerent: itaut his, qui sanctum Corpus distribuebant, innueret, ut ingrederentur, quia Sanguis non inveniretur.

„ Can. 27. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ne Presbyteris aut Diaconis liceat attingere altare post cibum; id vero attentare, cum Sancta Sacramenta jam sunt posita, omnino nefas esto; adeout neque eisdem fas sit accedere ad limen Sanctua-

Composuit etiam Joannes quæstiones Ecclesiasticas. Assemanus *pag.* 249. summam quæstionum Ecclesiasticarum, sive responsiones ad XXVIII. quæstiones Abulhasani a Joanne Isæ fil. Patriarcha datas exhibet, ex quibus disciplina, & ritus Chaldæorum illustrantur (1).

Obiit

" ctuarii. Si autem super altari " mysteria non sint, & necessitas " id exigat, fas esto usque ad " exteriorem lampadem dumtaxat ipsis accedere. Illuc vero " ingressi, infra lampadem consistant. Si vero quis ebrius est " neque cum sacra mysteria sunt " posita, neque cum percipiuntur, fas esto hujusmodi hominem accedere ad partem sanctuarii, nedum illuc intrare; " quia nequitia est maxima, & " crimen irremissibile. Quandoquidem in V. quoque lege idipsum " mandavit Deus Moysi: præcepit enim ei dicens: vinum & " Siceram non bibes tu, & filii " tui tecum, cum ingredimini " Sanctuarium, ne propter hoc " moriamini. Quomodocumque " vero præter ista fiat, illicitum " est in verbo Domini.

" Can- 28. Placuit Spiritui sancto, & præcepit, ut nefas sit " Presbyteris & Diaconis intrare " ad celebrandum divina mysteria, aut ad faciendum in Sanctuario ministerium graduum " suorum circa divina mysteria, " quando in Ecclesia vespere, & " nocte, & mane minime ministrant. Et hæc in verbo Domini decreta sunt ".

(1) Quæsitum primum de Sacerdote, qui pejeravit. 2. de Sacerdote, qui rixam habens cum altero, altare ingreditur. 3. de pueri, aut puellæ communione post baptismum " Parvulis (inquit) masculis sive fœminis convenit, ut baptismum suscepturi, ad Altare deferantur, eoque peracto, communicentur, dummodo ad Altaris arcam non accedant, aut illam, sive illius tegumenta manibus non contingant. Si vero baptismo initiandus fuerit vir adultus, illi eodem pacto ad altare procedere fas esto, atque calceamenta ferre & suis incedere pedibus permittatur. Si vero fœmina fuerit, nefas esto hujusmodi ad altare progredi, sed pro ejus foribus consistens, communionem percipiat " IV. de Presbytero Simoniacè ordinato, qui ordinantem Episcopum commemorare recusat v De Presbytero a proprio Episcopo excommunicato. VI. De Tabula Altaris ab Episcopo consecrata, & ab eodem profanata, licet ne Presbyteris Liturgiam super eadem celebrare?" Hoc jam prohibuimus " (*inquit, ne scilicet Altare ligneum* " *esset*) nec enim ullatenus fas " est, ut in urbe, in qua homi-

" nes

„ nes liberi, ac vitæ periculo ob-
„ noxii non ſunt, altare proinde
„ ſibi conſtruere & conſecrare
„ valent, id ex Tabulis compin-
„ gere. Quod ſi locus, in quo com-
„ morantur, haudquaquam ad-
„ mittat, ut in eo altare habeant,
„ neceſſitate id exigente, ligneo
„ utantur. Quod vero ad diſſolu-
„ tionem altaris pertinet, Epi-
„ ſcoporum jus eſto Altare, ſeu
„ lapideum, ſeu ligneum, cum
„ ipſis viſum fuerit, deſtruere,
„ modo cauſa manifeſta id facien-
„ di accidat. Nec deinceps ulli
„ Sacerdoti fas erit in Altari,
„ ſeu Tabula poſt Epiſcopi inter-
„ dictum Liturgiam celebrare.
„ Qui ſecus fecerit, Canoni ſub-
„ jaceat, & ejus oblatio eſt diſ-
„ ſoluta „ VII. De Presbytero, qui
Epiſcopum contemnit. VIII. De eo,
qui ſororem uxoris ſuæ, aut filiam
ſororis uxoris ſuæ ducit: "Hoc ve-
„ ro minime licet, nec permittitur.
„ Quicumque autem illud atten
„ taverit, ab Eccleſia arcendus
„ eſt, donec reſipiſcat. Quod ſi
„ in Provincia veſtra exiſtat, qui
„ prædictas nuptias jam contra-
„ xerit, nolumus hunc cogi uxo-
„ rem ſuam domo expellere; cu-
„ randum tamen, ne in poſterum
„ quiſpiam id attentare præſu-
„ mat „ IX. De Puero a parenti-
bus cum puella deſponſato, qui
adulta ætate, cum a ſponſa abhor-
reret, alteram ducit. Licetne puel-
læ illi cum viro altero nubere?
X. Licet ne Diacono oblationem
ad Altare deferre, præſente Pres-
bytero? " Quod in hoc legiti-
„ mum judicamus, eſt; ut Sa-
„ cerdos quidem diſcum, Dia-
„ conus vero calicem deferat.
„ Quod ſi ab altari Sacerdos ab-
„ fuerit, Diacono competit u-
„ trumque ſimul inferre, cum,
„ inquam, orationis cauſa Sacer-
„ dotem præpediri contigerit.
„ Hoc vero præſente, Diacono
„ id facere nefas eſto: „ XI. Licet-
ne Diacono communionem por-
rigere præſente Presbytero? „ Æ-
„ quum ſane & juſtum foret, ut
„ Sacerdotes peculiaribus veſti-
„ bus, & calceamentis ad Eccle-
„ ſiæ ſervitium acceſſuri uteren-
„ tur. Si vero aliud neceſſitas
„ ſuadeat, nec Presbyteri fortu-
„ na tenuis hoc patiatur, fas eſto
„ illi ad miniſterium ſuum acce-
„ dere cum Calceamentis ac
„ veſtibus, quibus in ſua officina
„ atque *opificio* utitur „ Geor-
gius Moſulanus ſcribit: „ Inter-
„ rogatio. Presbyter, aut Diaco-
„ nus per errorem diſcalceatus
„ ad altare ingreſſus eſt. Quid
„ igitur de Altari? Solutio. Alta-
„ re conſecrandum eſt „ Contra
Ægyptii, ſeu Copti, niſi diſcal-
ceatos ad Eccleſiam non admit-
tunt, ut liquet ex Can. 2. Chri-
ſtoduli Patriarchæ. Renaudot. hiſt.
Patr. Alexand. *pag.* 421.

„ XIII. Accidit duos Sacerdotes
„ nullo alio præſente ſolos ad al-
„ tare adeſſe: quare alter alteri
„ porrigit communionem. Con-
„ tingit poſt advenire fidelium
„ quempiam, & communionem
„ expetere. Quæritur, liceat ne
„ Sacerdoti communionem peten-
„ ti porrigere ex ea, quam ma-
„ nu tenet hoſtia? Reſpondetur,
„ hoc minime licere: nam quod
„ pro Sacerdote offertur, ejus
„ obla-

„ oblatio est, nec ei fas est quidpiam ex eo alteri cedere, nec duorum Sacerdotum prædictorum cuivis licet communionem ex disco, & calice alteri porrigere, deinde abire & relinquere, ut ex eodem percipiat communionem quisquam prò suo arbitratu: sed id tantummodo justum, & sanctum est, ut simul ambo sacrificium peragant. Et si nemo adsit, qui communionem expetat, alter alteri porrigat communionem, eoque peracto recedant, modo ex oblatione nihil remaneat „. In Ecclesia Romana ex eadem Sacerdotis celebrantis hostia fideles modò non communicant.

xiv. Quæritur utrum Presbytero & Diacono liceat sacrum facere super manibus Diaconi? Respondetur, id minime licere, nisi id necessitas exigat, & in locis, in quibus nec Altare, nec Tabula haberi queat, & nonnisi ex facultate accepta ab Episcopo loci necessitate actu urgente. Quare nemini id facere permittatur, nisi Episcopo annuente & permittente.

xv. Quæritur, utrum Archidiacono liceat Altaris consecratio? Respondetur, etiam licere, siquidem Episcopus id facere concesserit. Invito autem Episcopo, seu minime permittente, Archidiacono haudquaquam licet id attentare.

xvi. An filius illegitimus possit esse hæres Patris, qui absque liberis legitimis decedit, sed alios legitimos consanguineos habet? " Respondetur nemini licere ancillam ducere, nisi post restitutam eidem libertatem, eamque ducendam esse cum dote, & benedictione, Presbyteris populoque præsentibus; gradumque liberæ obtinere. Nec vero ullum est discrimen, quod ad matrimonium pertinet, inter fœminas liberas, ac servas; quandoquidem illud illegitimum esse constat, nisi emancipatio, & nuptiarum solemnitas præcedat. Quod vero ad puerum spurium attinet, siquidem testes fide digni affirment, virum defunctum ancillam duxisse absque ullo conjugii vinculo, sicut diximus, atque ex ea hunc filium suscepisse, semissem, seu dimidium paternæ hæreditatis habeto, modo nullam aliam legitimam prolem pater defunctus reliquerit. Reliquum mortui propinquis cedito. Quod si defunctus alium filium ex legitima uxore superstitem habeat, Spurius dimidium decimæ partis paternæ hæreditatis habeto; in reliquum legitimæ proli jus esto „.

xvii. De Presbyteris sive laicis, quorum culpa Ecclesia destruitur. Qua pœna multandi sunt? Excommunicari debere, ait, ab Episcopo

xviii. Accidit puellam a parentibus suis includi, idest, monialem fieri. Quæritur an eidem liceat a proposito monastico resilire? Respondetur, etiam permitti, etiamsi ipsa se sponte tradiderit, deinde a proposito resilire voluerit. Respondetur, inquam, hoc ei esse permissum: turpe tamen id facere propter promissionem Deo factam: nec vero

vero decet obligatam Deo fidem frangere. Quod si quippiam hujusmodi contigerit, & puellam nuptias quæsierit, res hujusmodi minime publicetur, sicut cum ceteris fieri solet, nullam causam crimenve habentibus. Presbyteri verò nuptiarum ejus curam sibi solis seponant, publicitatem caventes. Hoc vero, quod de fœminis dictum est, viris etiam commune jus esto, simili modo inclusis: non tamen ii decere putent, pactam Deo fidem frangere " Syri Nestoriani ex impuro Barsumæ Nisibeni canone fas olim putabant Episcopis, Sacerdotibus & Monachis uxores ducere; Marabas Patriarcha postea edito canone abusum sustulit: Itaque Joannes hic Patriarcha de Monachis monialibusque professis in hoc responso loqui dicendus est. Iidem enim Nestoriani Ancyranos, & Nicænos canones admittunt, in quibus virginitatem professis nuptiæ omnino interdicuntur: Ancyran. Can 19. al 18. „ quicumque virginitatem promittentes sponsionem suam irritam faciunt, ii Digamorum definitionem impleant „ & Nicæn. can. juxta Syriacam Nestorianorum versionem „ qui semel mundo abrenunciarunt, decennium in pœnitentia maneant „.

XIX. Utrum mulier de communione, quam ipsa percepit, infanti, qui tota nocte ubera suxit, impertiri queat, nec ne? Respondetur, Parvulis die, quo baptizantur, id licere, quia tunc quando parvuli baptismum suscipiunt, simul communicantur. Postea vero infantibus communio concedenda non est, nisi quando ab uberibus arceri, ac abstinere valeant. Tunc autem nil officit eum, cum mater communionem petit, unacum ipsa ad communionem admitti.

XX. " Accidit Altare consecratum in loco hostilibus incursionibus obnoxium reperiri. Quæritur an illud tollere, & condere liceat, postea loco suo refigere, atque in eo sacrum facere? Respondetur, id minime licere. Nam si Altare e loco, cui fixum fuit, convelli contingat, ne dicam alio transferatur, nova consecratione indiget. Quod si accidat nostræ fidei hostes Sanctuarium intrare, nec altaris *arcam* convellere, *communes Ecclesiæ preces inibi* celebrari hoc minime obstante licebit, modo Sanctuarii pars Orientalis cruce signetur manu, non autem Chrismate, circa Arcam. Id vero Presbytero, absente Episcopo, permissum est. Si vero Arca e loco, in quo fixa est, moveatur, aut alio asportetur, iterum eam consecrari oportet, & quidem ab Episcopo, aut ex ejus delegatione, privative quoad alios „.

XXI. " Accidit mulierem a patre suo in matrimonium tradi, religionem deinde optare. Quæritur, utrum id prædictæ mulieri liceat? Respondetur, si hæc mulier, quando a parente suo tradita fuit, erat adulta, & statum illum sponte acceperit, ab eo resilire ei minime licebit, si ad mariti domum jam ducta fuerit. Quod si desponsata fuerit, & religio-

ligiosum statum deinde optaverit, rogetur maritus, sique annuerit, ad eum statum transire jus esto, dummodo spondeat se alias cum altero viro nuptias numquam inituram. Si vero eadem a patre matrimonium contrahere jussa est, antequam ad pubertatis annos pervenisset, & postea adultior effecta includi optaverit, id vero ipsi permittitur „.

XXII. De vitando Presbytero ab Episcopo excommunicato.

XXIII. De vitandis Clericis, & Laicis ab Episcopo excommunicatis, eo quod ipsum contempserint.

XXIV. De viro adultero, qui ejecta uxore alteram duxerit, si postea resipuerit, licet ne ei suam uxorem revocare?

XXV. „ Quæritur, an Diacono, quæ sui sunt muneris in Ecclesia peragere liceat cum calceis? Respondetur, nec diacono, nec Presbytero licere sine Sandaliis ullum sui ordinis ministerium obire „.

XXVI. „ Accidit duos esse simul Sacerdotes, alterum altero ordinationis tempore priorem. Quæritur, licebit ne Presbytero juniori alterum in Bemate, & Altari antecedere, nec ne? Respondetur, minime id licere: sed juniorem seniori cedere oportere „.

XXVII. „ Christianus quidam de oblatione minus recte sentiens dicit eam esse meram legem, seu ritum quemdam. Respondetur, communione privandum esse, donec a peccato suo resipiscat, & pœnitentiam ostendat, atque confiteatur oblationis excellentiam, & convenientem eidem honorem, illamque esse Corpus & Sanguinem Christi, quo peccata delentur, & debita dimittuntur „.

XXVIII. " Contingit, ut Sacerdos metuens pernoctare in Ecclesia, oblationis panem domi suæ coquat, deinde coctum ad Ecclesiam deferat. Quæritur utrum id rite ab eo fiat? Respondetur: si iste Sacerdos in Ecclesia pernoctare metuit, domi suæ pernoctare eidem fas esse, modo preces, ad quas tenetur, peragat, deinde lucem præoccupans, ad Ecclesiam veniat, ibique panem oblationis coquat; aut si id facere nequeat ex justa causa, oblationis panem domi suæ coquat in clibano ad hunc tantummodo usum destinato, adeout præter oblationis panem nihil aliud in eo immissum fuerit. Id autem ipse per se Sacerdos perficiat, aut per alios Sacerdotes sibi similes, nec aliis præter istos id operis committat. Nec enim licet ei, qui nec Sacerdos, nec Diaconus est ad aliquid sacram oblationem attinens procedere „.

Aliud opus Joannis Abu Isæ recenset Soben. scribens: " Et judicia, & de hæreditatum divisione „ vid. Assem. *to.*3. *pag.*254 de quo vide dicta superius ex Amro.

(1) Theodorum Metropolitam Ba-

LVIII. ABRAHAM.

COgnomento Abraza, Garmæus genere, opera Abdallahæ Simeonis filii, qui in aula Chaliphæ Secretarium agebat, ex Episcopo Maragæ die 10. mensis tertii anni Hegyræ ccxcii. in Catholicum electus in Synodo Modainæ habita, obiit Hegyræ cccxxv. cum sedisset an. xxxii. mensibus ii.

An. ccc. Arabum Joannem Græcorum Metropolitam, quem Elias ejusdem gentis Antiochenus Patriarcha Bagdadum allegaverat, ea urbe excedere coegit, cum a Mahometanis diploma obtinuisset; ut adductus Bagda-

 dum

Bagermensem nepotem præcessoris sui accusatum apud se propudiosorum flagitiorum, ac præsertim quod Minam amaret, eamque una cum filia apud se turpiter commorari permitteret, Johannes Isæ Catholicus arcessivit, & acriter objurgavit; illum etiam in suis flagitiis pertinacem ab Ecclesiæ corpore abscidit, misso ad eundem depositionis Chirographo. In quo statu depositionis mansit donec ab Abrahamo Joannis Isæ successore absolutionem impetravit. Sed tandem in Mahometismum prolapsus misere periit. Ita refert Amrus, qui de Synodo supra dicta verba faciens, in ea de rebus tum ad religionem, tum ad civilem gubernationem pertinentibus actum scribit; & in ea quidem parte, subdit, quæ hæreditates spectat, Mosulmanorum Legibus canones accomodavit: quandoquidem inter eos vivimus, verebaturque, ne apud eos violatæ legis arcesseretur. Asseman. *tom.3. pag.236.* qui *pag.249.* memorat responsionem hujus Johannis ad Quæsitum Abulabbasi Alphadli de jejunio, quod Ninivitarum appellant. Sobensis in Epitome can. Synodal. *part.6. cap.6. n.14.* sequentem Canonem Joanni attribuit: " Si quis Presbyter, „ aut Diaconus Jesum Christum „ abnegaverit, deinde pœnitentia ductus resipuerit, longo „ tempore in pœnitentia maneat. Peracta autem pœnitentia suscipiatur. Non tamen „ in ordine suo ministret, sed laicorum gradum teneat. Quod „ si ex tota virtute sua pœnitentiam exhibuerit, manus impositionem ab Episcopo iterum „ accipiat „.

dum Elias Chirographo proprio se suosque Successores ad has conditiones adigeret, nimirum non licere in posterum Catholico, aut Metropolitæ Græco in urbe Bagdadi permanere, aut sedem figere; sed liceat identidem Episcopos eò destinare, qui visitatis Græcis ibi commorantibus in regionem suam regrediantur. Vir fuit auri cupidus ita, ut unius anni spatio tres Metropolitas Nisibi ordinaverit, quibus CCLXX. millia nummorum extorsit; quamobrem a suis & exteris odiò habitus, præterea a Nestorianis Scribis, qui in aula Viziri plurimum pollebant.

Apud Nestorianos hora tertia Sacramenta conficiebantur, excepta Dominica Resurrectionis, in qua media nocte liturgia celebratur, & feria v. majori, in qua post solis occasum Missa conficitur; Abraham autem præcepit, ut Liturgia vespertinis horis celebraretur in Sabatis, & Dominicis jejuniorum quadragesimæ (1). LIX.

(1) Barhebræus hac de re sic scribit apud Assem. *tom.2. pag.*441. „ Usque ad ejus tempora omnibus sabathis, & dominicis jejunii quadragesimalis hora tertia Nestoriani, more ceterarum „ Christianarum gentium, oblationem offerebant, & unusquisque domum suam abibat, reficiebaturque. Cum autem de quibusdam ei significatum fuisset, quod dominica die accepta oblatione, inde egressi, in quodam horto lautum convivium instruxissent; interdixit Catholicus, Dominicis & Sabbathis per diem fieri oblationem, sed vespertinis horis eam „ fieri jussit: jussumque hujusmodi in omnibus ubique regionibus publicari voluit. Atque ita innovatus fuit hic mos, quem Nestoriani hodieque retinent „.

Circa hæc tempora claruit Joseph Saher, sub Mochtapho Chalipha, de quo Abulpharagius in hist. Dynast. *pag.*186. " Josephus „ Saherus medicus, qui & Presbyter appellatus est, vir fama celebris, medicinæ studio incumbens magna diligentia in congerendis, quæ utilia essent. Ideo appellatus est *Al saher*, hoc est vigilans, quod nonnisi quartam noctis partem, vel pau- „ lo

LIX. EMANUEL.

MOnachus cœnobii S. Joseph in urbe Balada siti opera Abulhasani Scribæ Seleuciæ in Patriarcham ordinatus fuit an. Ch. DCCCCXXXVIII. obiit an. Chr. DCCCCLX. Manum ei imposuit Lucas Metropolita Mosul. Cadaver in ædibus Romæorum, ubi novam Ecclesiam construxerat, veteremque instaurarat, conditum (1).

Circa an. Chr. DCCCCXLV. defuncto Lucæ Successorem dedit in Archiepiscopatu Athur, seu Mosuli & Arbelæ celeberr. Georgium; doctus hic Nestorianus præter

" lo amplius dormiret, deinde " scientiæ acquirendæ invigilaret. " Dicunt alii, ideo nomen Al-Saher illi inditum fuisse, quod " Cancer ipsi in anteriori capitis " esset, qui somnum impediret. " Quod si quis attente librum " ipsius perpenderit, reperiet in eo " aliqua, quæ indicio sunt ipsum " hoc morbo affectum fuisse ".

Claruit circa an. DCCCCXXX Matthæus quidam cognomento Abubasciar, Ebn junes Dialecticus Christianus, artis logicæ peritus, quam explicans, sæpius eundem sermonem repetebat, cum ipsi propositum esset docere, & ut intelligeretur efficere. Fuit ex incolis Dir-Kanæ, ubi educatus est in Schola MarMaris: studuit etiam apud Ruphilum, & Benjaminum monachos Jacobitas, ipse secta Nestorianus. Plura Aristotelis opera Commentariis illustravit; ut Categorias, Perihermenias, Analytica priora, & posteriora, Topica, librum de Auditu naturali, de Cælo &c. E Syriaco autem Arabicè reddidit Analytica posteriora, Poetica, librum de cælo, de generatione, & corruptione, de meteoris, de sensu, & sensibili, & metaphysicorum. In Syriacam linguam transtulit Sophisticam, & librum de Auscultatione naturali. Vid. Asseman *tom.*3. *pag.*517.

(1) Ebediesu ex oppido Gedan, qui eidem mediate successit, Episcopum Maaltajæ ab Israele Mosulen. Metropolita ordinatum, Emmanuel Catholicus perfecit. Ferunt Emanuelem reliquisse in cella, cum obiit, denariorum 70. millia, & drachmarum 600000. Cœnobium Baladæ exemptionis privilegio donavit.

ter constitutiones, quas laudat Sobensis in Catalogo *cap.* 192. binas homilias, seu precationes composuit (1).

LX.

(1) Exstant *Cod. Syr. Amid.* 8. & *Cod. Syr.* 1 *tom.* 1. *Bibl. pag.* 583. & *tom* 2. *pag.* 486. quæ a Nestorianis recitari solent *Feria* III. *Rogationum*, seu jejunii Ninivitici, & *Dominicis jejunii Quadragesimalis*.

Librum etiam edidit in septem Tractatus distributum, cui titulus: *Declaratio omnium Ecclesiasticorum officiorum, & causa eorundem, nec non enarratio divinæ œconomiæ, Festorumque Dominicorum*.

Exstat sine auctoris nomine, imperfectus quidem *Cod. Syr. Vatic.* 31. perfectus vero *Cod. Syr.* II. *tom.* 2. *Bibl. pag.* 489. exaratus nitidissimo caractere. Syllabum operis ex Bibliothecæ *tom.* 3. *pag.* 519. produco. Tractatus I. de diebus dispensationis Domini. *cap.* I. Quæ conscribendi Chronici, seu annorum supputationis, causa fuerit: & quæ ejus in Ecclesia utilitas: Patrum Nicænorum jussu, inquit, Eusebius Cæsarien. Aureum decennovennalem numerum, Cyclumque solis duodetrigesimum invenit, unde Lunæ cursus cum solari componeretur, festaque mobilia suis locis alligarentur.

Cap. 2 Quare initium anni a mense Tesre priore, Octobri, duci voluit Eusebius, non a Nisan, Aprili, quo mundus conditus fuit.

Cap. 3. Cur anni computum per menses Solis, ac Lunæ, perque Hebdomadarum numerum ordinavit Eusebius, non una supputatione, sed triplici usus.

Cap. 4. quare cum initium anni ab Octobri mense ducatur, neque ab hoc mense usque ad Canun (Decembrem) ullum festum occurrat: Beatus Jesujabus Annunciationem, Codicemque Divini officii ad Decembrem distulit, nec ab anni initio eadem incohavit? Quatuor initia in Ecclesia Nestoriana celebrari observat, initium scilicet anni, quod est October mensis, Initium Codicis, seu officii Ecclesiastici, November. Initium Bibliorum, cum scilicet legi incipit Pentateuchus, Hebdomada passionis in Jejunio: Initium Rectorum, seu Præsidum, idest libri Judicum &c. Hebdomada Resurrectionis, qua legi incipit liber Josue & Psalterium & Epistolæ Pauli.

Cap. 5. Quomodo ostendatur mensem Octobrem esse principium anni, Novembrem principium regiminis Moysis, Hebdomadam autem Moysis esse omnium Hebdomadarum primam? XII. Dominicas ab ineunte anno usque ad Nativitatem Domini peculiari nomine nuncupatas celebrant Nestoriani, nimirum mense Octobri quatuor, quas Moysis appellant; mense Novembri quatuor, quas consecrationis, seu dedicationis dicunt; mense Decembri quatuor quas Annunciationis, seu adventus vocant.

Cap. 6. Quando, & qua die contigit Annunciatio Joannis? Et quan-

LX. ISRAEL.

IN oppido Gedan natus, Magiſtrum egit in Schola S. Maris Apoſtoli, dein monachum in cœnobio Sabarjeſu in Vaſetha: demum ad Epiſcopatum Caſcaræ evectus & ſedis Cuſtos factus, an. ætatis xc. Chriſti DCCCCLXII. in Patriarcham ordinatus fuit, præſentibus Abdelmeſſia Metropolita Baſſoræ, Georgio Moſul, & Joan-

quando natus eſt? Et quot annis duravit vetus T. & legalia ſacrificia in Hieruſalem?

7. Quando, & qua die contigit Annunciatio Domini? & quando natus eſt? & utrum die 25. Decembris natus eſt?

8. Cur variant Evangeliſtæ in Genealogia Joſephi viri Mariæ, & hic quidem a Nathan filio David, ille vero a Salomone David item filio illius genus deducit?

9. Cur Angelus Zachariam quidem cum objurgatione, Mariam vero pacificè allocutus eſt? Et illum quidem cum dixiſſet, quomodo id cognoſcam, loquela privavit; Mariam autem placide docuit?

10. Cur Matthæus dicit, Joſephum in civitate Nazaret habitaſſe, eo quod in Judæa Archelaus regnaret: Lucas vero in ipſa Annunciatione ait, Gabrielem miſſum fuiſſe in civitatem, cui nomen Nazaret?

11. Utrum D.N. cum in mundo eſſet, carnes manducaverit, nec ne?

12. Undenam cognoſcitur, 6. Januarii Dominum fuiſſe baptizatum? Et qua id die factum? Et quando Joannes venit ad Jordanem?

13. Quando Dominus jejunavit? quo anni tempore? quo menſe? & quantum temporis interceſſit baptiſmum inter, ac jejunium? Dies jejunii, ſcribit hic Georgius, luctum continent, & genuflexionem, neque in iis ſacramenta perfecta cum liturgia fiunt. Sed cum luctus, & genuflexio ceſſant, tum vero ſacramenta perficiuntur, tunc jejunium quoque ceſſare cenſendum eſt. Idque ex omnibus jejuniis dominicis manifeſte apparet. Nam uſque ad religioſi Georgii Patriarchæ ætatem, hora VI. juxta Dominicarum omnium ritum ſacramenta peragebantur; ob eas vero quæ Chriſtianis contigere calamitates, idem Georgius præcepit, ut ſub veſperam ſacrum peragerent. Item feria v. poſtrema, quam in cœna Domini vocamus, mandavit Jeſujabus ut poſt Solis occaſum veſperas primum celebrarent, deinde Liturgiam conficerent.

14. Quan-

Joanne Halavanæ. Obiit eodèm anno. In ædibus Romæorum in Ecclesia Patriarchali sepultus. Privilegio exemptionis donasse legitur (apud Sobensem in Nomocan.) Cœnobium Gabrielis in Charsa. Vid. Asseman. *to.2. & 3.*

LXI. EBEDIESU.

HIc ex oppido Gedan ditionis Garmæorum, Episcopus Maaltæ, & Nuhadræ, cum Phetion quidam

14. Quandonam contigit Domini in urbem Hierusalem ingressus? quo anni tempore? quo die? & undenam pullus Asinæ, cui insedit? quidve vocabulum Hosanna significat?

15. In quam diem incidit Pascha eo anno, quo Dominus passus est? & quota mensis solaris atque lunaris, & quare feria 6. appellatur Arubtha, cum in scripturis sextus dies dumtaxat vocetur? & quare eo die judæi unum ex vinctis crucifigebant, alterum dimittebant? & quare nonnullis annis in luna 14. ab eis discrepamus?

Cap. 17. Cur Annunciationis diem mense Adar minime celebramus; Circumcisionem vero, & Præsentationem Domini in templum unacum Chalcedonensibus peragimus?

Cap. 18. Cur Resurrectio Domini in feriam primam incidit? & quo pacto in sepulchro triduo mansisse dicitur, cum sextam feriam, & primam exiguo temporis spatio attigerit?

19. Quandonam contigit Ascensio Domini? quo mense, & quo die? & quare 40. dies post Resurrectionem mansit, donec ascendit?

Cap. 20. Quot vicibus apparuit Dominus Discipulis suis post Resurrectionem suam usque ad Ascensionem?

Cap. 21. Quomodo cogitemus nostram fore Resurrectionem? & quomodo eandem naturæ ductu absque sacræ scripturæ auctoritate concipere possimus?

Cap. 22. Quam ob causam Dominus seipsum Judæis crucifixoribus videndum, ut eos confunderet, minime præbuit, sed Discipulis sese manifestavit, confirmans eos, & ostendens illis manus pedesque, & comedens cum ipsis?

Cap. 23. Quid nobis sentiendum est de interitu filii perditionis, (Antichristi) & quare in Resurrectione misericordiam minime consequatur, sicut Cacodæmones, & homines impii?

Cap. 24. Quandonam Crux inventa est? quo die? & quota luna? Affirmat Crucem inventam fuisse an Gr. DCXXIX. Chr. CCCXVIII.

Sa-

dam Presbyter sæcularis subornato Mahometano Præside invadere Sedem cogitasset, ab Episcopis qui tantundem Præsidi obtulerant, ne Phetionem consecrare cogerentur, per sortem electus fuit die 22. April. an. Græc. MCCLXXIV, Chr. DCCCCLXIII. Obiit die 2. Junii

Sabato die 13. Septembris, cognitam vero, cum ejus contactu mortuus revixit, die Dominica 14. Septembris, atque ideo Nestorianos Festum Crucis die 13. Septembris agere, ceteros christianos die sequenti.

Liber 2. De officio vespertino.

Cap.1. Cur ad Orientem adoramus, non Hierosolymam versus, ubi Prophetæ adorabant, & unde salus nobis parta est?

Cap.2. Cur Ecclesiam distinguimus in Cancellos, templum, & domum mulierum? & quare præcepit Jesujabus, ut baptisterium in Australi latere collocaretur?

Cap.3. Cur in festis, & singulis diebus Davidem canimus plusquam ceteros sacros libros? & quare distinguimus eum in laudationes, & Jaculatorias? & quare inter Laudationes Cathismata interponimus.

Cap. 4. Cur præceperunt Patres, ut ternas dietim preces persolvamus, Vespertinas scilicet, Nocturnas, & Matutinas? & quare Dominicis, festisque diebus Liturgiam sacramentorum fieri mandarunt? In jejunio vero, & in Passione tres horas (scilicet 3. 6. & 9.) & Apodipnon, seu completorium, post vesperas.

Cap. 5. Qua de causa Jesujabus præcepit, ut meridie pervigilii Festorum Diaconi, & Subdiaconi lampades solvant, laventque, & Ecclesiam decentibus paramentis ornent? unacum reliquis, quæ officio præmittenda esse mandavit?

Cap.6. Quodnam est officium uniuscujusque gradus Ecclesiastici a Patriarcha usque ad Lectorem, & usque ad baptizatum? & quare ita ordinati sunt unus post alterum?

Cap.7 Cur in aliquibus quidem Ecclesiis dicitur *Pater noster* initio officii, in aliis vero non? & quare alicubi orat Presbyter ante *Pater noster*, alicubi vero post? Juxta constitutionem Jesujabi, ut Georgius affirmat, absque oratione Dominica officium Nestorianorum celebrari consueverat: Timotheus vero Patriarcha præcepit, inquit, ut Pater noster officio præmitteretur; hinc vero nata apud eos dissensio, quibusdam orationem Dominicam primæ officii precationi præmittentibus, aliis subjungentibus.

Cap. 8. Cur Dominus noster hanc orationem discipulos suos edocuit? quidve significet? & quare Timotheo placuit Jesujabi Canonibus illam adjungere?

an. Chr. DCCCCLXXXVI. cum sedisset an. XXIII. mensibus lunaribus 10. Porro Episcopi congregati ad hujus electionem, quatuor Episcoporum nomina in Schedulis scripserunt, nempe hujus Ebediesu, Georgii Metropolitæ Gandisapor, qui Israelis æmulus fuerat, & Georgii alterius Metropolitæ Mosul, & Jesu Rachmæ Metro-

Cap. 9. Quid significat Jaculatoria oratio, quæ initio officii vespertini dicitur? quodve illius mysterium est? & nonnulli unam, alii binas Jaculatorias dicunt?

Cap 10. Quid sibi vult Canticum, *sicut incensum*? & quare illud in Festis, & Dominicis, non quolibet die, recitamus?

Cap. 11. Quid significat Canticum, *Tibi Domine*? & quare Diaconus hic dicit, *Pax nobiscum*?

Cap. 12. Cur post *Tibi Domine*, dicimus orationem, quæ *Principium* appellatur? In Festis autem loco *Principii*, dicitur aliud Canticum, deinde Psalmus, *Domine clamavi ad Te*, postea Principium, & Canticum? Et quid sibi vult hæc vox *Principium*?

Cap. 13. Quare post Principium conscenso ambone Diaconus proclamationem intonat? & quid hic sibi vult? & quare respondet ei populus, quemadmodum ipsis præcipit?

Cap 14. Cur præcepit Jesujabus, ut hoc Diacono ex ambone discendente, qui nimirum Proclamationem intonavit, ascendat alter Diaconus, qui pacem dedit, postremamque Proclamationem intonet? & quare sibi mutuo osculum dant, & qui ascendit, & qui descendit?

Cap. 15. Quid sibi vult Canon iste Trisagii? & quid exprimit? & quare dicitur in fine officii? Ait Georgius, an. Græc. DCCXLVIII. Theodosii XXV. post Synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est, 4., eodemque quo pueri Ephesini, hoc est, 7. dormientes surrexerunt, cum regia urbs terræ motu quateretur, Proclo Presbytero Angelos visos fuisse Trisagium hymnum canentes, quem idem Proclus cum decantandum populo tradidisset, terræ motum cessasse: huic postea hymno a Petro Fullone, quem Severianæ hæreseos Sectatorem vocat, appendicem illam, *qui Crucifixus es pro nobis*, adjectam: Jesujabum denique præcepisse, ut idem hymnus, sine illa tamen additione, in officio Nestorianorum recitaretur. Dormitat sane Georgius in iis, quæ pertinent ad Chronologiam.

Cap. 16. Quare post Trisagion præcipit Diaconus inquiens, *Inclinate capita vestra*? & quare Vela ligant, hoc est, obducunt.

Cap. 17. Cur hic absoluto officio dicitur Canticum Basilicon? & quid sibi vult hoc nomen Basilicon

tropolitæ Beth-Garmæ. Schedulæ in urnam relatæ maxima cum diligentia obsignantur. Canonica Psalmodia feria 2. 3. 4. ineuntis XL. jejunii peragitur. Tum demum cum populus ad minorem aram Eucharistiam sumsisset, Metropolita Gandisapor rogatus, ut accederet (diverterat enim in ædes Abus-Amri, & Ben-Adæi) at-

 que

silicon? & quare in Festo antea dicuntur Jaculatoriæ, deinde Canticum? Postquam Imperatores Christianam fidem suscepere, cæptum est, inquit, Canticum pro iis, quod Basilicon, hoc est Regium appellatur. Hanc Romanorum consuetudinem Jesujabus in Nestorianorum officium transtulit: sed cum Imperatores infideles essent, Arabum nimirum Persarumque Reges, pro Imperatore Christum statuit, ejusque Crucem, dum Canticum Basilicon intonatur, e Bemate ad Cancellos deferri jussit.

Cap. 18. Cur in fine officii quidam dicunt *Pater noster*, alii non? nonnulli vero illud dicunt absque canone, idest absque Præfatione? Jesujabus, inqnit, neque initio, neque in fine officii dici voluit orationem dominicam, sed in Liturgia dumtaxat. Timotheus contra in officio quoque illam recitari jussit.

Cap. 19. Cur Vespere, & mane Cantica Martyrum in singulis feriis dicimus: non autem in Festis, neque in Dominicis, aut in jejunio, sive in Passione?

Cap. 20. Cur circulus principiorum, Dominicarum quidem hebdomada absolvitur: Feriarum sextarum vero tribus hebdomadis; & dierum ferialium duabus?

Cap. 21. Cur in Festis, & Dominicis genua non flectimus, nec dicimus, *cum mærore & cura*, sed *cum gaudio & lætitia*?

Liber 3. De officio Nocturno, & Matutino.

Cap. 1. Quare in Dominicæ nocturno quidam in prima sessione dicunt quinque odas; alii sex; alii denique 7. Jaculatorias diversis tonis recitant?

Cap. 2. Quid mysticè significat postrema sessio? & quare in Tonis Jaculatoriarum quidam unam tantum odam dicunt, alii vero plures; alii demum nil aliud recitant præter cantus vigiliæ?

Cap. 3. Cur post ultimam sessionem præcepit Jesujabus, ut mulieres quidem tacerent, viri autem hymnum dicerent? & quid significat officium Matutinum?

Cap. 4. Quid significat officium dierum ferialium, hoc est, vespertinum, nocturnum, & matutinum? Et quare Episcopus diebus ferialibus ad officium minime procedat?

Cap. 5. Cur in nocturnis Festorum totum Davidem recitamus, cum-

que ipse Schedulas resignaret, minime assensus est, simulque probavit, ut id fieret ab Hamdanæ Episcopo Abrahamo. Is porro urnam extractam populo ostendit, dumque unam ex Schedulis resignandam teneret, Episco-

eumque in partes dividimus: ac primum in v. odas, quibus Cantica subjungimus: deinde in vi. quas Diapsalma sequitur: mox in iv. Canticis præmissas: postea in duas, quibus Diapsalma subjicitur: demum in tres, quibus Cantica subjunguntur; deinde Cantus postremos, demum cantus vigiliæ? Et quare Cantus postremos appellamus Catholicos? & quid sibi vult hoc nomen?

Cep.6. Cur in Nativitate & Epiphania ad cantus vigiliæ flectimus genua, non in reliquis Festis? & quid sibi volunt cantus vigiliæ?

Cap.7. Quare Jesujabus Vespertino, & nocturno Dominicæ ingressus Jejunii officio Cantica minime assignavit, sed matutino dumtaxat, & Liturgiæ, & vespertino etiam officio feriæ 2. ingressus jejunii?

Cap.8. Quare in Dominica Resurrectionis præter odas cantuum vigiliæ nihil aliud recitamus, neque vigilamus juxta ordinem Festorum? & quare unum canticum dicimus in nocturno, non tria?

Cap.9. Quid significant Proclamationes ad matutinum dierum jejunii & Passionis?

Liber iv. De Liturgia Sacramentorum. *Cap.1.* Cur præcepit Jesujabus, ut hora tertia Sacramenta conficiamus? & quid significat hoc nomen Sacramenta? Excipit Georgius Dominicam Resurrectionis, in qua media nocte Liturgia celebratur, & feriam v. majoris hebdomadæ, qua apud Nestorianos post solis occasum Missa conficitur. At ex Barhebræo in Chronico habemus, Abrahamum Nestorianorum Patriarcham præcepisse, ut Liturgia vespertinis horis in Dominicis, & Sabatis Quadragesimalis Jejunii celebraretur: quod hic Georgium non observasse miror, inquit Patruus *pag.*531. Cum Abraham 70. circiter annis ipsum præcesserit.

Cap.2 Cur Liturgiæ initio Jaculatoriam dicimus, deinde *Tibi Domine*, *&* *Sanctus*?

Cap.3. Quid significat mutatio, quæ fit ante Cancellos, cum dicimus *Confitebor tibi in Ecclesia magna*? Processionem intelligit, qua Subdiaconis, & Diaconis præeuntibus, Episcopus, Archidiacono comitante, ad Bema deducitur.

Cap.4. Cur legunt Pentateuchum, deinde Prophetas, mox surgunt (Episcopo tamen in throno sedente) & dicunt Principium?

Cap.3. Cur Diaconus Apostolum deferens, ex Cancellis egreditur, alicubi quidem per majorem, alicubi vero per minorem portam? & quare Diaconi ipsum antecedunt usque ad Bema?

Cap.6.

ſcopi Maaltajæ nomen inclamavit turba. Reſignata ſchedula releᵭaque ejuſdemEpiſcopi nomen prodit. Hic verò Bar-Acre ſeu Filius ſterilium dictus, Naſichæ diſcipuli Barcephæ auditor fuerat, & ex Monacho Epiſcopus Maaltajæ ab Iſraele Moſuli Metropolita inſtitutus, ab Emmanuele Catholico perfectus extiterat. Conſtituit,

Cap.6. Cur præcepit Jeſujabus, ut Diacono tres verſus ex Apoſtolo legente, deſcendat Diaconus ordinis cuſtos (ideſt celebrans) una cum ſociis ad portam Bematis, (facie ad occidentem converſa,) & adorent ad Bema? Presbyter item ſtans adoret, & Crucem manumque Epiſcopi deoſculans, unacum ipſis Diaconicum ingrediatur?

Cap. Cur abſoluta Apoſtoli lectione, Diaconus dicit, *ſedete*? & aſcendit cantor, & dicit Canticum?

Cap.8. Cur præcepit Jeſujabus, ut Presbyter cum Evangelium profert, Phaina ſeu Superhumerali induatur: Diaconi vero tunicis induti luminaria thuribulumque deferentes ipſum præcedant; Subdiaconi autem ſuis relictis locis, cum lampadibus obviam ei occurrant?

Cap.9. Cur in diebus Paſſionis, & in Baptiſmo dicit Diaconus ante Lectionem Evangelii, *ſilete*, *ac tacete*: non autem *ſtemus parati*?

Cap.10. Cur accedens Presbyter ſuſtentat Evangelium unacum eo, qui legit? & quare abſolutum Evangelium oſculatur Epiſcopus, illudve Archidiaconus tollens, ſuper Altari deponit? & quare cum Evangelium profertur, quidam illud oſculantur: alii vero ipſum tum oſculantur, cum de Bemate delatum eſt?

Cap.11. Quid ſignificat ſermo, ſeu homilia poſt Evangelium, & quare hic intonat Diaconus, *ſedete*, *& ſilete*?

Cap. 12. Quid hic ſignificant Proclamationes, & quare qui ſtat in ordine, hoc eſt, Diaconus celebrans intonat primam; qui verò Apoſtolum legit poſtremam?

Cap.13. Cur duo Diaconi Crucem & Evangelium deferunt, qui verò ſunt in ordine, ideſt celebrantes, illos præcedunt? & quid ſibi volunt hæc, *qui non ſunt baptizati &c.* Et quare cum dicitur, *diſcedite Auditores*, Diaconi obducunt vela, Subdiaconi claudunt portas templi, & filiæ fœderis, hoc eſt, Diaconiſſæ portam mulierum?

Cap. 14. Quid ſignificat ſeſſio Epiſcopi, & Presbyterorum, cum canitur Canticum Sacramentorum in Bemate? & quare unus ex Presbyteris accipit baculum Epiſcopi, & ſtat loco Archidiaconi? & cur quatuor Diaconi afferunt aquam, & abſterſoria, duo qui-

tuit, ut Sacerdotum, & Diaconorum feretra ad portam altaris sub Crucis sedem collocarentur; ibi scilicet, unde graduum suorum originem traxere. Ut fidei Symbolum, quod solum in exequiis Sacerdotum, & Dia-

quidem pro Episcopo, duo autem reliqui pro Sacerdotibus?

*Cap.*15. Cur Canticum, quod dicitur in Templo, repetitur a Diaconis ad Cancellos; & quare hic præcipit Jesujabus, ut Sacramenta præparent; & quare non declaravit, quomodo panis confici, & vinum misceri debeat?

*Cap.*16. Quare cum *Gloria* dicunt, vela reducunt, & exeuntibus Diaconis, Sacerdotes ingrediuntur?

*Cap.*17. Cur hic dicunt, *credimus*, idest Symbolum Nicænum?

*Cap.*18. Cur hic accedit Diaconus ad portam Cancellorum; & quare canit, qui Apostolum legit; & quare accedentes ad Altare quatuor Diaconi, duo hinc, & duo inde, ministrant?

*Cap.*19. Quare, cum dicitur *credimus* ubi Patris & Filii & Spiritus Sancti fit mentio, adorant: Item cum dicitur *pro omnibus*, & *omnes nos cum timore*, adorant ad altare, & ad invicem?

*Cap.*20. Cur hic dicitur, *Sacerdos accedit*; & cur subjungitur *offert oblationem talis*; & quid designat Diaconus, cum accedit ad portam Cancellorum?

*Cap.*21. Cur hic dicit Sacerdos canonem *Gratia &c*? Exponit ea, quæ dicuntur usque ad Præfationem ad *Sanctus*.

*Cap.*22. Cur hic dicit, Pax *nobiscum*, Diaconus qui est super Ambonem, non is, qui Proclamationem intonavit?

*Cap.*23. Cur hic suavi tono Sacerdos præfatur; & quid significat hæc inclinatio; hoc est præfatio ad *Sanctus*, & quæ sequuntur ad institutam a Christo Domino Eucharistiam spectantia?

*Cap.*24. Cur hic dicit Diaconus, qui super ambone est, *In cordibus vestris orate*; deinde subjungit: *Cum silentio & timore*; & quare in hac secreta bis annunciatur Pax?

*Cap.*25. Cur hic iterum dicit Sacerdos, *Gratia Domini nostri*; & quid significat hæc Proclamatio quam intonat Diaconus inquiens: *Nos cuncti*; & quare illam non intonat Diaconus, qui est super ambonem? Hic agit Georgius de oratione Dominica, de benedictione populi, de elevatione Sacramentorum, deque communione. Ubi notandum (Asseman. *tom.* 3. *pag.*535.) quod de Presbyteris affirmat: eos scilicet solam corporis speciem sumere; Diaconos vero, & Subdiaconos, Clericos, & populum in utraque specie communicare.

*Cap.*26. Cur in Festis dicitur, *Terribilis es*, & in Epiphania Laudatio; & quare hæc non dicitur in omnibus Dominicis; & cur di-

Diaconorum dicebatur, recitaretur in omnium promiscue fidelium exequiis. Ut omnes simul & una voce Symbolum fidei recitarent, & orationem Dominicam, quæ ab iis, qui intra Cancellos, & ab iis, qui extra, alternatim per versus canebantur. Ut sessio fieret in tertia die defunctorum. Prominentes Cancellos altaris ob-

dicit Diaconus *Laudate*; & cur dicunt Responsorium in Bemate; & quid mysticè significant Responsorium, & versus, *Corpus tuum, & Sanguis*? De Gratiarum actione post communionem agit.

Cap. 27. Cur iterum proclamat hic Diaconus ad portam cancellorum, *nos cuncti itaque*; & quid significant orationes Sacerdotis, & reliqua quæ hic fiunt usque ad finem Sacramentorum?

Cap. 28. Cur Diaconi in tota Liturgia intra Cancellos non genuflectunt?

Cap. 29. Cur in passione, & jejunio non dicit Diaconus ante Evangelium, *stemus parati*, sed, *silete*; & quare non legitur ex Pentateucho, & Prophetis in Baptismo, & in Liturgia Sabati?

Cap. 30. Cur foras procedunt mane Dominicæ Resurrectionis, sibique mutuo pacem dant, dicentes, *pax Resurrectionis*, vel alium hymnum?

Lib. v. De officio Baptismi.

Cap. 1. Quare cum Dominus in Epiphania baptizatus est, Baptismum Jesujabus ordinavit pro vespere Resurrectionis?

Cap. 2. Quare idem Jesujabus præcepit, ut feria 2. hebdomadæ mediæ jejunii Quadragesimalis baptizandi accedant, & nomina sua describant; dimidia autem Quadragesimæ die procedens Sacerdos cum duobus Diaconis, precetur pro illis vespere, & mane usque ad baptismum?

Cap. 3. Quare initio postremæ hebdomadæ ingrediuntur baptisterium; & cur præcepit Jesujab, ut semel iis diebus Sacerdos vespere ad baptizandos procedat; & quid sibi vult Fidejussorum nomen?

Cap 4. Cur præcepit, ut Sacerdos procedat cum habitu splendido, & luminaribus, & thuribulo, & cetera, quæ tum fieri jussit?

Cap. 5. Quare cum ex eodem cornu (vase scilicet, ubi chrisma asservatur) signamus, & ungimus, baptizamus, & perficimus, id non semel facimus, sed quater; & si oleum, quod in cornu est, Sanctum est, quid opus, ut aliud oleum Sacerdos consecret, & aquas baptismi? Cumque Spiritus Sanctus super aquas descendat, cur indigent, ut oleo, quod in cornu est, obsignentur?

Cap. 6. Cur præcepit, ut cum Baptizandi obsignantur, Fidejussores

obversantes fecit; duoque vela ex iis pendere jussit, ut ab altaris aspectu, vesperarum feriis, populum arcerent. Metropolitas autem, & Episcopos CXXXIV. ab ipso

fores novo eos linteo contegant? & quare, ait, Evangelium in Baptismo legunt; & quare nonnulli id intra Baptisterium legunt, alii extra?

*Cap.*8. Cur præcepit, ut antequam Sacerdos obsignet Baptizatos, aqua e sacro fonte dimittatur, & quid significat postrema manus impositio, & reliqua, quæ hic fiunt?

*Cap.*9. Quare Sacerdos linteo caput suum tegit cum baptizat; sacrum autem peragens, caput detegit?

Liber VI. De officio consecrationis Ecclesiæ. *Cap.*1. Quare cum Ecclesiæ consecratio officia omnia ipsumque etiam baptismum præcedat, Jesujabus tamen principium Codicis (officii Ecclesiastici) Annunciationem esse voluit, & in Resurrectione Baptismum introduxit, & in fine circuli posuit consecrationem Ecclesiæ; & quid sibi vult consecratio?

*Cap.*2. Cur præcepit, ut Dominica die consecretur Ecclesia; utque eadem candidis paramentis ornetur; vela autem ad Cancellos minimè appendantur?

*Cap.*3. Cur Altare superimponitur gradibus; & quare a nonnullis induitur initio consecrationis, ab aliis verò nudatur, donec consecretur; & quare, siquidem vetus est, illud lavant; sin vero novum, nequaquam?

*Cap.*4. Quare hic præcepit, ut Presbyteri, & Diaconi intra cancellos stent, populus autem in templò?

Cap 5. Quare noctu cancellos ingrediuntur, & sex Jaculatorias aliaque recitant, cum populus extra cancellos maneat; & quare in Bema non ascendunt?

*Cap.*6. Cur mane vela appendunt, & hora 3. ad Liturgiam conveniunt, & Episcopus una cum Clero cancellos ingressus Sacrum incipit?

*Cap.*7. Quid significat oleum, quod hic Episcopus consecrat; & quid mysticè designant reliqua quæ ibidem peraguntur?

*Cap.*8. Cur statuit Jesujabus commemorationem Dominæ Mariæ post Nativitatem, & Joannis Baptistæ post Epiphaniam, & Confessorum Martyrumque post Resurrectionem, & feriam VI. auri in prima Hebdomada Apostolorum, & commemorationem Apostolorum in fine hebdomadæ, quæ ipsorum nomine appellatur? & quare præcepit, ut binæ Apostolorum fierent commemorationes, altera post alteram, Petri scilicet Sociorumque, & Evangelistarum, nec non Stephani & Doctorum; & quare ceteras commemorationes in fine circuli disposuit?

Li-

ipso ordinatos ferunt. Cœnobio Bet-Sahadæ concessisse dicitur privilegium, ut ab Episcopali potestate exem-

Liber VII. De Exequiis & commemoratione Defunctorum.

*Cap.*1. Quare defunctis magnum deferimus honorem, precibus eos cohonestamus, & ad tumulum deducimus, cum tandem in corruptionem abituri sint?

*Cap.*2. Quare antequam defunctos ex ædibus efferamus, Cathismata super eis recitamus, unicuique ordini proprium Cathisma addentes, & Laicis quidem duo dumtaxat Cathismata, Ecclesiasticis vero singulis proprium Cathisma? in singulis autem Cathismatibus mulieres canunt; hoc est hymnos canit cantor, qui mulierum vices gerit.

*Cap.*3. Cur post Cathismata leguntur lectiones; & quare pro laico legitur ex Pentateucho, & Prophetis dumtaxat; pro Diacono additur Apostolus; pro Presbytero iisque qui supra Presbyterum sunt, Evangelium; & quare nonnulli legunt Evangelium pro Diacono, alii secus; & quare cancellos intrant, Sanctumque percipiunt?

Hucusque Codex Syr. Vaticanus XXXI. qui exaratus dicitur a Presbytero Petro Sidoniensi filio Joannis, filii David, filii Abunasri an Græc. MDLXXVIII. Chr. MCCLXVII. die 30. Julii. Quæ sequuntur capita in altero Codice Syriaco recentiori descripta sunt.

*Cap.*4. Cur hic in officio (cum Psalmis, & hymnis) efferunt defunctum usque ad tumulum; & quamobrem in duos dispertiti choros incedunt; & quare cum canticum dicunt, stant, & cum procedunt, silent; & quare cum cantum mutant, stat chorus uterque?

*Cap.*5. Quare cum ad tumulum deveniunt, dicunt Anaphoram? & quare hanc dicit ille, qui præest; & quare hic canunt *Gloria*, & intonant proclamationem, deinde dicunt Carmen, vel sectionem?

Cap:6. Cur tertia die, non secunda, fit commemoratio defunctorum; & quare item 7. die, & 15. & in fine mensis?

Caput unicum. De Matrimonio. Quid significant Sponsalia, & nuptiæ?

Syllabum Tractatus Georgii exscripsi, pro Disciplina Ecclesiæ Chaldaicæ, & Nestorianæ internoscenda.

Hujus demum Georgii *Fides* Arabica refertur ab Amro in Libro, quem *Turrim* inscripsit, vid. *tom.*2. *Bibl. pag.*509.

Circa eadem tempora, sive an. Chr. DCCCCL. claruit Cyriacus Nestorianus scriptor Exstat. Cod. MS. Arab. Vatic. 29 *pag.*210. ejus responsio ad dissertationem Jahiæ, sive Joannis Tagritensis, adversus Nestorianos. Ejusdem Cyriaci hymnus Syriacus de *Machabæis* habetur in *Cod. Syr. Amid.* I. vid. Asseman. *tom.*3. *pag.*517.

ptum, Patriarchali dumtaxat jurisdictioni subjaceret. Asseman. *tom.2. pag.442. & tom.3. pag.199. & seqq.* (1)

LXII.

(1) Sobensis in Catal. *cap.*134. Ebediesu fecisse, scribit, Interpretationes, sive homilias ad populum: & opus de *Causis*, idest, de judiciis.

Claruit sub eo Abulhasanus filius Bahlului, Syris Jesu, sive Josue, Arabibus *Isa*: Hic a Soben. *cap.*176 Catalogi Lexicon Syriacum composuisse dicitur ex multis collectum libris. Exstat hoc lexicon (ita Hottinger. in Bibliothecario Quadripartito *pag.*230.) Syro-Arabicum Cantabrigiæ ms. quod magnam partem Lexico jam Londinensi inseritur.

Circa eadem tempora claruit Elias Bar-Canus Cascaræ Episcopus, qui obiit triduo antequam Synodus ad electionem Maris Bar-Tobe habita fuisset, & in cella Patriarchali in Ædibus Romæorum sepultus fuit. Hic fecit, teste Soben. *cap.*180. Catal., Benedictiones, & orationes: disseruitque de usu Psalmorum, deque Sacramentis Ecclesiasticis. Variæ exstant, anonymo auctore, Benedictiones in Ritualibus Libris Chaldæorum, uti videre est in Codd. mss. qui Romæ in Bibliothecis Vaticana, & Collegii Urbani adservantur.

Emanuel Doctor, sive Magister Scholæ S. Gabrielis in cœnobio Mosulano cognomento *Schiabarus* claruit circa an. DCCCCLXIII. Scripsit Carmina XXVIII. partim heptasyllabo, partim dodecasyllabo metro; quorum primum est de *Verbi Incarnatione*, in illud, *in principio erat Verbum*. 14. sequentia de opere sex dierum. 16. de libero arbitrio. 17. de Christi adventu. De visione Moysis in monte Synai. 19. 20. 21. 22. 23. De dispensatione, miraculis, verbis & doctrina Christi. 24 De veritate christianæ fidei. 25. De resurrectione mortuorum. 26. De anima. 27. De vita æterna. 28: De Baptismo. Exstat in Vaticana Codex nitidissimè exaratus a Joanne Diacono sub Elia Patriarcha 18. Febr. an. Græc. MMXVIII. Chr. MDCCVII. Assem. *tom.*3. *pag.*277.

Gabriel in Perside Episcopus Sabochostæ, ubi erat Sedes Metropolitana Persarum, an. DCCCCLX. edidit quæstiones, documenta, disputationes, Interpretationes, & Paracleticos sermones. Asseman. loc. cit.

Jesujabus ex Hadathæ Episcopo in locum Georgii Arbelensis a Mari Tobe ordinatus, floruit per hæc tempora, & exstant in *Cod. Syr. Amid.* 3. quinque hymni de defunctis Sacerdotibus, Diaconis, & Clericis ab eodem compositi. Assem. *cit. pag.*540.

Abdiesus cognomento *Schiabarus* Emanuelis Doctoris frater claruit: Exstat Syriacum ejus carmen de S. Michaele, & de Discipulis S. Eugenii Martyris. Assem. *cit. pag.*540.

Sabarjesus Presbyter, Pauli Mosulani filius circa eadem tempora cla-

LXII. MARES BAR-TOBI.

IN urbe Mosul natus, scriba in aula Naser-Addaulæ, deinde Monachus, Presbyter, & præfectus cœnobio Saidi in urbe Mosul, ejusque regionis visitator, mox Persidis Metropolita, demum Patriarcha (1) ordinatus est Dominica 6. quadragesimæ die 17. Aprilis an. Christi DCCCCLXXXVII. a Metropolitis Ananiesu Gandisapor, Georgio Mosul, Nestorio Beth-Garmæ, Joanne Halavanæ, aliisque XVII. Episcopis. Eo die Episcopos Hephtonæ, & Ægypti perfecit. Hic primus fuit, qui diploma Patriarchatus a Chalipha postulavit. Vir fuit sacræ eruditionis rituumque Ecclesiasticorum omnino

clarus scripsit *Carmen* de jejunio. Benedictionem, seu dimissionem populi in fine Liturgiæ. Disputationem cum Judæo de Christo, ubi adversus Jacobitas tractatum exhibet. Vid. Assem. *cit. pag.*541.

Abusahelus medicus, cognomento *Masihi*, idest christianus, obiit an. Ch. DCCCCLXXXVIII. De quo Abulpharagius in hist. Dyn. *pag.*233. hæc " Ferunt Doctoris „ Abu-Ali Avicennæ præceptorem „ in arte medica fuisse Abusahelum Al-Masihi, qui & medicus „ insignis fuit, & Dialecticus, „ veterum Scientiarum callens, in „ regione Chorasana inclytus, cui „ celebre systema est, titulo, Majat Chetab, idest 100. libri. „ Obiit annos 40. natus „ Hujus locum Samsam addaules frater occupavit. Assem. *cit. pag.*540.

(1) Cum enim Elias Cascaræ Episcopus ad Patriarchæ Electionem Patres convocasset, omnesque præter Mosulanum Metropolitam adfuissent, obiit Elias, ejusque exequias celebrarunt Episcopi an. Heg. CCCLXXVI., quo die Georgius Mosulanus Metropolita Bagdadum advenerat. Sedem itaque custodivit Episcopus Zuabiæ Salomon; tertia ab obitu Cascaren. die Synodus habita fuit de eligendo Patriarcha in cella Catholici in ædibus Romæorum: Et alii quidem Georgium Mosulanum, alii Marim Persidis Metropolitam volebant. Re delata ad Sciaraf-Addaulem Saraceni Chaliphæ Supremum administrum, hic Marim jussit ordinari. Adiit de more ædes S. Maris; feria autem VI. Bagdadum rediit, a civibus exceptus: Abadenses vero eum excepere dominica sequente: & Monachi cœno-

rudis. Plurimos autem (1) Episcopos ordinavit. Obiit an. Græc. MCCCXI. Chr. DCCCCXCIX. cum annos lunares XIV. sedisset. Cadaver in ædibus Romæorum in loculo ad latus altaris depositum (2).

LXIII. JOANNES.

EX oppido Gedan, primum Monachus in cœnobio Cascaræ, quod & Catholici, ac Sedis dicitur, deinde Episcopus Senæ, postea Metropolita Persidis, demum subornato Behaddaule Scirasi Principe ab Episcopis ad id coactis ordinatus Patriarcha an. Chr. MI. ipso consecrationis die complures Diaconos ordinavit. Damasci Metropolitam ab excommunicatione absolvit: mox cœnobium S. Maris, deinde cœnobium sedis petiit, exceptusque fuit a Bagdadensibus simul, & Abadensibus, Dominica I. Dedicationis Ecclesiæ; Dominica sequente a Cœnobitis S. Phetionis: ubi Jesujabum Metropolitam Mosulanum a suspensione absolvit, qua is multatus fuerat, quod ad Synodum vocatus venire neglexisset: demum ad aulam Chaliphæ se contulit, ut ab eo diploma obtineret. Barhebræus in Chronico scri-

nobii S. Phetionis feria IV. ejusdem hebdomadæ. Quinta denique feria Ædes Chaliphæ petiit, a quo diploma obtinuit.

(1) Item Metropolitas instituit, quos inter Salomonem ex Episcopo Zuabiæ Metropolitam Persidis instituit. Vid. Assem. *tom.* 2. *pag.* 443.

(2) Sub Mari claruit Abraham Episcopus Bassoræ, ex Episcopo scilicet Schiaharzur post Josephi obitum ad Bassoræ Metropolim promotus; hic, teste Soben. *c.* 106. Catalogi, composuit Epistolas, & librum expositionis verborum præstantium (Ecchell. legit, & vertit, *obscuriorum*) Theodori commentatoris. Floruit item Catarensis, qui elaboravit elucidationem totius novi Testamenti, nec non legis, sive Pentateuchi, & omnium Prophetarum, præter elucidationem Judicum. Ebed. *cap.* 107.

ſcribit Joannem fuiſſe non modo ſectæ Jacobiticæ inimicum, ſed etiam ipſis Neſtorianis odioſum, propterea quod Saporem diſcipulum ſuum flagitiis & impudicitiis addictum, & ſæpe a Bagdadenſibus accuſatum adduci numquam potuerit, ut reprehenderet, aut damnaret: Neſtorium verò Beth-Garmæ Metropolitam, qui eam Eccleſiam per annos XL. rexerat, a ſuo grege ſtatim ac delatus eſt, Epiſcopatu dejecit (1).

Sub eo Turci interiores Orientem inter & Septentrionem habitantes Neſtorianam Sectam amplexi ſunt, opera Ebedieſu Metropolitæ Maru, qui hac de re ſcripſerat ad hunc Joannem (2). Vid. Aſſem. *tom.*2. *pag.*444. *&* *tom.*4. *a pag.*484. ubi de hac converſione plura habet, *&* *pag.*486.

LXIV.

(1) Quamobrem Ali filius Iſæ, qui & David Abul-Hoſain egregius medicus, cujus liber de Medicina *Memoriale* inſcriptus exſtat, Neſtoriana ſecta relicta, fidem Græcorum amplexus eſt. Aſſem. *tom.*2. *pag.*445.

(2) Venerunt litteræ (ſcribit Amrus in vita Joannis) ab Ebedieſu ad Joannem Metropolitam, Maru Archidiaconus quidam Mahometanam Sectam amplexus, Eccleſiam in Meſchitam mutavit. Paucis poſt diebus ſerpente per membra cancro extinctus eſt, & Eccleſia reſtituta. Turcorum etiam Rex quidam Chriſtiana ſacra ſuſcepit, quem ducenta millia hominum ſecuta ſunt. Hujus rei cauſa hæc fuit: quod ſcilicet ad venationem die quodam profectus, & viarum anfractibus implicitus, cum de exitu deſperaret, repente pone ſequentem virum vidit, qui ab ea difficultate illum ſe liberaturum ſpopondit. Rogatus, ut nomen ediceret; Ego, inquit, ſum Mar Sergius: præcepitque ut Chriſtianus continuo fieret. Subdidit, ut oculos clauderet: quibus poſt paulo apertis, reperit ſe ſuo exercitui reſtitutum. Ea re obſtupefactus, de Chriſtianorum religione, precandi ritu, & Codice legis ſciſcitari cæpit, didicitque *Pater noſter, qui es in cælis*, &, *Tibi Domine Univerſorum*, &, *Sanctus Deus*. Datis quoque, ut ipſe Metropolita ſcribebat, ad ipſum literis, poſtulavit, ut ſe accederet. Veſcuntur autem carnibus & lacte. Conſtruxit ergo Rex ibi Tabulam in modum Altaris, Crucemque & Evangelium ſuperimpoſuit, & ſancto Sergio dedicavit: Saxum etiam

LXIV. JOANNES ABU-ISA.

POst Joannem, qui obiit media nocte fer. 3. Jejunii Virginum die 8. Januar. an. Græc. MCCCXXIII. hoc eſt, die 10. Gemmadi poſterioris anni Hegyr. CCCCII. (juxta Barhebræum an. Hegyr. CCCC. Græc. MCCCXXIII. die 2. Decembris fer. 3.) per ſortem Electus

etiam alligavit, plenumque lacte vaſculum inter Evangelium, & Crucem ponebat, recitatiſque quas memoria ſuggerebat precibus, Crucis figura ſignabat, inde ipſe unum hauſtum ſugebat, ſequebantur ceteri. Quod & *Metropolita, ut illis fieri permitteretur*, Patriarcham rogavit, quandoquidem triticum ipſis non ſuppeteret. Præcepit autem Patriarcha, ut triticum ipſis parare ſatageret pro Paſchatis Feſto, ſimiliter & vinum: utque in jejunio a carnibus abſtinerent, & lacte dumtaxat veſcerentur. Et quoniam acido lacti aſſueverant, dulci in poſterum uterentur, ut mores ſuos mutarent. Barhebræus verba epiſtolæ Ebedieſu hæc deſcribit " Rex populi, qui Berita „ (in aliis exemplaribus Cheritha, ſeu Cherit) appellatur, „ hoc eſt Turcorum interiorum „ Orientem inter & Septentrionem habitantium, cum in excelſo regionis ſuæ monte aliquando venaretur, in medium „ immenſæ nivis progreſſus a „ via aberravit. Cumque ſalutis „ ſpem abjeciſſet, quendam Sanctum in viſione ſibi apparentem „ vidit hæc ad ipſum ajentem. „ Si credis in Chriſtum, ego viam „ ſibi monſtrabo, ne hic pereas. „ Promiſit Rex ſe ovem in chriſtiano ovili futurum, ille vero „ dirigens eum, in planam viam „ reduxit. Reverſus itaque in ſua „ Tabernacula, Chriſtianos mercatores inibi commorantes arceſſivit, de fide cum iis quærens. „ Cum vero ab iis accepiſſet, „ niſi Baptiſmo hominem perfici non poſſe, Evangelium quidem ab eis accepit, cui cultum quotidie exhibet: nunc „ autem legatum ad me miſit, „ ut ipſum adirem, aut Sacerdotem deſtinarem, qui eum „ baptizaret. De jejunio vero me „ interrogavit inquiens: præter „ carnem, & lac nullus nobis „ ſuppetit cibus: quomodo ergo „ jejunabimus? demum ſubjunxit „ ad 200. millia eos eſſe, qui „ cum ipſo credidere „ Ad hæc Catholicus Metropolitæ ſic reſcripſit (ſubjicit Barhebræus): ut ſcilicet duos Presbyteros, Diaconoſque mitteret, & cum ipſis vaſa altaris, qui eo profecti, quotquot crediderant, baptizarent, docerentque eos ritus Chriſtianorum

ctus fuit Joannes cognomento Abu-Isa ben-Abraham, ben-Nazuch, sive Nazul ex Maaltaja Monachus, & Archimandrita cœnobii Jesujabi in ditione Nuhadrensi, quem Mares exeunte an'. Hegyr. CCCLXXVII. Hirtæ Episcopum ordinaverat. Descripta autem fuerunt nomina Gabrielis Episcopi Anbaræ, Johannis Monachi, & Eliæ Monachi pariter Cœnobii S. Hormisdæ, atque Gabrielis Monachi Cœnobii Nechelensis: ast Joannis Nazuch sorte nomen extractum fuit; manumque ei imposuit Ema-

norum, utque in jejunio dominico ab esu carnis abstinerent: permittentes eis, ut lac dumtaxat biberent, siquidem cibi Quadragesimales in eorum regione, ut ajunt, non exstant.

Ex his perspicuum est 1. christianos mercatores inter eos Turcos versatos fuisse antequam illi fidem nostram susciperent. 2. Regem Turcorum unacum 200. millibus sub Ebediesu Maruensi, & Joanne Patriarcha initio anni MI. Christianis sacris imbutum. 3. Preces a Laicis christianis eo sæculo apud Nestorianos usurpatas, eas esse, quas Mares in vita Joannis memorat, nimirum, *Pater noster etc. Trisagius hymnus*, & precatio illa, quæ incipit " Tibi, Domine universorum &c. " quam S. Symeon Seleuciæ Archiepiscopus composuit, ut adnotatur in officio Chaldæorum. Denique abstinentiam a carnibus in jejunio Quadragesimali per eadem tempora omnino necessariam ab Joanne Patriarcha existimatam fuise.

Turcorum horum Regis nomen tum fuisse Johannem, vulgo ferunt. Verum cum Rex ille unacum Turcorum gente circa annum Christi M. sacra christiana susceperit: *Ungh-Chanus* vero, seu Presbyter Joannes anno MCCII a Ginghiz-Chano Tartarorum Imperatore vita simul ac regno privatus sit: apparet, ante Ungh-Chanum alios christianis Turcis Reges præfuisse, quorum omnium nomina apud Syros, Arabesve historicos non habemus. Præterea qui Marco Paulo Veneto *lib.*1. *cap.*51. Unch-Chanus a Chinchis-Chano an. MCLXXXVII. devictus dicitur; eum Vincentius Bellovacen. *lib.*29. *cap.*89. Davidem Joannis Presbyteri filium vocat: adeoque verisimile existimo, Unch-Chani, seu Joannis Imperatoris, nomen primo illi Turcorum Regi ad Christi fidem converso impositum, ceteris ejus successoribus eo pacto adhæsisse, quo Cæsaris & Augusti titulus Romanis Imperatoribus. Hæc Asseman. *tom.*4. *pag.*486.

Emanuel Gandisapor præsentibus aliis duobus Metropolitis, & XII. Episcopis, ductusque ad ædes Chaliphæ diploma obtinuit: tum plures Diaconos ea die ordinavit, & Gabrielem ex Episcopo Arzunensi, Metropolitam Mosul instituit; plures Episcopos perfecit; tum ad cœnobium S. Maris perrexit, deinde Bagdadum regressus, in Ecclesiis S. Phetionis, & S. Symeonis Barsaboe exceptus fuit. Episcopos depositos suis sedibus restituit, aliosque ex una Sede in alteram absque necessitate transtulit.

Obiit die 23. Julii an. Græc. MCCCXXXI. Christi MCC. Cadaver in ædibus Romæorum ad dexteram Altaris conditum (1).

LXV.

(1) Joanne Nazuch Patriarchatum gerente vexari sunt christiani in Ægypto ac Syria: Ecclesiæ Hierosolymis eversæ, Templorum Supellectiles direptæ: christiani crucem ligneam quinarum librarum, Judæi vituli caput haud exiguæ molis e collo suspensa gestare coacti sunt: quocirca complures ad Sectam Mahometanam transiere. Causa malorum hæc proditur, quod laici quidem præscripta legis violarent, Sacerdotes vero turpem vitam ducerent, nec Altaria, Ecclesias, aut Sanctuaria vererentur. Porro Episcopus Ægypti narrabat, summam Ecclesiarum atque cœnobiorum, quæ in Occidente destructa fuerant, 40. circiter millia fuisse, nec nisi exiguo admodum numero christianos ibi superfuisse. Hæc Mares; qui de persecutione mota a Calipha Ægypti Hachemo Bamrilla, de qua Auctor chronici Orientalis ab Abrahamo Ecchellensi editi, " christianos „ (scribit) & Judæos summope„ re afflixit, eorum destruxit Ec„ clesias, Præsules occidit, & „ subdidit suppliciis, itaut ingens „ eorum numerus Moslemanam „ religionem amplexari coactus „ sit „.

LXV. JESUJABUS.

Ezechielis Filius ex Dorkena, in Schola Maris institutus, Episcopus Cosræ, & Naharvanæ ab Ebediesu ordinatus, præfatæ scholæ Rector & visitator post Joannis obitum, subornatis nonnullis Saracenorum Christianorumque primoribus sub Alkadero Chalipha an. Arabum CCCCI. cum vigilia nequaquam præmissa fuisset, hoc est, vespertinis nocturnisque officiis minime persolutis, ordinatus est. Manum ei imposuere Metropolitæ Mosuli, Beth-Garmæ, & Halavanæ, præsentibus XII. Episcopis, Episcopo Anbaræ Evangelium super eum legente. Obiit mense Julio an. Chr. MXXV. cum annos sedisset quatuor, mens. sex, *in Ecclesia Sedis in ædibus Romæorum sepultus*.

LXVI. ELIAS.

Ex oppido Gedan, a Johanne Episcopus Tyrhanæ ordinatus, post Jesujabum, tertio ab ejusdem obitu anno, per sortem electus, & Patriarcha consecratus die Dominica tertia Apostolorum, 16. Junii an. Ch. MXXVIII. Obiit 6. Maji an. Chr. MXLIX. Cadaver in ædibus Romæorum conditum. Tertio itaque ab obitu Jesujabi anno, pacatis dissensionibus & bellis civilibus, (quo tempore defuncto Cascarensi Episcopo, sedis custodiam tenuit Ezechiel Naamaniæ Episcopus) Benattibus, qui summum honoris gradum apud Gelaloddinum Principem, qui Babyloniam, universamque Arak occupaverat, obtinebat, Patres in Ecclesia apud ædes Romæorum ad Synodum vocavit. In ea post multas altercationes electi fuere Elias Tyrhanæ, Ezechiel Naamaniæ, & Abu-

ſaidi Archimandrita Cœnobii Eliæ. Horum nomina in ſchedulas relata fuere, & per triduum publicæ in Eccleſia habitæ ſunt preces. Sors in Synodo favit Eliæ, qui unacum Synodo Modainam progreſſus, ibidem conſecratus fuit; ſimulque Joannem Targali filium ordinavit Epiſcopum Koſræ & Naharvanæ; deinde Nahardairæ, & Heptonæ Epiſcopos perfecit. Poſtremo Bagdadum reverſus ſolemni pompa exceptus eſt in Eccleſia Sabæ.

Synodum eod. an. MXXVIII. celebravit, in qua Patribus conſentientibus volumen breve conſcripſit, in quo Canones collegit, conſtitutiones, & judicia, ad Religionem ſpectantia continentes. Alterum quoque eadem brevitate ſcripſit librum in XXII. Capita diviſum de fundamentis, ſeu principiis Religionis; Altaris quoque conſecrationem adjecit. In prolixa concione veſperarum commemorationem Patrum, & Fratrum noſtrorum (verba ſunt Maris hiſtoric. Neſtoriani) addidit. Adorationem itidem Pentecoſtes die peragendam decrevit, atque in veteri Eccleſia etiam celebravit. Tractatus (1) Grammaticos confecit. Sub finem vitæ tantum virium defectum paſſus eſt, ut Epiſcopum Rahabæ conſecraturus, nonniſi Sellæ inſidens calceiſque communibus uſus id efficere valuerit.

Obiit an. Chr. MXLIX. Cadaver in ædibus Romæorum ſepultum. Aſſemanus *tom. 2. pag. 446. tom. 3. pag. 262.* (2)

LXVII.

(1) Exſtat unus de *Punctis* ſub Eliæ Catholici nomine, quem Joannes Bar-Zugbi ſuæ Grammaticæ inſeruit.

(2) Floruit ſub hoc Patriarcha Elias Barſinæus: Hic ex Monacho in cœnobio S. Michaelis apud urbem

LXVII. JOANNES.

TArgali filius, Bagdadensis, ab Elia Episcopus Kosræ ordinatus, post Eliæ obitum in Synodo a Mare Cascaræ Episcopo, & Sedis custode indicta communibus suffragiis Patriarcha renunciatus fuit Dominica III. Annunciationis (adventus) an. Hegyr. CCCCXLI. Turcis primum, deinde Chorasanitis Bagdadum invadentibus, in Dorkenam semel iterumque secessit: mox ad eandem urbem regressus, cellam Patriarchalem, quam Aedes Romæorum appellabant, a barbaris dire-

bem Mosul a Joanne Nazuch Episcopus Nisibenus ordinatus, Jesujabo Ezechielis filio fortiter restitit, illum ut Simoniacum traducens, ejusque irritam ordinationem contendens. Tempore Eliæ I. disputationem habuit cum Hosaino Abucasemo Mahometano, quam in septem sessiones tributam nuncupavit Saedo Abulahæ, adjecta ad ejus calcem Abdallahæ Abulpharagii Ben-attibi Presbyteri approbatione. Sobensis in Catalogo *Cap.* 183. sequentia opera Barsinæi recenset. 1. Annales 2. orationes; notat Patruus ibid. quod. in cod. 7. Amid. extent hujus Nisibeni precatio ordine Alphabetico; ejusque homiliæ VI. feria tertia, & quarta Rogationum recitandæ. III. opus Eliæ hujus Nisibeni fertur Grammatica Syriaca, quæ, observante Patruo, usque ad Eliæ ætatem fuit imperfecta & rudis; primus autem, qui illam methodo accuratiori tradidit, fuit Johannes Bar-Zugbi *Monachus*, & *Presbyter* in cœnobio Cochensi; post hunc Gregorius Barhebræus; deinde recentiores Georgius Amira, Isaac Sciadrensis & Abraham Ecchellensis. Tota Eliæ Grammatica, quæ exstat in Cod. Syr. Ecchellen. 27. decem titulis comprehenditur 1. De literis Alphabeti. 2. De literis, quæ moventur, & quiescentibus. 3. De literis radicalibus, & servilibus. 4. De casibus. 5. De asperis, & lenibus. 6. De literis, quæ occultantur, hoc est scribuntur quidem, non tamen proferuntur. 7. De literis, quæ invicem permutantur. 8. De punctis, quæ pluralem numerum indicant. 9. De pronunciatione literarum. 10. De casibus. Grammaticæ Eliæ in cit. Cod. Ecchellen. subjungitur ejusdem Eliæ Nomenclator Syro-Arabicus, non ordine quidem Alphabetico, sed per materias & capita XXX. dispo-

ptam instauravit : ibique diem clausit anno Hegyr. CCCCXLIX. Græc. MCCCLXVIII. Christi MLVII. cum VII. an. cum aliquot mensibus sedisset. Cadaver ibidem conditum. Vacavit sedes annos III. Assemanus *tom.* 2. *pag.* 447.

LXVIII.

situs. Eundem addita latina interpretatione, typis S. Congreg. de Prop. Fide, suppresso licet Eliæ nomine, F. Thomas a Novaria edidit an. Chr. MDCXXXVI. in 8.

Quartum opus Eliæ Nisibeni recenset Sobensis " quatuor libros „ continentes decisionem judicio- „ rum Ecclesiasticorum „ v. Tractatus de hæreditatibus, quem ex Arabico in Syriaco conversum, suo operi inseruit idem Sobensis in Epitome Canonum *part.* 3. Cui hanc præfationem præmisit " Tractatus tertius de hære- „ ditatum divisione. Cum spon- „ salium atque matrimoniorum „ res divisionem hæreditatum na- „ tura antecedat, meritò illam „ huic præmittimus. Sed quo- „ niam leges circa divisionem „ hæreditatum a Patribus,qui Ca- „ nones condiderunt, eorumque „ Successoribus in plurima capita „ digestæ fuere, inde perperam „ colligunt indocti, ordinem di- „ videndarum hæreditatum in „ S. Ecclesia confusum atque per- „ turbatum. Recta quippe divisio „ unam sequitur Regulam. Prop- „ terea operæ prætium erit, in- „ dicare, quinam fuerint legum „ conditores, quinam vero col- „ lectores, & tractatores, qui „ illarum inter se discordiam & „ contradictionem conciliare, at- „ que componere studuerunt, ut „ una omnem Orientis Ecclesiam „ regula contineat. Patres ita- „ que Ecclesiastici, qui statuta & „ leges post SS. Apostolos scribe- „ re aggressi sunt, CCCXVIII. Oe- „ cumenici fuerunt (ante Nicænos Patres in Conciliis Ancyrano, & Neocæsarien, quæ apud Orientales nota sunt, communiterque recepta, canones conditos fuisse, miror, quod Sobensis ignoraverit) si- „ cut Maruthas Episcopus Mai- „ pheractæ tradit: pauloque post „ consecuta Synodus CL. PP. Con- „ stantinopoli congregata. Se- „ quiori adhuc ævo alias adjecit „ leges Ambrosius Mediolanensis „ Episcopus, ab Imperatore Va- „ lentiniano jussus scribere statuta „ Præfectis locorum. (Undenam id hauserit Soben, incertum. Leges, quæ Valentiniani nomen præferunt, non alia videntur ratione Ambrosio tributæ, quam quod ei æquales fuerint, & aliqua negotia jussu Valentiniani suscepisse Ambrosium, ex Historia Ecclesiastica compertum „ sit). Inter christianos præterea „ Principes leges, & jura scri- „ psere

LXVIII. SABARJESUS, QUI ET ZANBUR.

POst obitum Targali Eugenius Naamaniæ Episcopus Sedem custodivit per tres circiter annos, eoque mortuo, Mares Nipharæ, & Nili Episcopus Custos fuit. Patres itaque in Synodo congregati per sortem Catholicum renunciare decreverunt; ast Abusaidi Asphahanensis opera ad Sultanum ire jussi, & Sabarjesu,

" psere Constantinus ille magnus, " Theodosius, & Leo idque sicut nobis traditum est, in Occidente præstitere. In Oriente " verò nostro idipsum aggressi " sunt Jesubodus Metropolita " Persidis, Timothæus, & Josue " Bar-Nun-Catholici, nec non " Simeon Persidis, & Ebediesu " Assyriæ Metropolita. Et hi quidemcomposuere, atque scripsere judiciorum leges ampla, & " universali methodo. Fuerunt " porro alii, qui summatim, & " per compendium eandem materiam pertractarunt: quemadmodum videre est in Canonibus Mar-Abæ, & Jesujabi, ac " Joannis, atque in Epistola Mar " Ananiesu Catholici. Et hi quidem legum & Canonum fuere " auctores, sicut ex libris Synodicis didicimus. Prisci autem " canonum legumque collectores " fuere Gabriel Metropolita Bassoræ, qui prædictorum Auctorum omnium sensa uno volumine collegisse contentus, canones usu receptos ab exoletis, " & antiquatis minime distinxit.

" Alter vero Religiosus Mar Elias " Patriarcha extitit, qui idem " opus aggressus, prædictorum " sententias unico eoque admirabili tractatu fuse retulit: deinde postquam decretorum varietatem, & contradictionem " demonstravit, ita demum sicut " sapiens Pictor ex variis diversisque coloribus unicam pulcherrimam atque elegantissimam imaginem efformat, sic " beatus his splendoribus & radiis ex illorum SS. PP. Doctrina micantibus lucidissimam " lampadem conflatam super Ecclesiæ candelabrum collocavit, " quæ per devia errantes in hac " mateira de divisione hæreditatum ad hanc regiam, & offendiculis præpurgatam viam manuduceret. Adeo ut etiam Religiosissimo Eliæ Soben, viro " nempe accuratissimo, & acutissimo visum fuerit præcipere, " ut omissis ceteris de divisione " hæreditatum tractatibus, omnes, qui veritatem amarent, " hanc unam sequerentur semitam. Ego vero, ut Lectorem " inu-

jesu, qui Beth-Garmensis, in Schola S. Maris educatus fuerat, & Metropolita Gandisapor erat, Patriarcham instituere, hunc renunciatum & electum ad ædes Chaliphæ deduxerunt; a Calipha obtento diplomate Sabarjesu ipsum Modainæ consecrarunt Domin. 3. Æstatis, die 23. Aug. an. Hegyr. CCCCLIII. Græc. MCCCLXXIV. Chri-

„ inutili labore liberem, Decisiones illas describam, quas „ religiosus Mar-Elias Soben. diligenter & accurate collegit ex „ opere f. mem. Eliæ Patriarchæ: „ ipsamque ejusdem Epistolam, „ quæ in .xxv. capita dividitur, „ integra fide in Syriacum sermonem ex Arabico convertam: „ itaut harum rerum veritas certa, & stabilis innotescat, judiciaque, non ex arbitraria deliberatione, perturbatoque juris ordine peragantur. Ad rectam quippe rationis regulam, „ & certam juris normam Judiciorum ordo exactus est, atque in posterum exigendus in „ universa orientis Ecclesia. Studio itaque diligentiaque geminorum horum beatorum Patrum Eliæ, inquam, & Eliæ, „ requiem accepere Ecclesiarum „ Rectores, ne in posterum ob „ sententiarum varietatem anxii „ hærerent, neve a recto itinere „ aberrarent. Quæ ut planiora „ fiant, Sobensis (Eliæ) verba „ hic attexenda duximus. Si quis, „ inquit, leges, olim constitutas circa divisionem hæreditatum, examinaverit, quæ videlicet a majoribus nostris inventæ sunt, ab Ananiesu, inquam „ Timotheo, Josue Bar-Nun, & „ Joanne Catholicis, atque a „ Simeone Jesuboćto, & Ebediesu Metropolitis, vel eas, quæ „ a Constantino, Theodosio, ac „ Leone RR. Impp. latæ fuerunt, „ atque easdem accurate expenderit; animadvertet profecto „ collatione facta, eas in pluribus variare, seque invicem oppugnare, & convellere: cum „ nimirum, nec naturæ, nec rationis ordinem sequantur. Quare necesse est Lectorem inde „ perplexum anxiumque manere, „ & in varios errores impingere „ dum ignorat, quam nam ex „ illis teneat, quamnam vero deserat, & rejiciat; cum vero Deus „ spirituali Patri Mar Eliæ Patriarchæ, cujus animæ requiem „ oramus, hanc contulisset gratiam, istorum BB. PP. de ea „ materia sententias exploravit, „ & diligenter expendit: divina „ mox virtute fretus, post diligentissimum earundem examen, „ atque singulorum inter se textuum collationem, prædictas leges ad rationis normam exegit, & singulas coordinavit, „ prout justum, & æquum visum „ fuit,

Christi MLXIII. Sabarjesu, antequam Sacramenta conficeret, Modainæ plures Metropolitas, & Episcopos ordinavit. Decrevit ut Metropolita Nisibis in electione Patriarchæ suffragium haberet: idque in gratiam Ebediesu

„ fuit, & naturali Spiritualique „ legi consentaneum, ac præsentibus temporibus accomodatum; prudentiam intelligentibus adjiciens, & sapientiam quærentibus semitam demonstrans. Illam itaque legum prolixitatem intra unius Tractatus „ compendium contraxit, quod „ S. Ecclesiæ thesaurus præstantissimus censetur. Id porro „ quanta cum veritate dicatur, „ is plane intelliget, qui laudati Auctoris librum semel inspexerit: ex quo simul deprehendet „ ejusdem acumen, magnam eruditionem, speculationum profunditatem, sensuum & sententiarum gravitatem, doctrinæ „ & sapientiæ amplitudinem, & „ copiam, ceteraque divina charismata a Spiritu Sancto eidem „ collata, nec non sublime donum Ecclesiæ concessum, cum „ talem Præsulem accepit. Ego „ verò cum ejusdem Tractatum „ accuratè, & multo studio evolvissem, atque examinassem, liquido perspexi, quam oppido rationi consentaneum esset, universa „ illius decreta sequi, omnesque „ Canones in eo scriptos in praxim deduci. Quamobrem prædictum Eliæ tractatum huic „ meæ lucubrationi velut fundamentum subjeci, eumque in varia capita distinxi, ut doctis „ quidem commentarium, discentibus vero institutionem, Thesaurum postremo, ad quem tuto confugerent, nostris pararem „. Hæc Ebedjesu Soben. de Elia suo in eadem sede Præcessore.

VI. Epistolas scriptas Syriacè & Arabice. In Vaticana Bibliotheca exstat epistola Syriacè scripta ab Elia Nisibeno ad Episcopos Provinciæ magnæ, & Bagdadenses cives in causa Jesujabi Patriarchæ, quem illegitime ordinatum evincere conatur: Asseman. *tom.* 3. *pag.* 272. Arabicæ autem literæ, seu Tractatus in Vatic. Biblioth. exstantes referuntur ab Assemano hoc ordine. 1. De cœlibatu & castitate ad fratrem Mansorem Abi Said Filium Isæ. 2. De Deo uno, & Trino. 3. Præsidia ad expellendam animæ mæstitiam. 4. De veritate fidei, opus in quatuor partes & decem capita divisum. 5. Sessiones septem, seu disputatio habita cum viziro Hosaino. 6. Expositio Symboli Nicæni, in qua Jacobitas confutans catholicè loquitur, & consulto quæstionem de una vel duplici Christi persona declinat, ne a suis recedat, vel ad catholicos accedere videatur; errat tamen, cum beatitudinem & visionem Dei

su Aredi filii ejus urbis Metropolitæ. Diſſidium habuit cum Thoma Jacobitarum Bagdadenſium Epiſcopo, quod hic Neſtorianam mulierem viro Jacobitæ deſponſaſſet: re ad Chalipham Kajemum Bamrilla delata, diploma impetravit Sabarjeſus, quo Jacobitæ, & Melchitæ ſubeſſe Patriarchæ Neſtoriano jubebantur (1). Obiit an. Græc.

Dei differendam uſque ad communem reſurrectionem docet. Vide Aſſem. cit.

Floruit pariter ſub eodem Elia Abulpharagius Benattibus patria Aſſyrius, ſeu Arakenſis, profeſſione monachus, & Presbyter, ſecta Neſtorianus, qui Eliæ a ſecretis fuiſſe perhibetur, & obiit an. Chr. MXLIII. Docti hujus viri opera, quæ exſtant, ſequentia recenſet Aſſemanus *tom* 3. *pag.* 546. 1. Commentaria in vetus, & novum Teſtamentum. 2. Collectio canonum, cui titulus: Juriſprudentia chriſtiana, continens canones Eccleſiæ, Synodoſque occidentales æque ac Orientales, deſcriptis canonibus, earumque titulis. *Continet* Canones conſtitutioneſque Apoſtolorum: *nec non Canones Conciliorum* Ancyrani, Gangrenſis, Neocæſarienſis, Laodiceni, Antiocheni, Carthaginenſis, Nicæni, Conſtantinopolitani, Chalcedonenſis: item conſtitutiones Damaſo Papæ tributas: ſed & canones Orientalium, videlicet, Iſaaci, & Maruthæ: Jaballahæ: Dadieſus: Acacii: Babæi: Mar-Abæ: Ezechielis: Jeſujabi: Joſephi: Georgii: Timothei: Joſue Barnun: Sabarjeſu: Gregorii: & Joannis Abgari Patriarcharum Neſtorianorum: Præterea Statuta Conſtantini, & Leonis Imperatorum: nec non Narſetis & Hanani Canones pro Schola Niſibena: item alios pro Schola cœnobii S. Gabrielis: denique collectanea de miniſterio Altaris: de Sacerdotio: de contractibus: de matrimonio, & de hæreditate. 3. De Pœnitentia, ejuſque praxi, in capita XIV. diſtributus tractatus. 4. De hæreditate. 5. De præſtantia Jejunii, eleemoſynæ & orationis. Reſponſiones ad quæſita Patriarchæ Neſtorianorum. De hæreditate; de Divinis Officiis. 6. Tractatus adverſus eos, qui dicunt Mariam Deiparam. 7. Commentaria in Libros Ariſtotelis. 8. Tractatus de Trinitate & unitate. 9. Approbatio ſeſſionum Eliæ Metropolitæ Niſibeni. Aſsem. *tom.* 3. *pag.* 271.

(1) Rem ſic narrat Mares in vita Zanbur. Ejus diebus contentio orta eſt cum Hebe, Thoma nuncupato, Jacobitarum Bagdadenſium Antiſtite, eo quod filiam Abugalebi medici cum filio Abu-Taheri Baladenſis Jacobitæ matrimonii lege conjunxiſset: quod facere Jacobitæ cum Neſtorianis in

Græc. MCCCLXXXIII. Christi MLXXII. die 3. vel 17. Aprilis; cadaver in ædibus Romæorum sepultum. Vacavit sedes an. II. cum aliquot mensibus.

LXIX. EBEDIESU AREDI FILIUS.

COgnomento Abulphadius ex urbe Mosul oriundus, Metropolita Nisibis, in Patriarcham fuit renunciatus an. Græc. MCCCLXXXVI. Chr. MLXXIV. Dominica IV. Dedicationis Ecclesiæ, die 23. Novembris, præsentibus Georgio Metropolita Bassoræ, Jaballaha Metropolita Bet-Garmæ, & Abdelmessia Metropolita Halavanæ. Machicham, post Jaballahæ obitum, ex Ti-

V rhanæ

in more non habuerunt. Cum igitur Sabarjesus aliquando hac de re eum expostulasset, ille respondit: nos duo Antistites duobus populis duabusque Ecclesiis præsumus... Res eo devenit, ut Sabarjesus veritatem asserere, suamque dignitatem tueri coactus, concionem universi populi indixerit. Congregatis itaque Christianorum primoribus, Medicisque præcepit, ut neque Scribæ aulam adirent, neque Medici Nosocomium visitarent, neque Mercatores officinas suas aperirent. Quod cum ad Emanum Kajemum Bamrillam delatum esset, causamque significari mandasset, bina Sabarjesus diplomata protulit, alterum sub Motkadero, sub Kadero Billa alterum, Catholicis Abrahamo, & Joanni olim concessa. Quibus visis Kajemus tertium adjungi jussit in ejusdem Sabarjesu gratiam, quo cautum erat, ut Jacobitarum Melchitarumque Antistites sub illius obedientia essent, iisque ipse præficeretur Hæc Mares. Alterum diploma idem Chalipha Kajemus Bamrilla concessit Ebediesu Aredi filio; eodemque privilegio Moktadius Machicam Salomonis Filium donavit. Diploma utrumque prostat apud Marim: utrobique autem hæc verba de Patriarchæ Nestorianorum potestate leguntur " Te Imperator
" fidelium constituit Catholicum
" Christianorum Nestorianorum
" in urbe pacis Bagdado ceterisque regionibus, atque provinciis commorantium, teque eorum Antistitem declarat, nec
" non Jacobitarum, & Romæorum, qui in Mosulmanorum
" terris habitant, sive ad eas adventant, tuisque dictis universos obtemperare jubet &c. "

rhanæ Episcopo, Metropolitam Mosul constituit. Præcepit, ut binis quibusque precibus oratio Dominica in Ecclesia subjungeretur contra antiquam Ecclesiæ Bagdadensis consuetudinem. Obiit an. Græc. MCCCCI. Chr. MXC. die II. Januarii feria IV. (1)

LXX.

(1) Per idem tempus, hoc est an. Arab. CCCCXCIII. obiit (an. Ch. MXCIX.) Jahja medicus Bagdadensis Giazalæ filius, doctor, author celeberrimi libri Menhag, seu Exemplaris, qui præ manibus Medicorum nostræ ætatis circumfertur, deque medicamentis, cibisque simplicibus, atque compositis tractatum continet. Exstat in Bibl. Vatic. Cod. Arab. ms. CXLIX. ordine Alphabetico digestus; præmisso brevi tractatu de iis, quæ ad victum potumque humanum, tuendamque universim sanitatem prosunt; traditur in eo natura, qualitas, & usus seminum, herbarum, plantarum, & arborum.

Jahia christianus erat, & apud Arabem quemdam, Abu Ali Bar-Valid nomine, Dialecticæ operam dedit: cumque is aliquando cum Jahja de unione affectiva, & personali, quam Nestoriani admittunt, disceptaret, eamque de natura divina nequaquam intelligi posse propositis sophisticis argumentis concluderet, hominem ad Hagarenorum Sectam deceptum pertraxit. Ferunt Jahjam opibus affluxisse, suisque dumtaxat amicis, cum ægrotarent, mederi consuevisse. Ita Barhebræus in Chron. Syriaco.

At in histor. Dynastiarum apud Pocockium *pag.* 140. obiisse dicitur an. Arab. CCCCLXXIII. Christi MLXXX. Medicinæ studuisse apud ejus temporis christianos incolas Carchi, seu fori Bagdadensis: cumque (ita habet versio Pocockii) Dialecticæ studio discendæ teneretur, neque esset inter Christianos prædictos tum temporis, qui artem hanc calleret, ad Abu Ebn el-Validi celeber. Mahometanum Doctorem in scientia Scholastica & terminis logicalibus divertit. Hic non destitit religionem Mahometanam illi commendare, donec ipse annuens eam amplecteretur. Cui, quod nomen dedisset, lætatus Abu Habdalla Al-Damgani, eo tempore Judex primarius, illum sibi propius admovit, & ad eum erexit gradum ut ipsius in Syngraphis apud se scribendis opera uteretur. Ille vero ultra operam in ea re positam vici ejus incolis, aliisque sibi notis medicabatur sine mercede aut pretio, verum gratuito, & ex mera beneficentia: quin & ipsis gratis subministrabat medicamenta. Morti propinquus libros suos legavit Oratorio Antistitis Abu-Haniphæ. E libris celebrioribus ab ipso compositis sunt liber Al-Menhag,

LXX. MACHICHA.

SAlomonis Filius (1) Bagdadensis primum Tirhanæ Episcopus a Sabarjesu, tum Metropolita Mosul opera Abulpharagii Saidi, Filii Abrahæ Vasethensis Presbyteri, & Monachi, sedis custode Hormisda Cascaræ, & Vasethæ Episcopo, Cleri suffragiis sub Moktadio Calipha Patriarcha ordinatus fuit Modainæ, die dominica VIII. Aprilis an. Græc. MCCCCIII. pallio violaceo amictus. Ordinationi interfuere Jesujabus Nisibis, Marcus Bassoræ, Johannes Halavanæ, aliique conplures Episcopi. Patriarcha renunciatus antiqui Ritus tenax statutum Ebediesu abrogavit, orationem dominicam omitti decernens; quod Filius Vasethensis, *Primoresque* Bagdadensium ægre *ferentes*, *Patriarcham* Machicham veluti hæreticum conviciis proscindere palam ausi sunt: Is vero edito de fide libello homines excommunicavit. Obiit an. Chr. MCX. Funus ejus noctu curatum est; in ædibus Romæorum sepultus fuit cum sedisset an. XVII. & aliquot mensibus (2).

Menhag, & liber Takuimol-Alabdan, de recta ordinatione corporum, tabulis distinctus. Assem *tom*.3. *pag*.548.

(1) Machicha, idest humilis cognomento, Salomonis Æditui filius medicinam aliquando coluit: Presbyteratu initiatus, Ecclesiæ, D. Mariæ in Akaba absque stipendio inserviit. Episcopus inter Sacramentorum solemnia, ex vetere & novo Testamento homiliam exegeticam Arabico sermone habere consuevit. Metropolita ab Ebediesu institutus, ab iis, quos consecrabat, Episcopis nihil recipere solebat, etsi rei familiaris angustia premeretur.

(2) Ejus scripta recenset Patruus *tom*.3. *pag*.552. videlicet " " Oratio de Incarnatione " in qua breviter agitur de paternitate & filiatione juxta sententiam Orientalium seu Nestorianorum. Epistola ad Principem " Nestorianorum in Perside com-

" mo-

LXXI. ELIAS II.

HIc Mokli Mosulani filius ex Metropolita Mosul & Adiabenæ post Machichæ obitum in Patriarcham communibus suffragiis electus est dominica III post Resurrectionem Domini die 16. Aprilis anno Græc. MCCCCXXII. Chr. MCXI. Sabarjesus Ocbaræ Episcopus, qui sedis custos erat, adfuit consecrationi, quæ a pluribus Metropolitis, & Episcopis (1) peracta fuit Modai-

" morantium " In hac, quam adhuc Metropolita Mosul conscripsit, veritatem fidei ex miraculis, quæ in Ecclesia suo ævo patrabantur, & ex constantia Martyrum demonstrat. Primum miraculum Luminis, quod ex Hierosolymitano Domini Sepulchro quotannis Sabato Sancto prodire affirmat. At a multis sæculis tale miraculum figmentum esse Schismaticorum constat. Alterum miraculum olei, in quod reliquiæ SS. Marscialitæ, hoc est Artemii, Raban Hormisdæ, & Mar Babuæi in Buazicha, & S. Maris Apostoli, immersæ sunt: id enim oleum adversus serpentium, canum, aliorumque animalium venena præsentem opem ferre ait. Tertium miraculum Sancti *Kaumæ*, qui nongentis ab hinc annis (ita Machicha) erectus stat, incorrupto corpore, carne nequaquam detrita, nec membris dissolutis, aut ossibus in pulverem redactis; sed tamquam dormiens vivificam vocem expectat, quæ ipsum in resurrectione expergi faciat. Quartum miraculum S. Georgii Martyris, quem terra marique invocatum, a præsentibus periculis clientes suos liberare affirmat.

(1) Ingens adfuit etiam multitudo Presbyterorum, Diaconorum, & Principum Laicorum, quorum inter Archiatri Aminaddaule, & Abulhasanus Hebetollaha Saedi Filius cognomento Ebn-Talmid. Assem. *tom.* 2. *pag.* 449. Abulphasan Saedus perfecte artem medicam, & dialecticam callens librum composuit, quem *Al-Sophua*, idest selectior pars medicinæ, appellavit. Ad finem partis secundæ sectiones tres adjunxit de Circumcisione, cum Bagdadi ea res ad medicos spectaret, quamvis apud neminem vel priorum vel posteriorum facta sit mentio ulla ejus, sed rerum solummodo, quibus protrahatur præputium. Manu sua libros medicos descripsit. Fratrem habuit Maras Abulchairum, qui Archidiaconus medicus insignis fuit scripsitque compendium, in quo explicavit quæstiones libri generalium

dainæ in Ecclesia sedis. Plures Episcopos ordinavit; aliquos transtulit. Obiit an. Græc. MCCCCXLIII. cum sedisset an. XXI. mensibus VII. diebus 20. Cadaver in oratorio Ecclesiæ Deiparæ in ædibus Romæorum juxta Emanuelem Catholicum conditum. Omittitur a Barhebræo in Chronico, ubi perperam annos ipsius refert ad Machicham. Vacavit sedes duobus circiter annis.

LXXII. BARSUMA.

HIc in Zebedæa, alias Zaidæa ditionis Nisibenæ loco natus ex Episcopo Themanon post Eliæ obitum in Patriarcham ordinatus est die dominica, die 5. Augusti an. Græc. MCCCCXLV. Johannes Nisibis Metropolita manum ei imposuit, præsentibus aliis duobus Metropolitis, & octo Episcopis, quos inter Sabarjesu Vasethæ munus Archidiaconi in ea ordinatione exercuit. Obiit die 11. Januarii an. Græc. MCCCCXLVII. Cadaver Bagdadi in Ecclesia Sabarjesu Catholici sepultum. Amrus refert, a Barsuma ordinatum fuisse Johannem Episcopum Sarchasæ urbis in interioribus partibus Orientis, quam Herbelot *Saraks* Chorasanæ civitatem vocat. De quo Joanne Jahia Sarchasensis, apud Amrum, Salomoni Geslunensi filio sororis Sabarjesu Metropolitæ Cascar miraculum narrat sanati signo crucis muti (1).

LXXIII.

ralium e canone Avicennæ, cui titulum indidit: Al-Ektedab; deinde & illud in compendium redegit, quod vocavit *Entechab-El-Ektedab*. Hujus Maræ, qui & bar Messia appellatur deprecatio Alphabetica, & carmen de S. Phetione martyre exstat in Biblioth. Vatic. vid. Assem. *tom.* 3. *pag.* 556.

(1) Sub Barsuma inclaruit Mares Salomonis Filius: Hic historiam Arabicam Patriarcharum Nestorianorum scripsit ab Adæo & Mari Christi discipulis usque ad

Ebe-

LXXIII. EBEDIESU.

HIc Nepos ex fratre Eliæ II. ex Metropolita Bagermensi in Synodo Bagdadi habita electus est Patriarcha 29. Octobris an. Græc. MCCCCL. Eodemque die portam Palatii, lapide Nigro ex Meccana æde advecto insignem, subeuntes aulam Chaliphæ adiere, cujus administer Sciaraf-addinus Ali diploma Ebediesu tradidit, ejusque capiti impositam pretiosam vestem dono dedit, eumque equitare jussit, Abulcharamo Hascemita militiæ præfecto, cubiculariis, Turcisque comitantibus, inque Cellam Patriarchalem illum deducentibus Feria 6. die 5. ejusdem mensis. Electus Patriarcha Ecclesiam S. Phetionis veterem nuncupatam, petiit, ibique postquam matutinum officium, supplicationem, Liturgiamque confecisset, atque Evangelium legisset, ejus nomen proclamatum fuit a primo Diœceseos Nisibenæ Episcopo, ter populo respondente: *dignum. & justum est*. Sabato celebrata Liturgia, Modainam se se contulere, quo cum pervenissent, ab incolis Crucem Evangeliumque deferentibus exceptus, inque Cœnobium Patriarchale solemni cum processione deductus fuit. Ibi Vespertinis nocturnisque horis persolutis, Altare dedicavit, vigiliam celebravit, & Liturgiam fecit juxta morem festorum Dominicorum. Mane autem Domi-

Ebediesu Barsumæ Successorem, qui obiit an. Chr. MCXLVII.

Laudatur a Renaudot. in Histor. Patr. Alexand. *&* *tom* 2. Liturg. Oriental. Exstat in libro, cui *Turris* titulus, tam in Bibliotheca Palatina Medicea, quam Regia Parisien., ejusdemque Epitomen Amrus Matthæi Filius fecit, quæ habetur Cod. Arab. ms. 41. *tom* 2. Biblioth. Orient. *pag*. 509. Asseman. *tom*. 3. *pag*. 554.

minicæ XIII. Decembris consecratus fuit, manum ei imponente Johanne Metropolita Nisibeno, præsentibus Joanne altero Mosulano, & Ebediesu Metropolita Persidis, nec non duobus Episcopis nondum perfectis. Exeunte vero Dominica Cœnobium S. Maris Dorkenæ visitavit aliaque de more fecit, quæ in ordinatione Patriarchæ præscribuntur. Frustum lapidis nigri ex Caaba desumptum superliminari ædium Chalipharum Bagdadi inclusum testatur Herbelotius in Biblioth. orient. *pag.*420. Amrus addit ante Ebediesum à Caliphis neminem alium Patriarcham eo honore affectum fuisse, ut portam illam intraret. Asseman. *tom.*3.*pag.*659. Obiit feria III. die 25. Novembris an. Græc. MCCCCLIX. Ch. MCXLVII. in Ecclesia Deiparæ in ædibus Romæorum sepultus.

LXXIV. JESUJAB BALADENSIS.

ZEbedeæ Insulæ, seu Hirtæ, Episcopus opera Abu-Mansuri Archiatri Dominica II. Dedicationis Ecclesiæ an. Græc. MCCCCLX. Chr. MCXLVIII. in Patriarcham ordinatus Metropolitas IX., Episcoposque XL. consecravit. Obiit nonagenario major, Dominica post Ascensionem Domini die 25. Maji an. Gr. MCCCCLXXXVI. In Ecclesia Sabarjesu, quæ *tertius vicus*, seu *regio* appellatur, sepultus. Sub eodem obiit Aminaddaule Ebn-Talmid: item martyrium passi sunt Franci, quorum corpora in Ecclesia Sabarjesu inter utrumque chorum condita: denique eodem, quo Jesujabus, anno mortui sunt Mahometanorum Chalipha, Judexque, necnon Daniel Judæorum Bagdadensium Princeps.

LXXV. ELIAS III.

COgnomento Abu Halim, Maipherkini natus, ex Metropolita Nisibeno ad Patriarchalem Sedem an. Ch. MCLXXVI. evectus est Dominica tertia post Epiphaniam. Ejus consecrator fuit Joannes Metropolita Gandisapor, præsentibus Metropolitis Provinciarum, eorumque Episcopis. Simul autem a sua consecratione XXIV. Diaconos ordinavit: Cellam in ædibus Romæorum dirutam reædificari jussit. Plures Metropolitas, & Episcopos ordinavit. Multas Ecclesias, & cœnobia instauravit. Variarum linguarum peritia ornatus fuit: Medicas scientias excoluit. Obiit an. Græc. MDI. Ch. MCXC In Ecclesia Sabarjesu juxta Jesujabum Catholicum sepultus (1).

Item

(1) Scripta Eliæ sequentia recenset Ebediesu in Catalogo *Cap.* 194. Interpretationes, sive homiliæ seu Conciones Arabicæ ad populum habitæ de Festis Dominicis n.xx. Exstant in Vat. Cod. Arab. 47. hoc ordine. De festo Nativitatis. De festo dominæ (Mariæ) quod occurrit inter festum Nativitatis & Epiphaniam, De Festo Epiphaniæ. De medio Jejunii Quadragesimalis. De Dominica Hosannarum. De feria v. Paschatis. De Sabatho magno. De festo Resurrectionis duæ. De festo Ascensionis. De festo Pentecostes. De festo Dominæ, quod occurrit 15. Augusti. De festo Crucis. De S. Phetione Martyre. De Judice, & vidua. De Maria peccatrice, & Pharisæo. De filio prodigo, quæ legitur in Rogatione Ninivitica; nec non de Pœnitentia. Oratio parænetica, an Heg. DLXXV. Oratio ad Sponsalia. Orationes duæ dicendæ ad monumentum. Parænesis. Item Epistolas conscripsit. In Vaticana Bibliotheca *Cod.* 30. *tom.* 2. *Biblioth. Oriental. pag.* 503. exstat adhortatio ad incolas Maarini, in qua de contemptu mundi, deque observantia diei dominicæ agit, & affirmat die Dominica Annunciationem B.M.V. contigisse: Maarinensibus autem præcipit, ut a servilibus operibus abstineant, divinisque officiis atque sacræ Liturgiæ intersint.

Item emendavit, fecitque preces, quæ inter Sessiones & ad Matutinum recitantur (1).

X LXXVI.

(1) Sunt autem preces ab Elia Syriacè compositæ, quæ a Syris Nestorianis ad officium nocturnum, & matutinum recitantur. Nam in officio Nestorianorum, quo horas canonicas persolvunt, triplicis generis preces Psalmis hymnisque interfertæ conspiciuntur: quædam scilicet ad vesperas, aliæ ad officium nocturnum, & reliquæ ad matutinum. Et nocturnæ quidem preces, quæ *inter sessiones* a Sobensi in Catalogo appellantur, *in Cod. Syr. Amid. 8. tom.1. Bibl. Orient. pag.*583. hoc titulo prænotantur " Orationes nocturnæ, „ & Laudationes, & jaculatoriæ, „ & intersessiones „ Singulis vero sive hymnis sive Psalmis totidem subjunguntur preces hoc ordine " Primum ad principium officii, post versum, qui incipit, „ *ego dormivi*, dicitur hæc oratio, *Tibi dormientium expergefactor*. Ad versum alterum, *media nocte*, subjungitur precatio, *media nocte, surgimus Domine*. Ad principium officii nocturni, *surgamus, Domine, abscondita divinitatis tuæ virtute*. Altera. *Corrobora Domine Deus noster imbecillitatem nostram*. Tertia: *Abscondita, Domine, Divinitatis tuæ virtus*. Sessio prima. Ad Psalmum. *Beatus vir*, precatio: *dignos nos effice Domine Deus noster, ut virtutum opera persequamur*. Ad: *verba mea auribus percipe*; *Intende Domine verbis precum nostrarum*. „ Ad, *Domine Dominus noster*: *Tibi Domine Dominus noster*. Ad: *In Domino speravi*. *Spem tuam confirma in nobis Domine*. Ad: *Domine quis*: *Dignos nos effice Domine Deus noster*. Ad: diligam te: Uberibus miserationibus. „ Ad: Cœli enarrant. Tibi, qui omnibus in essentia absconditus es. Ad: Deus Deus meus: „ Divinitati tuæ gloriosæ. Ad: „ Ad te Domine: Ad te Domine „ Deus noster. Ad: Tibi Domine: Te Domine invocamus. „ Ad: In te Domine: Tibi spes, „ & refugium nostrum, Ad: Laudate justi: Tibi, qui a justis glorificaris. Ad: Judica Domine: Tibi judex, cujus rectum judicium. Ad: Noli æmulari: „ Tibi bone, & suavis. Ad: Domine ne in furore tuo: Ne corripias nos Domine ira tua. „ Ad: Beatus, qui: Tibi dives in charitate. Ad: Deus audivimus: Tibi creator, & benefactor noster. Ad: omnes gentes; Tibi Rex decore. Ad: Deus Deorum: Tibi Deus Deorum. Ad: dixit impius: Tibi impiorum perditor. Ad: Miserere mei: Miserere nostri Domine Deus noster. Ad: Eripe me ab homine: Eripe nos Domine Deus noster. Ad: Dominum expectat: Te Domine expectant animæ nostræ. Ad: Te decet: Tibi Domine laudem offerimus Ad: Exurgat Deus:

„ Exu.

LXXVI. JABALLAHA II.

Kajumæ Mosulani filius, Maipheractæ primum Episcopus, deinde Metropolita Nisibis, post Eliæ III. obitum Sedem Patriarchalem invasit recepto in se septem

„ Exuberent Domine Deus noster „ miserationes. Ad: Salvum me „ fac Domine: Tibi, qui vitam „ nostram tua clementia custo- „ dis. Ad: In te Domine spera- „ vi: In te Domine speramus. „ Ad: Deus bonus: Tibi longa- „ nimis. Ad: Gratias agimus tibi: „ Gratias agimus Domine noster „ miserationi gratiæ tuæ. Ad: Po- „ pule meus attende: Tibi sapiens „ director. Ad: Deus venerunt: „ Salvum fac Domine populum „ tuum. Ad Sessionem: Tibi The- „ saurus beneficiorum. Post Con- „ cionem: Qui justorum preces „ audis. Altera: Tibi precum „ exauditor. Sessio secunda. Ad: „ Deus stetit: Tibi Rex Regum. „ Ad: Benedixisti Domine: Pla- „ ceat tibi Domine precatio ser- „ vorum tuorum. Ad: Funda- „ menta ejus: Confirma Domine „ fundamenta Ecclesiæ tuæ. Ad: „ Misericordiam Domini: Effun- „ de super nos Domine misera- „ tiones tuas. Ad: Domine re- „ fugium: Tibi omnipotens. Ad: „ Dominus regnavit: Tibi ado- „ rande, & gloriose. Ad: Lau- „ date Dominum: Canticum „ Domini novum. Ad: Dominus „ regnavit, irascantur: Tibi, qui „ sedes super currum Cherubim. „ Ad: Domine exaudi: Qui de- „ bita peccatorum dimittis. Ad: „ Benedic anima mea: Tibi crea- „ tor naturarum omnium Ad: „ Confitemini Domino: Tibi con- „ fiteantur Deus noster bone. „ Ad: Confitemini Domino: Di- „ cant: Gratia tua Domine, quæ „ a seculo est. Ad: Deus laudis „ meæ: Libera Domine populum „ tuum ab impiis. Ad: Beatus „ vir: Concede nobis Domine, „ ut tui simus. Ad: Dilexi, ut „ audiat: Miserere nostri Do- „ mine Deus noster. Ad: Beati. „ Tibi bone, qui bonis benefacis. „ Ad Canticum: Deprecatio no- „ stra placeat tibi. Ad Feriales: „ Placeat tibi Domine Deus no- „ ster deprecatio tenuitatis no- „ stræ. Post Concionem: A te, „ qui plenus miserationibus es. „ Altera: Benedictæ, adorandæ, „ superexaltatæ, & incomprehen- „ sibiles miserationes. Inter Ses- „ siones: Qui januam tuam pul- „ santibus aperis.

„ Sessio tertia, quæ Catholici „ appellatur. Ad: In sæculum „ es: Tibi ens principii, & finis „ expers. Ad: Ad Dominum „ cum tribularer: Te Domine in „ tribulationibus nostris invoca- „ mus. Ad: In convertendo: „ Converte nos ad te. Ad: Me- „ mento: Tibi spes justorum.

Ad:

septem millium aureorum tributo Principi Bagdadensi

„ Ad: Confitemini Domino: Tibi spes justorum. Ad: Confitemini Domino quoniam bonus: Deus noster bone. Ad: Domine probasti me: Tibi scrutator cogitationum. Ad: Voce mea ad Dominum: Te Domine invocamus. Ad: Exaltabo te: Tibi Rex Regum. Ad: Lauda Hierusalem: Exaudi Domine Ecclesiam tuam. Ad: Tunc: Tibi, qui in altissimis habitas. Ad: Attende cælum: Attende Domine verbis precum nostrarum. Ad: Ego quoque: Tibi juste æmulator. Ad Antiphonas *jejunii*, quæ in hebdomadis dicuntur, in quibus nullæ lectiones fiunt, 1. Naturæ tuæ absconditæ, & incomprehensibili. Altera: Tibi, qui essentia tua omnibus absconditus es. Tertia: Tibi, qui essentia tua absconditus es.

Quæ verò preces ad Officium Vespertinum recitantur in eod. Cod. Syr. Amid. 8. Nocturnis præmittuntur in hunc modum,

„ Primùm ad Vesperas uniuscujusque diei: Confiteamur Domine divinitati tuæ, & adoremus dominationem tuam In primis feriis (sive Dominicis) & in festis Dominicis: Confiteamur Domine divinitati tuæ in laudibus. Orationes ad: Sicut incensum: In primis feriis: Nomini magno & terribili. In Commemorationibus: Tibi bone, & suavis. Ad: Tibi Domine: Et pro omnibus beneficiis tuis. Post: Tibi Domine: Tu es Domine. Ad: Domine invocavi te: Miserationi tuæ Domine Deus noster. Post: Domine invocavi te: Exaudi Domine Deus noster. Post Concionem: Tibi Domine Deus fortis commendamus. Orationes ad: Sanctus: in primis feriis, & festis: Tibi Sancte, qui natura Sanctus es. In diebus ferialibus: Sanctus, & Gloriosus, & fortis. Post: Inclinate capita vestra: Cumque *animæ nostræ uni fidei consentiant*. Orationes principii post Cantum, ab Annunciatione ad Jejunium: Admirabili tuæ, Domine, dispensationi. In diebus ferialibus, in jejunio, & in æstate: Propitius esto nobis clementissime. In Hebdomada Apostolorum, & in Commemoratione: Deprecatio, Domine, Sanctorum Apostolorum. Pro Cruce: Maneat Domine tranquillitas tua in omnibus mundi partibus. In Dedicatione Ecclesiæ: Confirma Domine fundamenta Ecclesiæ tuæ. Pro S. Maria: Deprecatio, Domine, Sanctæ Virginis. Pro Joanne Baptista: Deprecatio Baptistæ. Pro Patre nostro: Oratio, deprecatio, supplicatio, & intercessio Patris nostri. Pro Defunctis: Suscita Domine defunctos nostros. Pro Martyribus, & Confessoribus: Preci-

„ bus

quotannis solvendo, ordinatus est Dominica III. Apostolo-

„ bus, Domine; Martyrum, qui „ dilexerunt te. In fine Officii „ Vespertini: Nomen tuum sanctum Domine Deus noster glorificetur. Altera: Benedicta, „ Domine, tua divinitas. Post „ Martyres: Tibi, qui Ecclesiam „ tuam exaltas. Altera: Precibus Sanctorum tuorum, Domine noster: Pro Suffragio: „ Suffragium Domine miserationum tuarum. Absolutiones, Benedictiones, seu Clausulæ, quæ „ in fine Officii dicuntur: Dextera dominationis tuæ Pater noster, qui es in cælis. Altera, „ Glorificetur nomen Dei. Altera: Deo gloria. Altera: Deus „ universorum Dominus, qui laudes suas in ore nostro dedit. „ Altera: Universorum Dominus, „ cujus in domo congregati sumus. „

Quæ denique ad Officium Matutinum, sive ab Elia III. sive ab aliis compositæ dicuntur in eod. Cod. hoc titulo & ordine prænotantur.

„ Preces ad Matutinum Festorum editæ a Patre nostro Sancto Mar-Elia III. Catholico. „ Primùm in Festo Nativitatis, „ initium. Tibi Fili abscondite a „ sæculo, qui natus es ex Patre „ sine tempore &c. Altera de Nativitate, ab eodem emendata: „ Tibi Fili æterne, ac temporalis. In Commemoratione Sanctæ Mariæ, ejusdem Mar-Eliæ: „ Tibi magna, ac æterna lux: „ Altera de S. Maria, auctore Mar „ Scialita Rhesinensi: Deus universorum Domine, qui ineffabili gratia tua. In Festo Epiphaniæ, emendata a Mar-Elia: „ Tibi Rex regis Filius, & lumen „ de lumine. Altera de Epiphania: Tibi magna luminarium „ lux. Feria 2. Rogationis Ninivitarum. Ad 1. Sessionem, ejusdem Religiosissimi Mar-Eliæ. „ Tibi fons bonitatis. Altera „ ejusdem: Tibi Mare exundans, „ & immensum. Ad secundam Sessionem feriæ 1. Rogationis, ejusdem Mar-Eliæ: Virga tua, „ Domine Deus noster. Altera: „ Sursum attolle Domine Deus „ noster deprecationem tenuitatis nostræ ad cælum Sanctuarii „ tui. Ad 1. Sessionem feriæ 3. „ Rogationis, auctore Mar-Scialita: Eja Domine Deus misericordiæ. Altera auctore Mar „ Georgio Arbelensi: Deus deorum, quare dereliquisti nos. „ Ad 2. Sessionem feriæ 3. Rogationis, auctore Mar-Elia Nisibeno: Tibi ostium magnum, „ quod pereuntibus apertum est. „ Altera: Deus universorum Domine. Ad 1. Sessionem feriæ 4. „ Rogationis, auctore eodem „ Elia Nisibeno: Tibi magnum „ scientiæ mare. Altera: Exaudi „ afflictorum clamorem. Ad 2. „ Sessionem feriæ 4. Rogationis: „ Fons miserationum indeficiens. „ Ad absolutionem, & benedictionem, quæ incipit = Amen „ Be-

ſtolorum, an. Græcorum MDI. Manum ei impoſuit Elias Me-

„ Benedic Domine = auctore Mar
„ Elia Niſibeno : Benedic Domine
„ populo tuo te invocanti. In
„ Commemoratione Sanctorum
„ ejuſdem Mar-Eliæ Catholici:
„ Tibi ſol minimè ſphæricus. Al-
„ tera ejuſdem Mar-Eliæ : Tibi
„ lux, & filius lucis. Ad feriam 6.
„ Defunctorum ejuſdem Mar-Eliæ:
„ In die illa magna, ac tremen-
„ da Domine Altera : Cum
„ mundus ceſſabit. Item preces
„ pro Dominica ingreſſus jejunii:
„ Tibi Deus noſter bone, & Rex
„ noſter miſericordiarum plene.
„ Altera : Deus univerſorum Do-
„ mine, qui propter magnam
„ tuam charitatem. Pro feria 2.
„ majoris : Suſcipe Domine Deus
„ noſter. Altera: Lux glorioſa.
„ Altera pro Dominicis jejunii,
„ auctore Mar Georgio Arbelenſi:
„ Concede nobis Domine Deus
„ noſter. Altera Religioſiſ. Catho-
„ lici Eliæ: Suſcipe Domine Deus
„ noſter purum ſervorum tuo-
„ rum jejunium. In feſto Hoſan-
„ narum, Mar-Eliæ: Tibi Rex æ-
„ terne. Altera ejuſdem: Tibi Rex
„ decore, & glorioſe. In magno
„ Feſto Reſurrectionis ejuſdem
„ Mar-Eliæ: Tibi Sol æterne, qui
„ a ſæculo. Altera ejuſdem : Tibi
„ lux æterna, & nequaquam hu-
„ mana. In Feſto Aſcenſionis e-
„ juſdem Mar-Eliæ: Tibi oriens
„ glorioſe ex alto. Altera ejuſ-
„ dem: Tibi glorioſe, & fortis.
„ In Feſto Pentecoſtes ejuſdem:
„ Tibi abſcondita, & beata na-
„ tura. Altera auctore religioſiſ-
„ ſimo Paulo Anbaræ: Tibi ens
„ æternum Deus. Oratio adora-
„ tionis in Liturgia, auctore Mar
„ Elia: Tibi natura abſcondita,
„ & excelſa. Altera ejuſdem: Be-
„ nedictus es, qui in terreſtri Ec-
„ cleſia tua adoraris. In Feſto
„ Transfigurationis emendata a
„ Mar-Elia: Eia Domine Deus
„ noſter, aperiantur fores. Al-
„ tera: Suſcipe Domine Deus no-
„ ſter tenue noſtrum miniſterium.
„ In Feſto Crucis, Religioſiſſimi
„ Mar-Eliæ: Tibi mare abſcondi-
„ tum, & immenſum Altera
„ ejuſdem: Tibi Sol loco nequa-
„ quam definitus. In Dedicatio-
„ ne Eccleſiæ; auctore Presbyte-
„ ro Abulezzo Chadri: Tibi ma-
„ re myſteriis imperceptibile.
„ Altera ejuſdem: Domine Deus
„ virtutum, qui ſedes ſupra Che-
„ rubim. Abſolutæ ſunt ope Do-
„ mini, ac Dei noſtri Jeſu Chri-
„ ſti preces Abuhalimi, hoc eſt
„ Eliæ III. & Laudes Deo.

Diximus alibi Jeſujabum Adjabenum Officium Divinum, quod vulgò Breviarium dicimus, uti & alios Rituales libros ordinaſſe. Officium enim Divinum, quod tam de tempore, ut ajunt, quam de Sanctis per anni circulum in Eccleſia recitatur, abſolutè Syri appellant *Thenkita d-hudra* hoc eſt Codicem circuli. Aſſem. *tom.* 3. *pag.* 139., qui *tom.* 4. *a pag.* 380. Dominicarum, & Feſtorum ordinem hunc per anni circulum a Ne-

Metropolita Beth-Garmæ. Ædibus Romæorum relictis, ubi

Nestorianis observari scribit ex Officio Divino jussu Adjabeni Jesujabi ordinato. I. Dominicæ quatuor Annunciationis, quæ totidem Dominicis Adventus respondent. Ab initio autem mensis Decembris incohantur ex hac rubrica = Si principium mensis Canum prioris, idest Decembris, in Dominicam incidit, eadem erit Dominica prima Annunciationis. Si vero in feriam 2. vel 3. vel 4. vel 5., in Dominicam proxime elapsam cadit I. Annunciationis; si demum in feriam 6. vel Sabathum, in Dominicam proxime sequentem. II. Nativitas Domini nostri in carne. III. I. feria 6. post Nativitatem. IV. I Dominica post Nativitatem. V. II. feria 6. post Nativitatem, in qua commemoratio Dominæ Mariæ. VI. Dominica II. post Nativitatem VII. Epiphania Domini nostri. VIII. I. feria 6. post Epiphaniam, Commemoratio S. Joannis Baptistæ IX. Dominica I. Epiphaniæ. X Secunda feria 6. post Epiphaniam, Commemoratio Apostolorum Petri, & Pauli. XI. Dominica II. Epiphaniæ. XII. Tertia feria 6. Epiphaniæ: Commemoratio Evangelistarum Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis. XIII. Dominica III. Epiphaniæ. XIV. Quarta feria 6. Epiphaniæ, Commemoratio S.Stephani Proto-Mart. XV. Dominica IV.Epiph. XVI. Feria 6. Epiphaniæ, Commemoratio Doctorum Græcorum Diodori, Theodori, & Nestorii. XVII. Dom V.Epiphaniæ. XVIII. Fer.II. Rogat. Niniv. XIX. Feria III. Rogat. Ninivit. XX. Feria IV. Rogat. Niniv. XXI. Feria V. Gratiarum actionis. XXII. Sexta feria VI. Epiphaniæ, Commemoratio Doctorum Syrorum: ubi nominantur: Ephræm, Narses, Abraham, Julianus, Joannes, Michael, Job, Isai, & Barsuma. XXIII. Dominica VI. Epiphan. XXIV. Septima feria 6. Epiphaniæ, Commemoratio unius Sancti, & nominatim Mar-Abæ Catholici. XXV. Dominica VII. Epiph. XXVI. Octava fer. 6. Epiphaniæ, Commemoratio 40. Martyrum. XXVII. Dominica VIII. Epiphaniæ. XXVIII. Nona feria 6. Epiphaniæ, Commemoratio Defunctorum. XXIX. Domin. ingressus jejunii, seu prima jejunii Quadragesimalis. Sequuntur Dominicæ & feriæ Jejunii usque ad 7., quæ Hosannarum dicitur. Dum Hebdomada passionis, cujus feria 2. dicitur: *Feria 2. ultima jejunii*. Quinta feria 5. Paschatis: Sexta: Feria VI. Passionis, & mysteriorum Paschatis: 7. Sabathum magnum. Deinde Hebdomada Resurrectionis, cujus fer. I. dicitur: Dominica Resurrectionis reliquæ feriæ, feria 2. Sabathi Sabathorum: fer. 3. Sabathi Sabathorum &c. Sexta vero: Feria 6. Confessorum. Demum Dominicæ V. Resurrectionis, quæ cum Dominica Paschatis, sex numerantur, totidemque feriæ 6. in quibus diversa Sanctorum festa celebrantur, excepto Festo S. Georgii, qui die 24. Aprilis agitur. Et siquidem in feriam 6. Confessorum

ubi præcessores Bagdadi habitare consueverant, Sedem fixit in Ecclesia B. Mariæ, quæ Syris in *Tertio Vico*, Ara-

rum inciderit, transfertur in Sabathum. xxx. Ascensio D.N. in Cælum. xxxi. Prima feria 6. Ascensionis. xxxii. Dominica I. post Ascension. xxxiii. Secunda feria 6. Ascension. xxxiv. Dominica Pentecostes, quæ tamquam festum celebratur: estque ingressus jejunii Apostolorum. xxxv. Prima fer. 6. post Pentecosten, quæ nominatur feria 6. auri, & tamquam festum celebratur. Tum Dominicæ sex post Pentecost., quæ *Apostolorum* vocantur: quarum postrema; commemoratio S. Ezechielis Dakukensis: totidemque feriæ 6. quarum ultima appellatur: feria 6. Complementi Hebdomadæ Apostolorum, commemoratio 72. Discipulorum xxxvi. Dominicæ septem æstatis, quarum 1. dicitur: Dominica complementi Hebdomadæ Apostolorum, quæ est 1. Æstatis, & Nosardil appellatur, in qua fit commemoratio 12. Apostolor. xxxvii Septem feriæ 6 æstatis, quarum 1. dicitur: Prima feria 6 initii hebdomadæ æstatis, commemoratio S. Jacobi Nisibis. Quinta: commemoratio Samonæ, ejusque Filiorum Martyrum. Sexta: commemoratio Rabban Moysis Bethsajaræ, Magistri Joannis Bar-Chaldon. Eadem 6. feria fit commemoratio S. Simeonis Barsaboe Catholici Patriarchæ, discipuli Mar Papæ Catholici, & Patrum, qui una cum ipso coronati sunt. Hi quidem coronati sunt feria 6. passionis an. Græc. DCLV. in Oppido Ledan regionis Huzitarum, diebus Saporis: at commemoratio eorumdem ad 6. feriam Confessorum, quæ Martyrum omnium communis est, translata fuit. Porrò hæc feria 6. ideo celebratur, quia in ea Altare S. Simeonis Barsaboe in oppido Ledan consecratum est. Septima feria 6. complementi hebdomadæ æstatis, commemoratio S. Kardagi gloriosi Martyris. xxxviii. Dom. tres Eliæ, quarum 1. ingressus jejunii S Eliæ. xxxix. Tres *feriæ 6. Eliæ, quam 1. commemoratio* S. Papæ Catholici. xl. Kal Septembris fit commemoratio Rabban Hormisdæ propter cœcum, cujus oculi aperti sunt 200. ab obitu Sancti anno. In Concilio Diamper. sess. 3. proscribitur vita Rabban, idest Abatis Hormisdæ, in qua Nestorius tamquam S. Martyr laudatur: quæ verò in Metropolitana Angamalensi sub Hormisdæ ejus nomine instaurata fuerat Ecclesia, Concilii decreto S. Hormisdæ Persæ Martyri dicata declaratur. Claruit hic sub Vararane circa an. Ch. CDXXII. Hæreticus verò ille Hormisdas sub Jesujabo Gadalen. Nestorianorum Patriarcha circa an. Chr. DCXXX. innotuit. xli. Festum adorandæ Crucis, quod cunctis sæculi diebus fit 13. mensis Septembris, in quamcumque diem inciderit. xlii. Dominicæ IV Inventionis, quæ & Eliæ appellantur, videlicet 1. Inven-

Arabibus *Alakaba* appellatur: ibique obiit, sepultusque fuit feria 2. die 31. Januarii an. Græc. MDXXXIII. Ch.

ventionis, & IV. Eliæ; 2. Inventionis, & 5. Eliæ; 3. Inventionis, & 6. Eliæ; 4. Inventionis, & 7. Eliæ. XLIII. Quatuor feriæ 6. Inventionis, quarum 1. feria 6. Crucis, & 4. Eliæ: Quarta feria 6. Inventionis & complementum hebdomadæ Eliæ, in qua fit commemoratio S. Eliæ Prophetæ Thesbithæ, & jejunium suum jejunantes solvunt. XLIV. Dominica Octobris fit commemoratio S. Sabarjesu Betkokæ. XLV. Quatuor Dominicæ, & feriæ 6. Moysis, quæ aliquando plures, & aliquando pauciores sunt; occupant enim illum anni Ecclesiastici spatium, quod post 4. a Festo Crucis Dominicam usque ad 1. Novembr. excurrit. XLVI. Medio mense Octobris fit commemoratio S. Joannis Ægyptii in Gazarta: & S. Michaelis Angelorum Socii in Mozul. XLVII Prima feria 4. Moysis, commemoratio S. Eliæ Hirtensis infra Mozul. XLVIII. Kalen. Novembris commemoratio S. Gloriosi Achæ fratris S. Joannis Ægyptii apud castrum Phanech in finibus Gazartæ Zebedeæ situm. XLIX. IV. Dominicæ totidemque feriæ 6. Dedicationis Ecclesiæ, quæ Ingressus appellantur: quarum 1. dicitur Dominica Encœniorum, ejusque inveniendæ hæc rubrica assignatur: Si Kalendæ Novembris in Dominicam incidant, in ea ingressus celebratur. Si verò in feriam 2. aut 3., Dominica immediatè præcedente fit ingressus. Si autem in feriam 4. 5. 6. aut Sabathum Kalendæ Novembris incidant, Dominica sequenti fit ingressus. Prima vero feria 6. commemoratio S. Eugenii, & Sociorum ejus.

Hic est ordo, ac distributio Festorum, ac Dominicarum, qui potissimum servatur in Cœnobio S. Gabrielis, & S. Abraham apud Mozul urbem Arsacidarum. Sed & alias Festivitates celebrant, quæ in altero Codice, quem Tomum Sanctorum appellant, descriptæ sunt, ut Transfigurationem Domini 6. Augusti: Assumptionem V. 15. Augusti: Festum S. Thomæ Apostoli 3. Julii: Cyriaci 15. ejusdem; Phetionis Martyris 25. Octobris &c.

Sed non ab re erit hic illud etiam observare, quod Nestoriani præter ferias 4. & 6., quibus per anni circulum jejunant, hæc. 7. jejunia colant. 1. Quadragesimale per septem integras hebdomadas, ne Sabathis quidem, & Dominicis exceptis. 2. Jejunium Apostolorum per totidem hebdomadas a feria 2. post Pentecosten ad 1. æstatis, quæ 7. est a Pentecoste, & in qua festum XII. Apostolorum celebrant. 3. Jejunium migrationis B.V. a Kal. Augusti usque ad 15. ejusdem mensis, in quo festum Assumptionis B.V. peragitur. 4. Jejunium Eliæ, seu Crucis per 7. hebdomadas a Dominica 1. Eliæ usque ad feriam 6. Hebdomadæ

Ch. MCCXXII. Sedit an. XXXI. menses VII., & aliquot dies. Ordinavit Metropolitas XVIII., Episcopos XXXVII. Sub eo martyrium subiit, Amro teste, Ebediesu cognomento Abulganajem feria VI. die XX. Decembris an. Græc. MDXIII. (1)

madæ 7. Eliæ. 5. Jejunium Nativitatis, seu Annunciationis per quatuor hebdomadas, a Dominica 1. Annunciationis usque ad diem 25. ejusdem mensis, in qua celebratur Nativitas Christi. 6. Ninivitarum seu Rogationis per tres dies. 7. Denique jejunium Virginum tribus post festum Epiphaniæ diebus.

(1) Floruit circa hæc tempora Michael, quem Elias III. circa an. Ch. MCLXXXXIII. Maipharchini, Amidæ, & Mardæ Episcopum creavit, postquam Jaballaham nostrum ex ea Sede ad Nisibenam Ecclesiam evexisset. Michael Syriacè composuit Fidem, quam Arabicè redditam a Presbytero Saliba vide in Cod Vat Arab. Ms. 157. a fol. 229. ubi hoc titulo prænotatur " Professio fidei, quam tenent Christiani Syri Orientales, composita a S. Patre, Doctore, præstante, religioso, pio & perfecto Domino Michaele Episcopo Amidæ & Majapharchini, cujus memoria est inter justos: e Syriaco autem in Arabicum sermonem translata a me humili Saliba Joannis filio, nomine tenus Presbytero ". In ea cum Trinitatis mysterium juxta Nicænum & Constantinopolitanum symbolum breviter exposuisset, de Verbi Incarnatione cum Ecclesia Catholica adversus Nestorianos, Monophysitas, & Monothelitas pugnat. Vid. Assem. *tom.* 3. *cap.* 49.

Circa eadem tempora innotuit Simeon Presbyter & Monachus, qui tractatum edidit hoc titulo prænotatum in Cod. Syr. Vat. 17. fol. 63. " Quæsita Domini mei Simonis Cephæ de Divinis Sacramentis, & de Baptismo, undenam originem ducant ". In eo fabula de fermento talis describitur. Panis Eucharistiæ a Christo in cœna consecrati particulas singulis Apostolis distributas, ab his omnibus sumptas fuisse, præterquam a Joanne Evangelista. Hunc enim conservasse usque ad Pentecosten, ex eaque tamquam ex fermento Panem Apostolos confecisse, quo primam Liturgiam in cœnaculo celebrarunt; atque ita fermentum sacrum, ex uno in alterum panem Eucharisticum per Adæum, & Marim Apostolorum discipulos ad Syros Oriantales traductum, quod ab iis asserit sanctissimè servari. Item ab eodem Joanne Evangelista, refert, aquam, quæ ex latere Christi effluxit, in urceo collectam, fermentum alterum aquæ baptismalis fuisse, & ab eodem Adæo una-

cum

cum fermento Eucharistiæ Syris Orientalibus traditam. Vid. Assem. *tom.* 3, *cap.* 52.

Floruit pariter circa eadem tempora Jesujabus Malchonis filius, Sobæ, seu Nisibis Episcopus a Jaballaha ipso, qui Soben. Ecclesiam rexerat, ordinatus ann. Ch. MCLXXXX. Hujus scripta recenset Ebediesu in Catalogo cap.195. Habet, inquiens, Quæstiones Grammaticas, & Orationes, & Epistolas cum canticis. Amrus in libro Theologico, cui *Turris* nomen imposuit, refert Fidem, seu fidei professionem, quam Arabicè composuit Jesujabus. Illam Arabicè Latinè ex Cod. 41. Vulgavit Patruus *tom.* 3. *pag* 295. *& seq.* Illa verò plane orthodoxa est, atque hinc patet in exponendo Incarnationis mysterio Nestorianos mirum esse inconstantes. Nimirum Doctiores Syri, sive Monophysitæ, sive Nestoriani, Theologicarum rationum pondere convicti, Catholicam veritatem sine ambagibus aliquando confessi sunt. Sed inconstantia Jesujabi facile ex Epistola Arabica, quam ad Saidum Diaconum scripsit, apparet. Extat illa in Cod. Arab. Vatic. 49. Ignatius David ex Maphriano in Patriarcham Jacobitarum anno MCCXXII. electus epistolam dederat ad Saidum Nestorianum Diaconum, & in Bagdadensi aula Scribam, in qua Syros Nestorianos tamquam sectam nuper exortam traducebat. Saido verò Ignatii litteras sibi transmittenti, responsionemque ad ejus objecta postulanti, Jesujabus Apologiam pro Nestorianis adversus Ignatium Patriarcham conscriptam misit per dictam epistolam. De qua late Asseman. loc. cit Qui & pag. 303. subdit, eidem epistolæ in laudato Cod Arab Vatic. 49. præmitti = Tractatum Anonymi (quem Nestorianum, & hunc fuisse Jesujabum conjicit Assemanus) adversus Mahometanos, Judæos, & Melchitas, inscriptum = Liber demostrationis de vera fide = Opus in 4. partes divisum est; 1. complectitur duo capita, in primo demonstrat Trinitatem unum Deum esse, non tres Deos; & respondet ad objectiones Mahometanorum. In altero de Christo Domino adversus Judæos agit. Pars 2. complectitur quatuor capita, 1. ostendere conatur Melchitas, & Jacobitas duas sectas esse recentes. 2. Respondere conatur ad argumentum Cyrilli petitum ex illo Joannis *Verbum caro factum est*. 3. Confutat Jacobitas. 4. Confutat Melchitas, multa adversus utrosque congerit circa personam Christi, naturas, substantias, operationes, & voluntates. Pars 3. Unicum caput concludit de præstantia nostrorum (sic Jesujabus) Orientalium, qui Nestoriani dicuntur, & quod ii, ut asserit, in recta fide adeo constantes fuerint, ut nullam hæc apud ipsos mutationem, aut corruptionem subierit; & quid de rebus tum ad religionem, tum ad disciplinam spectantibus iidem sentiunt. Gentiles suos cæteris Christianis nationibus præstare affirmat tum religione, tum moribus. 1. Ostendere conatur ex eo, Quod Orientales Christum in cunabu-

nabulis primi omnium adoraverint, quod iidem ab Apostolis fidem nullo mediante acceperint, non instar Jacobitarum, & Melchitarum, quibus religionem, ait, arbitrio Regum præscriptam, non Apostolorum prædicatione traditam: quod nulla in Oriente hæresis emerserit: quod denique pro Apostolica fide servanda martyrium, data occasione, subierint. Alterum probare nititur, Christianarum virtutum exercitationes enumerando, quas omnes apud suos exstare affirmat: nimirum, legitimam Præsulum suorum electionem, altarium munditiem, jejuniorum puritatem, laicorum conjugatorum continentiam, clericorum in persolvendis Horis Canonicis (quas sic recenset: Preces Vesperarum, & Noctis, Matutini, Nonæ, Sextæ, Tenebrarum, & mediæ noctis) observantiam: denique suos sectarios, ait, Christi Domini, Apostolorumque vestigiis inhærere, cum Circumcisionem colunt. Pars 4. continet tria capita. Caput 1. Responsio ad eum, qui minime probat, quod nos a communione Melchitarum, & Jacobitarum abhorremus. Errores, ut asserit, Jacobitarum, & Melchitarum eos in summa recenset. 1. Sacerdotes, ait, nudis pedibus Altare ingrediuntur. 2. Ipsi communicant, aliisque comunionem porrigunt absque calice, 3. Communionem præbent, cum cibum sumpserint, jejuniumque solverint. 4. Communionem mulieribus, puerisque per vicos & domos deferendam tradunt: mulieribus quoque, & iis, qui nullo ordine initiati sunt, permittunt, ut communionem aliis præbeant. 5. Eucharistiam tamdiu repositam conservant, ut corruptioni, & muribus ipsis obnoxia sit. 6. Apud Romæos in fine Sacræ Liturgiæ Eucharistiam primùm, deinde aquam fervidam iu calicem immittunt: quo fit, ut Eucharistia solvatur. 7. In Jejunio Liturgiam celebrant feria prima pro tota hebdomada, & ex Eucharistia illa singulis diebus proferunt, quod sumant, contra sacros Canones, quibus præcipitur, ne Eucharistia vel una nocte maneat. 8. Aliquando Eucharistiam in calice sic immiscent, ut panis vinolentus videatur. 9. Quandoque etiam plures Hostias quis uno die sumit ex oblatione scilicet illius diei, & ex ea, quæ antea reposita fuerat. 10. Oblatio eorum ex foro emitur, eamque mulieres subigunt, & infideles ipsi, aut hæretici coquunt. 11. Liturgiam usurpant Jacobo fratri Domini inscriptam, quæ tamen ejus esse nequit, sed potius Jacobo Baradæo tribuenda est propter multos, quos complectitur, ut asserit, errores: ut puta, cum Eliæ Prophetæ commemorationem agunt, qui tamen vivus est; oblatio autem, ut inquit, & commemoratio pro Defunctis dumtaxat peragitur. Item Ecclesiam Sion commemorant, quæ Jacobi Apostoli temporibus necdum ad fidem conversa fuerat. Ajunt præterea in quadam secreta, Deum alloquentes: *Memento Mariæ, quæ te genuit per gratiam Jesu Christi*. 12.

Cum Euchariſtiam porrigunt, dicunt ad eos, qui ſumunt: *Hoc eſt Corpus Dei*: & : *Hic eſt Sanguis Dei*. 13. Munditiem adeo non curant, ut contingat quempiam eorum in ſacra Liturgia a dextris, & ſiniſtris Altaris expuere. 14. Aqua ſe minime abluunt, Manichæos imitati, qui id religioni ducebant. 15. Imagines in Eccleſiis multiplicant, ajuntque eas omnes venerandas eſſe, cum tamen Chriſti, Dominæque imaginem deſpiciant; nam in balneis, aliiſque immundis locis eam collocant. 16. Sacerdotes abſque Diaconis ſacrum faciunt. 17. Sumpto cibo Altare ingrediuntur. 18. Ibidem manducant, & bibunt. 19. Pueris, mulieribus, cæteriſque laicis patet acceſſus ad Altare; quin & Judæis ipſis in regione Romæorum, & apud Ægyptios. 20. Patriarchæ, Epiſcopi, & Monachi apud ipſos, & Ægyptios ſandaliis minime utuntur. 21. Eccleſias claudunt vergente die, noctemque ipſi in deliciis tranſigunt uſque ad matutinum tempus; exiſtimant enim nocturnas preces opus eſſe Diaboli. 22. In jejunio piſces manducant, & vinum bibunt, contra ipſius jejunii præſcriptum, nec id tantum faciunt, ſed etiam abſtinentes a vino, & piſcibus condemnant. Eo demum progreſſi ſunt Ægyptii, ut lacte præterea in jejunio veſcantur, filiiſque ſuis ante baptiſmum ova, & carnes dent. 23. Sabatho, & Dominica jejunium ſolvunt, jejunanteſque his diebus damnant. 24. Franci, hoc eſt, Latini, jejunium incohant feria IV. duobus poſt Orientales diebus; & feria V. Paſchatis, ſeu majoris hebdomadæ, agnos aſſos manducant. 25. Epiſcopi, & Monachi Ægyptii carnibus veſcuntur, præter Regulam: lineas etiam veſtes ſub laneis gerunt. 26. Romæi ſtatuas idolorum in templis adhuc retinent. 27. Iidem hebdomadam ante initium jejunii Quadrageſimalis jejunant propter Heraclii Imp., ut ajunt, jusjurandum, quo ſe obſtrinxerat, ſe Judæis Paleſtinæ parſurum. Mirum ſane, inquit, quod in dicto unius hebdomadæ jejunio jusjurandum illius quotannis redimant, quem ipſi velut hæreticum monothelitam anathematizant, & tamquam tyrannum vita privarunt. Sed magis mirandum, quod Ægyptii rigidiore, quam Romæi, jejunio hebdomadam illam colant: hi ſiquidem in ea lacticiniis veſcuntur; Ægyptii verò nullum, jejunium Quadrageſimale inter & ipſam, diſcrimen agnoſcunt. 28. Romæi Sabathum non ſecus atque Judæi colentes, in ipſo ſacram Liturgiam pro mortuis faciunt, in eo dumtaxat acceptam eſſe pro mortuis oblationem exiſtimantes. 29. Jacobitæ exiſtimant ſecundas nuptias a Sacerdotio, & Diaconatu impedire: ſecus fornicationem, quam Epiſcopi eorum ſcientes, volenteſque ipſis permittunt. 30. Ægyptii duas uxores uni viro concedunt: ancillas præterea & concubinas, quot voluerit. Æthiopes vero, ſeu Abyſſini, quot placuerint, uxores ducunt. Epiſcopi autem in regione Nigrorum, hoc eſt, in Nubia, inſtar Laicorum

rum conjuges habent. Eunuchos & Spadones ad ſacros ordines admittunt. Has, inquit, ob cauſas Jacobitarum ſimul & Melchitarum communionem devitant Neſtoriani, quorum contrarias prædictis conſuetudines opponit.

Deo nimirum ita diſponente, ut quo fere tempore Michael Cærularius Græcorum Patriarcha conquiſitis diverſarum criminationum capitibus Orientem in Latinos excitare contenderat, Neſtoriani, aliique Orientis hæretici adverſus Græcos ipſos conſurgerent.

Cap. 2. Adverſus Romæos, ſeu Græcos, qui de Patribus, & locis ſanctis gloriantur. Ut Orientales ſuos Græcis præſtare oſtendat, hæc Orientis privilegia enumerat. 1. ait, Paradiſus ſitus eſt in Oriente. 2. Orientales primi omnium gentium Chriſtum agnovere, eumque oblatis muneribus adorarunt. 3. Inſtituta eſt ab Apoſtolis ad Orientem adoratio. 4. Patres generis humani tum ante, tum poſt diluvium in Oriente fuerunt: Adam, & Heva, eorumque filii uſque ad Noe; deinde Noe cum deſcendentibus ſuis uſque ad Abraham: Abraham vero ex Oriente in Palæſtinam profectus eſt: Chriſtus ex ſemine Abrahæ Orientalis fuit: & Apoſtoli ipſi fidei noſtræ ſatores ad Orientem ſpectant. At Græci, inquit, Occidentaleſque neque de Patribus, neque de Prophetis gloriari poſſunt, ſed tantum de Saturno, Jove, Marte, Mercurio, Venere, cæteriſque prophanis numinibus, deque hæreſiarchis Simone Mago, Valentino, Ario, Macedonio, Origene, Paulo, Photino, Apollinario, aliiſque. Quod ſi Hieroſolymam (ſubdit) ſe poſſidere jactent, mentiuntur. Eam ſane poſſidebant, cum orthodoxam tenebant fidem At poſtquam a vera religione deſciverunt, hoſtibus ſuis ſubjecti fuere, a Locis Sanctis, quæ olim in eorum Dominio erant, exules facti. Hinc colligit Patruus librum hunc a Jeſujabo compoſitum, poſtquam Arabes Hieroſolymam, pulſis Latinis, recuperarunt; hoc eſt, poſt ann. Chriſti MCLXXXVII.; nam Latini eam urbem, quam an. MXCIX. expugnaverant, cum an. LXXXVIII. tenuiſſent, anno demum MCLXXXVII. amiſere. Si gloriantur (ſubjungit) Hieroſolymam in Occidente ſe habere, reponimus, nobis eſſe in Oriente Paradiſum, cui Hieroſolyma comparari nequit: in eum quippe Chriſtus animam Latronis miſit, non Hieroſolymæ illam reliquit. Quod ſi ſubjungant, apud ipſos corpus Petri, & Pauli extare, ſubjungimus & nos, in Paradiſo apud nos Enochum & Eliam adhuc vivos degere: ſimiliter & animas Petri, & Pauli, omniumque Prophetarum, Apoſtolorum, Sanctorumque: animæ autem cadaveribus, corporibuſque præſtant. Præterea habemus & nos quod cadavere Petri & Pauli haud inferius eſt: nimirum cadaver Ezechielis Prophetæ in Zaba, cadaver Danielis Prophetæ in Suſan, cadaver S. Thomæ Apoſtoli in India, S. Thaddæi in urbe Edeſſa, Nathanaelis in Ar-

LXXVII. SABARJESUS.

JAballahæ ex ftatre nepos, ab eodem Nuhadræ Epifcopus, deinde Hazæ (hoc eft, Adiabenæ) & Arbelæ Metropolita ordinatus, in Patriarcham confecratus eft (1) feria 1. die 31. Julii an Græc. MDXXXIII. Obiit

Armenia, S Maris Apoftoli in *Dairkona*, aliorumque plurimorum, quorum nomina mihi nunc in promptu non funt.

Cap.3. Epilogus. Summam exhibet eorum, quæ de Neftorianis a nonnullis tradita refellit: Quofdam ait affirmare, Neftorianos a 318. Patribus Nicænis damnatos fuiffe, cum tamen Neftorius, ut fubjungit, 60. annis poft Nicænum Concilium natus fit. Alios ad Arium Alexandrinum eos referre; alios exiftimare Neftorianos profiteri Chriftum Dominum imperfectum fuiffe ufque ad baptifmum, quo a Joanne accepto perfectionem confecutus fit. Nonnullos dicere ipfos B. Virginis adverfarios, cujus neque commemorationem in ftatis precibus peragant, neque imaginem in Ecclefiis teneant. Eutychium Melchitam, & Severum Mokaffæum Ægyptium multas calumnias in Neftorium, Sectatorefque congerere: de Neftoriana denique fecta hanc fententiam ferre, ut eam narrent pridem extinctam, deinde per Barfumam Nifibenum Metropolitam inftauratam fuiffe. Hæc ille, quæ licet falfa, & conficta, ut plurimum fint, ad Neftorianæ tamen fectæ penitiorem cognitionem habendam hic a nobis fufe commemorata funt.

Floruit præterea fub Jaballaha fecundo, tefte Amro, Joannes Zuabiæ, & Nili Epifcopus; hic in Cœnobium Bauthæ, quod apud Baladam regionis Mofulanæ urbem fitum eft, folitariæ vitæ amore ductus fecedens, ftupendum, quod in Baufnaja de Dominicæ diei obfervatione prodigium contigerat, fcripfit. Vid. Afseman. *tom.* 3. *pag.* 557.

(1) Præfentes fuerunt ejus confecrationi Ebedjefu Metropolita Gandifapor, Salomon Metropolita Bafforæ, Jefujab Metrop. Moful, Sabarjefus filius Meffiæ Metropol. Dokukæ, Jefujab Malchonis Metrop. Nifibis, Elias Sciariti Epifcopus Ocbaræ, Narfes Epifcopus Tyrhanæ. Salomon ex urbe Chalata oriundus Bafforenfem Ecclefiam tum regebat. Eft autem Chalata urbs Mediæ non ignobilis, quæ terræmotu corruiffe narratur in Chronico Noe Jacobitarum Patriarchæ an. Chr. MCCXLV., & MCCCCXXXIV. Hic, uti fcribit Ebediefu Soben. cap. 198. fecit librum Apis, five Spicilegii infcriptum: bina ejus exemplaria exftant in Vaticana, unum impet-

Obiit feria 2. die 15. Junii an. Græc. MDXXXVI. In Ecclesia

perfectum Cod. Syr. 9. tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 488, alterum perfectum Cod. Ecchellen. 17. tom. 1. Bib. pag. 576. Librum nuncupavit Narseti Episcopo Conisapor in Vazich. Divisit in duas partes. Pars 1. cap. 32. continet, de rebus scilicet spectantibus ad vetus Testam. Cap. 1. De æterna Dei mente condendi creaturas. 2. De creatione septem naturarum, scilicet cæli, terræ, aquæ, aeris, ignis, angelorum, ac tenebrarum, in silentio, idest absque voce. 3 De creatione terræ, aquæ, & ignis. 4. De cælo. 5. De Angelis, quorum novem choros, & tres ordines statuit. 6 De tenebris. 7. De creatione lucis. 8. De creatione firmamenti. 9. De creatione arborum, & plantarum, deque conditu marium & fluminum. 10. De conditu Luminarium. 11. De creatione draconum & piscium, & volucrum, & reptilium, quæ in mari sunt. 12. De creatione animalium, & pecorum. 13 De formatione Adæ. 14. De Eva. 15. De Paradiso. 16. De peccato Adæ. 17. De exitu Adæ, & Eva de paradiso. Fabulatur Adamum ex arbore scientiæ boni, & mali ramum præscidisse, eumque secum extra paradisum instar baculi tulisse. Hunc autem, ait, per Patrum manus usque ad Moysen transiisse, & a Moyse usque ad Christum, cujus crucis pars fuerit 18. Quod Adam Evam cognoverit. 19. De inventione organi. 20. De Noe, & diluvio. 21. De Melchisedech. 22. De generationibus Noe. 23. Genealogica series a diluvio deinceps, scilicet usque ad Abrahamum. 24. De constructione Turris, & divisione linguarum. 25. De Abraham, sub quo Arbelam urbem conditam scribit. 26. De tentatione Jobi. 27. Benedictiones Isaaci. 28. De Josepho. 29. De Moyse, deque filiis Israel. 30. De Virga Moysis. 31. De Josue filio Nun, deque annis Judicum, & Regum filiorum Israel summatim. 32. De morte Prophetarum, quo quisque modo vita functus, & sepultus est.

Pars 2. De divina dispensatione, quæ in N. Test. peracta est. Capita 28., quorum primum est in ordine præcedentium 33. ut sequitur. 33. De Genealogia Christi. 34 De Annunciatione Angeli ad Jonachir (ita Joachimum vocat, Annam autem Dinam appellat) de Nativitate Mariæ. 35. De Annunciatione Gabrielis ad Mariam de conceptione Domini Nostri. 36. De Nativitate D. N. in carne. 37. De Vaticinio Zaradostæ, seu Zoroastri de Domino Nostro. 38. De Stella, quæ apparuit in Oriente in die Nativitatis Domini: 39. De Adventu Magorum ex Perside, ubi multa fabulatur de numero, nomine, patria, & muneribus Magorum. 40. De Descensu Domini nostri in Ægyptum. 41. De Joanne Baptista, deque Baptismo Domini nostri. 42. De jejunio Domini, deque ejus lucta cum Satana. 43. De

clesia Akabi sepultus. Sedit an. II. mens. x. dies xviii.

LXXVIII.

Paschate Domini. 44. De passione Domini. 45. De Resurrectione Domini. 46. De Ascensione Domini. 47. De illapsu Spiritus Sancti in Cœnaculum. *ibi*. De Fermento Eucharistiæ, ait, Adæum quidem & Marim id fermentum ad Orientem detulisse: reliquos verò Apostolos nequaquam eo usos fuisse, " Joannes, inquit, „ particulam illam Eucharistiæ (a „ Domino in cœna consecratæ, „ quam idem Joannes repositam „ custodiisse dicitur) miscuit „ cum illa particula (quam Apo- „ stoli in die Pentecostes conse- „ crasse perhibentur) Orienta- „ les autem D. Adæus, & D. Ma- „ ris eandem accipientes, fer- „ mentum inde consecrarunt, „ quod ad nos delatum est. At „ verò Discipuli cæteri nequa- „ quam ex ea acceperunt, ajen- „ tes, nos ipsi consecrabimus, „ quotiescumque voluerimus. „ Idem Salomon circa fermentum olei baptismatis scribit " Oleum „ Baptismi sunt, qui dicant, ex „ oleo, quo Reges ungebantur, „ deduci: alii ex mistura aroma- „ tica, qua D. N. corpus condi- „ tum fuit; quam quidem sen- „ tentiam plerique tenent. Alii „ denique ajunt, acceptam in „ manum a Joanne Eucharistiæ in „ Paschate consecratæ particu- „ lam ita incaluisse, ut adversa „ palmæ manus pars sudore ma- „ narit: sudorem autem illum „ ab eodem Joanne in signaculum „ baptismi repositum. Id nobis „ a quodam Eremita & periodeu- „ ta ex ore in aures traditum est „ 48. De Prædicatione Apostolorum, & de loco uniuscujusque eorum, deque ipsorum morte. 49. Nomina XII. Apostolorum, & LXX. Discipulorum. 50. Quæstiunculæ diversæ, quæ nimirum ad discipulos Christi pertinent. Ibi inter cætera de Ignatio Antiocheno Patriarcha scribit " Vidit An- „ gelos alternis choris ministran- „ tes, & statuit, ut similiter in „ Ecclesia ministraretur. Cum „ autem ordinatio hæc postea „ obsolevisset, Diodorus una- „ cum Patre in Persidem Lega- „ tus profectus, vidensque duo- „ bus choris ministrari, Antio- „ chiam in regionem suam regres- „ sus innovavit, ut choris duo- „ bus psallerent „. De visione Angelorum, deque institutione ab ipso Ignatio Ecclesiæ Antiochenæ tradita, ut choro in duas partes diviso Psalmi canerentur, id Socrates confirmat lib. 6. hist. cap. 8., & Barhebræus in 3. part. Chron. Syriaci in vita S. Simeonis Barsaboe diserte tradit, eum ritum ex imitatione Ecclesiæ Antiochenæ in Orientem ab eodem Simeone invectum. Quod autem dicit de Legatione Diodori &c. Salomon, hallucinatum fuisse puto, (Asem. *tom.* 3. *pag.* 321.) ex male intellectis Theodoriti verbis Hist. Eccles. lib. 2. c. 24. de Diodoro & Flaviano scribentis: " Hi duo „ quamquam annumerati Laicis, „ tamen noctu, & interdiu ad „ pie-

LXXVIII. SABARJESU.

MEssia patre Bagdadensi natus ex Metropolita Dokukæ, & Beth-Garmæ in Patriarcham ordinatus fuit Dominica in Albis die 26. Aprilis an. Gr. MDXXXVII. Obiit Sabatho die 20. Maji an. Græc. MDLXVII. (1). Cadaver

„ pietatis studium omnes sedulò „ excitarunt. Hi psallentium „ choro in duas partes diviso „ hymnos Davidicos alternis canendos tradiderunt... quæ res „ primùm incœpta Antiochiæ, „ ubique pervasit, & ad ultimas „ terræ partes pervagata est. „ Ubi Theodoritus non ita intelligendus est, quasi Diodorus, & Flavianus eam primùm consuetudinem alternis choris canendi absolute instituerint; sed quod Laicis, & reliquis Clericis potestatem fecerint, ut choro in duas partes diviso, Hymnos Davidicos alternatim canerent, quos antea soli cantores ex primæva S. Ignatii institutione psallebant, ut advertit Thomasin. de V.& N. Eccles. disciplina *tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 82.

Cap. 51. Nomina Catholicorum Orientis. Hoc caput nos retulimus. Cap. 52. Nomina Regum, qui regnarunt in mundo a diluvio. Recenset Reges Medorum a Dario Hystaspis ad Darium Arsami. Reges Ægyptiorum ab Alexandro M., & Ptolemæo Lagi, ad Ptolemæum Dionysium. Imperatores Romanorum a Cajo Julio Cæsare ad Constantinum M. Reges Persarum a Sapore Hormisdæ ad Chosroem Hormisdæ.

Cap. 53. De fine temporum, & mutatione Regnorum. 54. De Gog, & Magog. 55. De Adventu Antichristi filii perditionis. 56. De morte, deque animæ e corpore migratione. 57. De communi resurrectione, deque fine mundi elementaris, & initio sæculi novi. 58. Qua forma, & qua figura resurgent homines in die resurrectionis. 59. De felicitate justorum, & pœna peccatorum. 60. An dæmones & peccatores, qui in Gehenna sunt, postquam purgati, passique fuerint, statutamque pœnam persolverint, misericordiam tandem consequentur, nec ne: & quandonam id continget. Vid. Assem. *cit. tom.* 3. *a pag.* 309.

(1) De Sacris Oratoribus ad Patriarchas Nestorianorum (qui Sabarjesus erat) & Jacobitarum (qui Ignatius hujus nominis II. erat) ab Innocentio IV. missis, & de illorum epistolis ad Pontificem, ac Fidei professionibus; vide Raynaldum ad an. 1247. a n. 32. ad 43. Præterea Nestorianus fuit Nisibenus Archiepiscopus, & Joannes Jacobitarum Maphrianus, quorum fidei professiones habentur n. 41. 43.

daver in Ecclesia SS. Sergii, & Bacchi sepultum (1).

LXXIX.

(1) Joannes, Zugbi filius, Monachus, ac Presbyter in Cœnobio Cochensi floruit hac tempestate, & Grammaticas compositiones in unum Volumen congessit, Duplex porrò Joannis Grammatica, tam metro alligata, quam soluta oratione, cum diversis variorum de eadem re tractatibus exstat Ms. in Bibliotheca Vaticana Cod. Syr. Ecchellen. 27. In eo autem Codice sequentes Tractatus a Joanne Zugbi vel collecti, vel compositi habentur. 1. Eliæ Metropolitæ Nisibis de literis: *De literis genitivis* (hoc est, radicalibus) & addititiis. De literis, quæ casus appellantur. De litteris lenibus, & asperis. De literis, quæ corripiuntur; hoc est, scribuntur, sed non pronunciantur. De literis, quæ mutuò permutantur. De punctis, quæ appositiones seu affixa vocantur: apponuntur autem dictionibus pluralibus, ut eas a singularibus distinguant: De syllabica dictionum Syriacarum comprehensione: 2 Hucusque Grammatica Mar-Eliæ, sequitur Mar-Joannis cognomento Barzugbi, videlicet: De partibus Orationis, quot sint. De nomine, quod est prima Orationis pars, deque ejus divisionibus. De iis, quæ nomini accidunt, nimirum, genus, species, numerus, figura, qualitas, casus. De substantia, & accidentibus. Hic Joannes Philosophicè tractat de decem, ut Logici ajunt, Prædicamentis. De Verbo, quod est secunda Orationis pars. Hic fusè disserit de Verbo Dei, & de Incarnatione, sensu tamen Nestoriano. De iis, quæ verbum consequuntur, idest, opus, cogitatio, vox, scriptura. De verbi definitione, & divisione. De iis, quæ verbo accidunt, hoc est, genus, numerus, tempus, persona, qualitas, species, modi. 3. Eliæ Metropolitæ Nisibis, de Specie. 4. Joannis Zugbi de Pronomine, quod est pars tertia Orationis. De participio, quod est pars Quarta; de adverbio, quod est pars Quinta. De præpositione, quæ est pars sexta. De conjugatione, quæ est pars septima. De vocalibus, seu punctis. 5. Nomina punctorum discernentium, hoc est unam dictionem ab altera distinguentium, quæ magna dicuntur, interprete Mar Elia (l.) Catholico. 6 Joannis Zugbi de literis servilibus ܐܡܬܢ De literis lenius, vel asperius pronunciandis. 7. Explicit aptus grammaticæ artis contextus auctore... Joanne cognomento Bar-Zugbi. Item ejusdem carmen metro heptasyllabo de septem partibus orationis, quo veluti compendio tota Grammatica continetur. 8. Josephi Episcopi Mardæ, cognomento Bar-Malchon, carmen metro dodecasyllabo de punctis, inscriptum: Retepunctorum. 9. Distinctio vocum, Scriptura quidem similium, sed sensu differentium, quæ per puncta distin-

ctiva

LXXIX. MACHICHA.

IN Giugabad ditionis Nisibenæ loco natus, ex Metropolita Nisibis in Patriarcham ordinatus fuit Dominica v. Quadragesimæ an. Græc. MDLXVIII. Ch. MCCLVII.

Z 2 Ad-

ctiva noscuntur, & discernuntur ordine Alphabetico. Auctor hujus tractatus videtur esse Eudochus, seu Eudoxius Presbyter Melitinensis. 10. Carmen metro heptasyllabo, de quatuor punctis radicalibus, quæ distinctiva, & magna dicuntur, auctore quodam Philosopho. 11. Eliæ Nisibeni Nomenclator Syro-Arabicus. 12. Josue Bar-Ali Medici Lexicon Syro-Arabicum.

Præterea Bar-Zugbi edidit orationes metricas. Extat penes me (sic Patruus *tom.* 3. *pag.* 309.) Carmen metro heptasyllabo de Baptismo, & Eucharistia, ex pervetusto Codice in urbe Mosul descriptum, mihique transmissum: in quo Joannes Zugbi falsam popularium suorum opinionem de fermento Eucharistiæ, & Baptismi ab Apostolis ad ipsos continuata ut sibi persuadent, & numquam interrupta serie derivato, ex apocrypho quodam libro, Simonis Petri nomine inscripto, & ex Simeonis cujusdam Presbyteri sibi æquali auctoritate confirmare nititur. Sacro præterea Occidentalium, ut vocat, chrismati ex oleo, balsamo, aliisque aromaticis speciebus composito, purum simplexque oleum, quo Nestoriani pro chrismate utuntur longe præferendum existimat, suos quidem tamquam antiquissimi, & Apostolici ritus tenaces commendans; cæteros verò velut novitatis studiosos traducens. Et de utroque quidem fermento hanc fabellam tradit. Baptizato, inquit, in Jordane Christo Domino, Joannes Baptista ex aquis de sacro ipsius corpore defluentibus vasculum implevit, conservatumque usque ad diem decollationis suæ, discipulo suo Joanni Evangelistæ custodiendum tradidit. Eidem Joanni Evangelistæ, subjungit, cum Christus in Cœna Eucharistiam instituisset, partemque unam singulis Apostolis distribuisset, duplicem præbuit, quarum alteram ille sumpsit, alteram, non secus atque vasculum aquæ, repositam custodivit; Et in ipsum quidem vasculum aquam postea, quæ de latere Christi in Cruce pendentis effluxit, immisit, Sanguinem verò Eucharistico pani admiscuit. Hoc, ait, Eucharistiæ, illud baptismi fermentum fuisse. Nam Apostolos post acceptum Spiritum Sanctum antequam in eam, quæ sibi obtigerat, orbis terrarum partem, ad prædicandum Evangelium, proficiscerentur, Aquam illam, & panem Eucharisticum inter se divisisse, quibus tamquam fermento

Adfuerunt ordinationi Elias Metropolita Gandiſapor, ſeu Elamitidis, & Denha Metropolita Arbelæ, qui competitores ejus fuerant; & præter alios complures Metropolitas & Epiſcopos, adfuit Jeſujab Epiſcopus Chadiræ, qui Archidiaconi officio functus eſt. Anno poſt Hulachus (1) Mogulorum, Tartarorumque Rex devicto Cha-

to in utroque illo Sacramento adminiſtrando uſi fuerint. Hæc nimirum fermenti origo eſt, de quo tantoperè gloriantur Neſtoriani, ut graves cæteroquin illius ſectæ ſcriptores, Jeſujabum, & Ebedieſum Niſibenos Archiepiſcopos, non puduerit affirmare, nullam aliam, præter Neſtorianos, Chriſtianam gentem Apoſtolicas Traditiones quoad utriuſque illius Sacramenti materiam, ſartas tectaſque ſervaſse.

Joanni Barzugbi æqualis fuit Simeon Monachus, & Presbyter Neſtorianus: qui ab eodem Barzugbi laudatur, quod de Sacro Euchariſtiæ, & Baptiſmi fermento ab Apoſtolis ad ſuam ætatem traducto ex antiquis Codicibus hiſtoriam narraverit. Ea de re Tractatum ſcripſit Simeon, qui exſtat in Codice Syr. 17. (Tom. 2. Bibl. pag. 398.) hoc titulo prænotatum " Quæſita Domini mei Si-„ meonis Cephæ de Divinis Sa-„ cramentis, & de Baptiſmo, un-„ denam originem habeat? „ Ubi ejus Codicis deſcriptor, ut fabellæ illi majorem fidem conciliaret, loco Simeonis Presbyteri Neſtoriani, Simeonis Cephæ, ſeu Petri Apoſtolorum Principis nomen obtruſit. Vid. Aſſem *tom.* 3. *pag.* 563.

Eodem ſæculo XIII. Georgius cognomonto *Varda* (Roſa) celeberrimus apud Neſtorianos hymnographus claruit. Carmina Syriaca edidit, quæ recenſuit Aſsem. *tom.* 1. *Biblioth. pag.* 581. 1. 2. *Cod. Syr. Amid.* 1. 7. & 8. quibus inſertum legitur Carmen de Amore Doctrinæ, cujus initium: *Deus largire Doctrinam*: quod tamen Codd. Mſs. ferè omnes S. Ephræmo Syro adjudicant. Aſseman. *tom.* 3. *pag.* 561.

(1) Hulachus Kaan, ſeu Cham, hoc eſt Imperator, frater Mangonis, Coblai, & Arich-Bugham, filius Thuli ax Sarkutana Chriſtiana matre, uxorem habuit Chriſtianam nomine Dokuſcatona, Chriſtianamque fidem profeſsus eſt, unde & Chriſtianis, maxime Neſtorianis, favit, obiitque ann. Ch. MCCLXV. Vid. Raynald. *ad ann.* 1260. *num.* 29. Ubi Gratulatorias ad eum Romani Pontificis literas recitat. Rayn. ad an. 1338. 1340. 1342. fuse agit de diſseminata in iis regionibus per Religioſos Viros ex Minorum Familia Chriſtiana Religione; item ad an. 1254. literas Innocentii IV., quibus Sartacho Principi gratulatur ob ſuſceptam Chriſtianam religionem recitat. Plura dabit Aſseman. *tom.* 4. *a pag.* 101.

Chalipha Bagdadum expugnavit an. Græc. MDLXIX. & Machichæ ad habitandum ædes Chaliphæ dedit, quas ædes *Duidari* appellant; in quibus novam is Ecclesiam exstruxit. Obiit Machicha an. Græc. MDLXXVI. Exequias celebrarunt Metropolitæ Mosul Simeon, una cum quatuor Episcopis, Presbyteris, & Populo Bagdadensi. Cadaver die sequenti in nova Ecclesia in Ædibus Duidari conditum.

LXXX.

a pag. 101. ubi de Nestorianorum statu sub Tartaris, seu Mogulis agit.

Vincentius in Speculo lib. 31. a cap. 1. ad 52. refert ab Innoc. IV. ad Tartarorum Reges an. 1245. missos fuisse ex Sacris Ordinibus Minorum, & Prædicatorum operarios Evangelicos: ex familia quidem Prædicatorum Anselmum, sive Ascelinum cum Sociis; ex Ordine verò Minorum Joannem de Plano Carpini cum aliis itineris Sociis. Gesta successusque Dominicanorum descripsit Simon de S. Quintino socius Ascelini: Franciscanorum prædictus Joannes; quorum hanc summam exhibet idem Vincentius Prædicatores in Persidem perrexisse ad Bajothnov, unum ex præcipuis Ducibus Tartarorum, qui tractui illi cum numerosissimo exercitu præerat. Minores Bohemia, Polonia, Russia peragratis, ad primam Tartarorum Stationem pervenientes, indeque ad Cumaniam, aliasque amplissimas Provincias a Tartaris subactas, ac fere destructas, demum ad Terram Mongalorum, hoc est, ipsam Tartariam, & ad Supremum omnium Tartarorum Chanum, seu Imperatorem, nomine Cujuchum, qui tum in locum Hoccotæ, seu Uchataii patris sui defuncti subrogatus fuerat, deductos fuisse an. 1246. post 15. fere menses susceptæ peregrinationis: ab eo benigne exceptos, literas Pontificias ei obtulisse, aliasque ab illo ad Pontificem recepisse: demum eodem, quo ierant, itinere regressos, in Russiam an. 1247. venisse, tractatuque cum ejus Provinciæ Principibus, & Episcopis habito, de reductione eorum ex Schismate Græcorum, quod sectabantur, ad Ecclesiæ Romanæ unitatem, una cum Nuntiis illorum ad Pontificem rediisse. Per eam occasionem ab Andrea ejusque socio Nestorianos terræ Sin, hoc est, Chatajæ & Tartariæ, ad orthodoxam fidem fuisse adductos, constat ex epistola Rabban Arae Vicarii Orientis ad Innocent IV. dat. an Ch. MCCXLVII. in qua Pontificem sic alloquitur: „ Ipsi missi a vobis Andreas, & „ Socius ejus, conservati a Do„ mino, notificabunt vobis ore „ ad os, quæ viderunt, & audie„ runt

LXXX. DENHA.

DEfuncto Machicha ad electionem successoris Patres accessere, omniumque Episcoporum, ac Fidelium suffragiis, Dokucastonæ præsertim Tartarorum Reginæ, Denha Arbelæ Hazæque Metropolita, in oppido, quod Rostachum appellant, natus, Patriarcha electus fuit, quorum consensu accepto, reque ab Abakam Chanum [1], sive Regem delata, pretiosa veste ab eo de more donatus, diplomate insuper regio munitus, custodiaque stipatus, comitante Jacobo Duce, & Baricha Visitatore, una cum tribus Mogulensibus Ducibus, commeatu, ac vehiculis ex publico ipsis assignatis quocumque eos divertere contigisset, ordinatus est

„ runt apud nos &c. Misimus autem vobis per manus dictorum „ Fratrum Nunciorum vestrorum „ libellum, quem attulimus de „ pectore Orientis, scilicet de „ terra Sin: & libellum alium de „ fide ex parte Archiepiscopi Nisibeni, cui subscripserunt alii „ dno Archiepiscopi, & tres Episcopi: & nos una cum eis in „ spiritu petimus iterum a Paternitate vestra petitionem secundam pro I. Archiepiscopo Hierosolymitano, qui est de gente „ nostra, & pro Fratribus nostris Orientalibus Christianis, „ qui sunt Antiochiæ, Tripoli, „ & Accon, & in aliis terris vestris, ut recommendetis eos, „ ne aliquis eos offendat &c. „ Rabban *Ara* fuit Monachus Vicarius Patriarchæ Chaldæorum in partibus Orientis, scilicet in Terra Sin, seu in Chataja, & Tartaria Orientali, ubi plurimi Nestoriani morabantur. Id sub Sabarjesu contigit. Vid. Asseman *tom.* 4. *pag.* 410. 525. Et Raynaldum ad an. 1247.

(1) Mogulensium, & Tartarorum Regem, Filium ac Successorem Hulachi: hujus Abachæ orator Clementi IV. Pontifici testatus est, ab illo Christum coli, Crucisque vexillum reverenter honorari. Abaka Christianis favit, unde in Perside, Assyria, Media, Parthia religio propagata fuit. Uxorem Christianam habuit, quam ex decurtato Despoena, seu Despina nomine *Binam*, additoque *Catonæ*, seu Matronæ titulo, Binacatonam Tartari appellant. Vid. Assem. *tom* 4. *p.* 110.

est Modainæ Patriarcha, Pallio indutus rosaceo an. Græc. MDLXXXII. Ch. MCCLXV pluribus Metropolitis, & Episcopis assistentibus, manum ei imposuit Elias Gandisapor: Emanuel Tirhanæ Episcopus Sedis custos fuit, inque ejus ordinatione munus Archidiaconi gessit: qua peracta in Cœnobio S. Maris exceptus est; dein Bagdadum regressus, habitavit in cella in ædibus Chaliphæ supra Tigrim fluvium sitis, quas Hulachus Machichæ concesserat. An. Ch. MCCLXVIII. sub jejunii Quadragesimalis tempus [ita Abulfaragius *Chron. Syr. part.* I. *in vita Abakæ*] Mar-Denha Nestorianorum Catholicus, hominem, patria Tagritensem, qui multis ante annis abjurata Christiana religione sectam Hagarenorum amplexus fuerat, capi jussit, & demergi in Tigrim: quo comperto Bagdadensis populus adversus Aladinum Supremi Consilii Præsidem tumultuari cœpit: cumque a Catholico reum iterum postulassent, illeque negaret, populus ex ea repulsa efferatus, Catholicum in propria æde delitescentem adorsus ignem portæ antepagmentis admovit: sed & quidam conscenso muro Catholicum perimere cogitabant: fecissentque, nisi Consilii Præses continuò intromissis satellitibus eumdem ex parte profluentis clam inde præreptum in proprias ædes transtulisset. Post paulô Catholicus Arduam misso nuncio, de illata sibi injuria conquestus est. Venerunt itaque Legati, eumque in Arduam transtulere. Sed cum adversus Bagdadenses causam dixisset, nec ullus verbis ejus intendisset, Arbelam profectus est, ibique Ecclesiam in castello urbis construere cœpit.

Anno Ch. MCCLXXIX. ab eodem Denha ordinatus fuit Metropolita Sinensium Simeon Bar-Kalig, qui Tu-

sæ

ſæ Choraſanitarum urbi præerat Epiſcopus: cumque adverſus Catholicum ſuperbè agere cœpiſſet, antequam ad Sinarum regionem proficiſceretur, juſſu ejuſdem Catholici in carcerem detruſus, paucis poſt diebus una cum Epiſcopis, & Monachis, qui cum eo erant, interiit. In Simeonis locum Metropolita Sinenſium conſecratus eſt Jaballaha Jagurita (1) ex genere Turcorum in Cathaja (2) natus. Vid. Aſſem. *tom.* 4.

Scho-

(1) Jaguritæ, ſeu Iguritæ memorantur Matthiæ à Michov. de Sarmatia Aſiatica lib. 1. cap. 10. 11. 14. ubi eos *Juhros* appellat, eorumque regionem *Juhram* terram Scythiæ Septentrionalis juxta Oceanum Septentrionalem, ex qua egreſsos, invaſiſse ſcribit in Getas, ſeu Gothos, Alanos, Roxolanos, Ruthenos, & Vandalos, demum ſedem ibi fixiſse, ubi nunc eſt Hungaria, de eorum nomine dicta: Juhros enim, ſeu Jugros primùm appellatos fuiſse Hugros, vel Huguos, deinde Hungros, & Hungaros; nomine ſcilicet compoſito ex Hunnis, & Juhris, ſeu Iguris. Herbelot. Bibl. Orient. p. 478. Igur, & Higur vocat, unamque ex tribubus Turcorum Orientalium fuiſse affirmat, eorumque linguam cum Cathajenſibus communem: eos verò Chriſtianam religionem coluiſse, & Epiſcopum habuiſse Cinghiſchani temporibus, cui Idikoub, ſeu Idegu Igurorum Rex ſe ſubmiſit, cum illum nationibus omnibus Chatajæ, & Turcheſtanæ imperare accepiſset. Iguritarum frequens mentio in hiſtoria Neſtoriana, in qua hoc nomen Igurita, ſeu Iagurita, nil aliud ſonat, quam gentem Turcorum Orientalium Cathajæ, ſeu Sinæ Borealis. Tartaros antea Regibus Cathajæ, hoc eſt, Sinæ, vectigales ſine Principe, quorum primus fuit Rex Cinghiz-Canus, tradunt Barhebræus in Chronico, & Aytonus lib. de Tartaris: & Canum Luporumque pellibus veſtiebantur, carnibus murum, aliorumque fœdiſſimorum animalium veſcebantur, & lac equarum bibebant; non habebant nec fidem, neque literas. Vid. Aſsem. *tom.* 4. *pag.* 472. Colebant Idola Iguritæ; a Chriſtianis Hyrcaniæ, Choraſanæ, & Mavalnaheræ, ſeu Scythiæ antiquæ intra Imaum montem, ad ulteriores Scythas, quos Turcos Orientales, Moglos, Iguritas, & Cheritenſes appellamus, Fidem Chriſtianam propagatam fuiſſe, Annales Syriaci tum Neſtorianorum, tum Jacobitarum teſtantur. Turcos autem, Iguritas, Tartaros Cheritenſes longe ante Unch-Canum, ſeu Joannem Regem, qui ſæculo XII. claruit, religionem Chriſtianam ſuſcepiſse certiſſimis documenris demonſtrat Aſſeman. *cit. pag.* 482.

(2) Cathaja ſinum borealem ſigni-

Scholas ære proprio, necnon Ecclesias, & Cœnobia exstruxit Denha, bonasque artes ab interitu vindicavit: ac obiit an. Græc. MDLXXXXII., cum sedisset an. XVI. mensesque tres'. Cadaver in nova Ecclesia in ædibus Chaliphæ apud Machicham conditum: unde postea an. Græc. MDCXXVII. cum Mahometani Christianos ex Ædibus Chaliphæ ejecissent, ad Ecclesiam *Vici tertii* nuncupatam, una cum corpore Machichæ translatum est. Vacavit Sedes menses octo. Vid. Asseman: *tom.* 2. *pag.* 456.

LXXXI. JABALLAHA.

HIC Metropolita Tanket (1) genere Turcorum, ut supra dixi, opera Asuti Ameræ, *jussuque* Abakæ Tartarorum Regis in Patriarcham inauguratus est die Dominica Octobris, scilicet 1. Dedicationis Ecclesiæ

 an.

gnificat, quam Orientales Sinæ nomine absolute appellant: habet autem Turkestanam ad occasum: Sinam ad austrum; terram & mare Esonis, vulgò de Jesso, ad ortum; & Tartariam veram ad septentrionem. Urbes Regni Cathajæ plures recenset Paulus Venetus lib. 2. Provinciæ Cathajæ sunt, Pekinen, Xansia, Xensia, Xantonia, Honania, & Suchuensis; Provinciæ Mangi sive Sinæ meridionalis sunt: Nankinen, Huquania, Chekianen, Kiansia, Fokien, Quantuania, Quan ia, Junnania, & Quichea. Divisionem hanc factam a Magno Chano, Coblajo dicto, tradunt. Metropolis Mangi Nanchinum; Metropolis Cathajæ Pekinum, seu Cambalu, quæ sonat, Civitas Domini, dicitur. Assem. *cit. pag.* 505. & *seqq.* ubi pluribus, de moribus, fide, & religione Christiana ibid. invecta disputat.

(1) Abulphedæ Tabul. Geographica num. 567. Toncat, Paulo Veneto lib. 1. cap. 45., aliisque recentioribus, Tanguth: regio Tartariæ magnæ in parte meridionali versus Sinas. In civitatibus ejus regionis, Sachion, Chinchintalas, Suchur, Campion, & Calacia, nonnullas Ecclesias Nestoriani habuere. De quibus idem Paulus Venetus apud Assem. *tom.* 4. *pag.* 503. Metropolitanus Tanchetensis in Tabula Amri 24. locum occupat.

an. *Græc.* MDLXXXXIII. Christi MCCLXXXI. Plures adfuerunt Metropolitæ, & Episcopi, sed Maraname Metropol. Gandisapor illum ordinavit: Brichjesu Episcopus Tirhanæ Archidiaconi munere functus est. Exstruxit amplum Cœnobium apud Maragam urbem: vidit octo Mogulensium Reges (1).

Circa

(1) Nimirum, Abakam, Achmedem, Argonem, Chichatum, Bajedum, Nazanum, Charabandam, & Abu-Saidum hujus filium. Abaka obiit una cum fratre Mango-Timur ann. Christi MCCLXXXII. Achmed Chan, alias Mahometus ex religione Mahometica, quam amplexus fuit, dictus, alias dicebatur Tachodor, Tangodor, Tangodomor, Nikudar fuit Hulachi filius ex *Chutaina Chatona* altera uxore, unde & frater Abakæ. Christianis benè adfectus erat, ex eo, quod juvenis feratur baptisma suscepisse sub Nicolai nomine. Præsules Christianos una cum Ecclesiis, Monasteriis, Sacerdotibus, Monachisque ubique gentium commorantibus a Tributis & vectigalibus exemit, exemptionemque scriptis Diplomatibus ratam firmamque in perpetuum futuram sanxit. Aytonus lib. de Tart. cap. 37. illum ad sectam Mahometanam transeuntem, hujus propagationi studiosissimum, & Christianis infensum repræsentat. Periit an. Ch. MCCLXXXIV.

Argonus Abakæ filius e custodia, in quam a Tanchodoro Patruo conjectus fuerat, elapsus regnum iniit an, 1284. Ineunte an. 1285. in regno confirmatus fuit a Coblajo magno Tartarorum Rege, duasque epistolas scripsit, alteram ad Subditos, in qua se Regem constitutum dicit, alteram ad Summum Pontificem, Christianosque Europæ Principes, quæ exstat in Regesto Honorii IV. lib. 1. pag. 128., & refertur a Raynaldo ad an. 1285. in hac, Argonus ait, primò se misisse Isam oratorem ad Magnum Can Coblai, ubi primùm post Acmeti dejectionem Rex Tartarorum renunciatus est, ut ab ipso confirmaretur. Secundo, a se destinatum ad Summum Pontificem, & ad Francorum, ac Siciliæ Reges eundem Isam cum Boga, Mango, Thoma, & Ugheto, ut secum & cum magno Coblajo vires adversus Saracenos conjungerent. Tertio significat, primam matrem suam, idest, uxorem Thuli filii Chingii, Christianam fuisse: Hulachum verò, Abakam, & Coblajum Christianorum cum primis studiosos: demum se gerere in votis, ut superstitione Mahomethana deleta, religio Christiana efflorescceret. Barsumam Jaguritam Monachum, quem Jaballaha Episcopum ordinaverat, Legatum

Circa an. MCCCIV. professionem Fidei Orthodoxæ filialemque obedientiam Benedicto XI. per Iacobum Ordinis Prædicatorum Religiosum exhibuit Iaballaba Ne-

sto-

gatum ad Papam destinavit. Nicolaus IV. an 1288. Pontificatus anno primo duas literas ad Argonum scripsit. Eodem anno alias epistolas scripsit, 1. ad Sabadinum nobilem Tartarum fidem Christianam amplexum, cui Benedictionem Apostolicam flagitanti Nicolaus impertiit. 2. & 3, ad Tuctanen, & Elegagen Reginas Tartarorum, quæ Christo nomen dederant. 4. ad Yaulaham Episcopum Orientis, hoc est, Jaballaham Catholicum, qua ipsius erga Fratres Minores in iis regionibus Evangelium promulgantes eximiam voluntatem commendat, cui etiam Fidei formam transmittit, qua sibi commissos populos informet, quam etiam formam Barsaumæ Episcopo, qui ad Sedem Apostolicam accesserat, exhibuit. 5. ad Dionysium Episcopum Taurisinum in Oriente, qua ei gratulatur, quod, ut ex ejus literis accepit, ipse Fidem Orthodoxam a Minoribus prædicatam sectatus sit, eumque hortatur, ut illa Fidei forma populos imbueret, quam ipsi præscribebat.

Præterea exstant aliæ epistolæ ab eodem Nicolao IV an. 1291. Pontificatus quarto, exaratæ, quarum 1. ad Argonum Regem, cujus literas Chagani Oratoris opera acceperat, qua eum ad suscipienda quamprimum Christiana Sacra Crucisque Vexillum in Saracenos explicandum adhortatur, eidemque Minores, Matthæum de Civitate Theatina, Guillelmum de Cherio commendat. 2. Ad Charbangadam, seu Chodabendam, Argoni filium, qui a matre Etockaton ad Christi cultum pellectus, baptismoque initiatus, Nicolai nomen assumpserat. 3. 4. & 5. Ad Cassanum, & Saronem Nicolai fratres, Argonique filios, necnon ad Tagarzar Tartaricarum Copiarum Ducem, qua eos ad Christianam religionem exemplo ejusdem Nicolai amplexandam adhortatur. 6. Ad Anichohamini Reginam Tartarorum religione Christiana imbutam, ut ad memoratos duos Argoni filios ad Christi cultum traducendos incumberet. 7. Ad Dathanaticatun item Reginam Tartarorum, ut Fidem Christianam profiteretur, utque Saronem, & Cassanum ad eam adduceret. 8. Ad Barsumam in Oriente Episcopum, ut Minores Matthæum, & Guillelmum benignè exciperet. Ita Catholica Fides opera Argoni Regis, studio Jaballahæ Catholici, & Barsaumæ Episcopi, sudoribus Fratrum Minorum, curaque Nicolai IV. Summi Pontificis per Orientem disseminata fuit.

Obiit Argonus an. MCCXCI., cui successit Caigatu frater, filius Abakæ. Ob cujus effrænem luxuriam Tartari omnes, Baido, & Cassano

ftorianorum Patriarcha. Exemplar Epiftolæ, quam per eundem Jacobum tranfmifit, extat apud Raynaldum ad an. MCCCIV. *num.* 23. (1)

Iaballaha autem Patriarcha an. Græc. MDXXIX. cum fediffet an. XXXVII. obiit: Cadaver in Ecclefia S. Ioannis, quam ædificaverat, conditum inde ad Monafterium S. Mi-

no auctoribus, in ipfum confpirarunt. Baidus filius Thargat, filii Hulachi regnum iniit menfe Martio an. Chr. MCCXCV. Hic Chriftianus fuit, præcepitque, ut reædificentur Ecclefiæ Chriftianorum, & quod nullus auderet dogmata Mahometis inter Tartaros prædicare. Regnavit fex menfes, & feptimo obiit.

Cafsanus, five Cazanus filius Aragoni regnavit ab an. 1295. ad annum 1303. quo obiit. Mahometanis a principio favit. Nicolaus IV an. 1291. illum ad Chriftianam Fidem fufcipiendam excitaverat epiftola, cujus initium *Paftoralis officii*. Initio regni ejus Neuruzus ipfius Dux Mahometanus in Chriftianos perfecutionem movit, deftruxitque Ecclefias Chriftianorum in urbibus Taurifio, & Arbela: eæ autem in Mofulana regione ab excidio evaferunt, pro quibus ingens pecuniæ fumma perfoluta fuit. Aytonus Armeniæ Rex a Cafsano diploma impetravit an. Græc. MDCVII. quo cautum erat, ut ab evertendis Ecclefiis abftinerent. Sublato Neuruzo Duce, cujus opera Cafsanus regnum adeptus erat, an. 1298. Chriftianis favit, & accepta in uxorem filia Regis Armeniæ, hujus opeta fidem coluifse Cafsanus fertur.

Chodabenda alter Argoni filius fratri Cafsano fucceffit an. Chr. MCCCIII. initio Chriftianus fuerat, fufceptoque baptifmo Nicolai nomen afsumpferat; poftea Mahometanus factus Mohammad Giattadin appellari voluit. Obiitque an. Chr MCCCXVII.

(1) Per idem tempus, quo Jaballaha fidem Catholicam profeffus eft, Joannes e Monte Corvino Ordinis Minorum Religiofus, eandem fidem in Cathaja mirificè propagavit. Wadingus tom. 3. Annal. ad an. 1305. ejus epiftolam refert datam in Civitate Cambaliech Regni Catajæ ann. Domini 1305. die 8. Januarii, in qua Joannes afserit " A Neftorianis „ erroribus ad orthodoxam reli„ gionem a fe an. 1292. conver„ fum Regem illius regionis Geor„ gium Neftorianum, qui erat „ de genere Joannis Magni Re„ gis, eundemque ann. circiter „ 1298. defunctum, relicto Joan„ ne filio, quem idem religio„ fus paternæ pietatis hæredem „ fore fperabat. „ Fratres tamen ipfius Georgii, cum effent perfidi

S. Michaelis in regione Arbelæ translatum, postquam Mahometani Ecclesiam illam cum contiguo Cœnobio occupassent. Vacavit Sedes mensibus 3. & diebus 8.

LXXXII.

di in erroribus Nestorii, omnes, quos ille converterat, post Regis obitum subvertisse, ad schisma pristinum reducendo. Plura dabit Asseman. *tom*.4. *pag*. 126.

Sub Jaballaha claruit Ebediesus patre Bricha, hoc est, Benedicto, Sigaræ, & Arabiæ primùm Episcopus circa ann. Chr. MCCLXXXV. deinde ad Metropolim Sobæ, seu Nisibis post obitum Jesu-Zachæ a Jaballaha Patriarcha circa an. MCCXC. evectus: hic sub Timotheo ejusdem Jaballahæ successore, cujus ipse ordinationi interfuerat, & Synodo ab eodem habitæ, eam eruditionis famam tam apud Sectarios suos, quam apud reliquos Syros obtinuit, ut nemo alius sermone Syriaco tam soluta, quam vincta numeris oratione elegantius scripsisse existimetur. Obiit an. Chr. MCCCXVIII. Libros, quos composuit, sequentes ipse recenset cap. 198. Catalogi librorum omnium Ecclesiasticorum, quem Syriace Latine edidit, notisque illustravit Patruus *tom*. 3. *a pag*. 1. *ad* 361.

Primus liber est expositionis in textum Scripturæ Veteris, & Novi Testamenti.

II. Catholicus, de admirabili dispensatione, idest, de œconomia, seu incarnatione Verbi, gestisque Christi Domini juxta Catholicam, ut Sobensis arbitratur, Nestorianorum sententiam.

III. Liber carminum, inscriptus Paradisus Eden, & in duas partes, atque carmina 50. divisus. Causam suscepti Operis fuisse narrat in Præfatione, quod scilicet Arabes Mahometani linguam Arabicam Syriaca elegantiorem esse jactarent, & ad carmina conscribenda magis opportunam. Certe Sobensis in hoc opere multos Arabas oratores superavit; at Syriacam linguam, uti contendit, Arabicæ præferendam esse, nemo profecto, nisi utriusque imperitus dixerit. Constat enim Arabicam vocabulorum copia, non modo Syriacam, sed Græcam antecellere; elegantia verò, & phrasis concinnitate omnibus Orientalibus linguis esse anteponendam. Singulis carminibus expositionem verborum obscuriorum idem Sobensis adjecit; idque anno Græc. MDCXIX. postquam librum suum publicaverat, XVII. scilicet anno.

Liber I. Paradisi Eden. Carmen I. De Trinitate, & Unione, seu Incarnatione, ordine Alphabetico. Singulis autem Alphabeti literis binæ strophæ attributæ sunt. Metrum heptasyllabum: unaquæque autem stropha versibus 4. constat. Carmen II. Doctrina, & parænesis. Unaquæque Alphabeti litera continet 10. versus: singuli autem versus in iisdem elementis desinunt, quibus incipiunt. Metrum Do-

Dodecaſyllabum. Carmen III. Ænigmata Eccleſiaſtica, quæ eadem manent etiam, dum voces ordine retrogrado leguntur. Metrum octoſyllabum: ſingulæ ſtrophæ verſibus 4 conſtant: in ſtrophis autem ordo Alphabeticus ſervatur. Carmen IV. de Sapientia Singulæ hujus carminis voces elemento Aleph terminantur, & litera penult. ſtropham ipſam incohat. Carmen V. De mente, & contemplatione. Omnes verſus deſinunt in Aleph; quæ verò litera eſt ante Aleph, ordinem Alphabeticum exhibet a Tau uſque ad Aleph metro heptaſyllabo. Carmen VI. De divinis judiciis. Triplici metro legitur: nimirum cum literis quidem minio exaratis, juxta metrum S. Ephræmi (heptaſyllabum), iis verò demptis, juxta metrum Narſetis (hexaſyllabum) & Balæi (pentaſyllabum). Carmen VII. Quærelæ filii ſenioris adverſus Filium Prodigum, de quo in Evangelio: metro dodeſaſyllabo: ſinguli verſus deſinunt in *Mar*. Carmen VIII. Reſponſio Filii Prodigi ad fratrem ſeniorem, eodem metro. Verſus deſinunt omnes in [Syriac]. Carmen IX. De bono Perfectionis tempore, & ſimilitudine menſis Niſan. Litera initii ſtrophæ (quæ ſcilicet ordinem Alphabeticum exhibet) eſt ante literam Aleph, quæ habetur in fine verſuum. Omnis autem ſtropha (ideſt quodlibet tetraſtichon) deſinit in [Syriac]. Metro heptaſyllabo. Carmen X. Revelatio mentalis de ordine contemplationis corporeorum, & incorporeorum: & de purificatione, deque modo illuſtrationis; metro heptaſyllabo; ordine Alphabetico, ſingulæ ſtrophæ deſinunt in [Syriac]. Carmen XI. De humanis affectibus. Dialogus inter corpus, & animam. Verſus omnes deſinunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ, quæ ordinem Alphabeticum ſequuntur; metro heptaſyllabo. Carmen XII. Hymnus de reſipiſcentia. Omnes verſus deſinunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ, juxta ordinem Alphabeticum, metro hexaſyllabo. Carmen XIII. Narratio & parænesis ex perſona Defuncti. Didactica eſt, ædificationem afferens, impetumque cupiditatum comprimens. Triplici ordine Alphabetico, metro heptaſyllabo. Carmen XIV. Parabola myſtica. De revelatione J. C. in mundo carnis ad eos, qui viam regiam premunt; metro dodecaſyllabo, ordine Alphabetico. Carmen XV. Deprecatio & laudatio. Nullum in eo eſt Aleph, & omnes verſus deſinunt in Nun, ipſumque Nun antecedunt literæ ex Alphabetico ordine; metro heptaſyllabo. Carmen XVI Parænesis, metro dodecaſyllabo, ordine Alphabetico, & ſinguli verſus deſinunt in [Syriac]. Carmen XVII. De reſurrectione, & de futuro ſæculo. Omnes verſus deſinunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ juxta Alphabeticam ſeriem; metro heptaſyllabo. Carmen XVIII. In illud ſapientum, homo eſt microcoſmus, & mundus eſt magnus homo; metro heptaſyllabo: verſus deſinunt in [Syriac]. Carmen XIX. De amaritudine ſeparationis, tam ſen-

ſenſibilis, quam intelligibilis: & de temporis infelicitate: metro dodecaſyllabo, verſus deſinunt in ܠܗ Carmen XX. Capita gnoſtica, & ænigmata Eccleſiaſtica, atque Aſcetica. Omnes verſus deſinunt in Jod poſt Aleph, metro heptaſyllabo, ordine Alphabetico. Carmen XXI. Paræneſis, & exercitatio. Singuli verſus continenr 22. literas Alphabeti: nec plures, nec pauciores; metro dodecaſyllabo, ordine Alphabetico, omnes verſus deſinunt in ܘܢ. Carmen XXII. Doctrina, & paræneſis ad quemlibet, metro dodecaſyllabo, ordine Alphabetico, verſus deſinunt in ܒܐ. Carmen XXIII. De invidia, deque pravis ejus moribus, quos in omni generatione exſeruit, metro dodecaſyllabo, ordine Alphabetico, verſus deſinunt in ܘܐ Carmen XXIV. De Adam. Narratio parabolica, & demonſtratio myſtica de omni regimine ſpirituali, metro dodecaſyllabo, ordine Alphabetico quater repetito, verſus deſinunt in ܠܐ. Carmen XXV: Sapientia, doctrina, & exercitatio de correptione, metro heptaſyllabo, ordine Alphabetico ter repetito, verſus deſinunt ܠܐ. Liber II. Paradiſi Eden. Carmen XXVI. De fide orthodoxa. Singuli verſus deſinunt in Aleph, ipſumque Aleph antecedunt literæ, quibus ordo Alphabeticus exhibetur. Nullum verò in hoc carmine eſt ܫ nec ܨ, nec ܣ, nec ܦ, nec ܝ, nec ܒ, metro heptaſyllabo, ordine Alphabetico. Carmen XXVII. De Fide Eccleſiæ. Nulla vox caret Aleph: quæ autem litera ipſum Aleph finale antecedit, ordinem Alphabeticum ſequitur: metro heptaſyllabo, quaternus quiſque verſus deſinit in ܬܐ. Carmen XXVIII. De Filio Prodigo Omnes voces habent Aleph, quæ autem litera in fine trium priorum verſuum ponitur, ordinem Alphabeticum reddit, metro heptaſyllabo, ſingula Tetraſticha deſinunt in ܠܐ. Carmen XXIX. Reprehenſio pravorum morum, & de temporis malitia. Nulla vox caret ܒ metro heptaſyllabo, verſus omnes deſinunt in Aleph. Carmen XXX. De ſapientia Filii Jachi; & precatio. Nullum in hoc carmine eſt ܨ, nec ܒ, nec ܝ, nec ܦ, ſed in unaquaque voce eſt ܫ. Quæ verò litera ponitur in trium verſuum priorum fine, ordinem Alphabeticum ſequitur, metro heptaſyllabo, quaternus quiſque verſus deſinit in ܠܐ. Carmen XXXI. De providentia Dei ab initio & uſque in ſæculum. Omnes voces habent ܘ. Per literam autem, quæ in fine eſt trium priorum verſuum, ordo Alphabeticus ſervatur, metro heptaſyllabo, quolibet tetraſticon deſinente in ܝܢ. Carmen XXXII. De myſteriis Incarnationis. Omnes voces habent ܘܢ, in quo & ſinguli verſus deſinunt. Quæ verò litera ante ܘܢ poſtremum in unoquoque verſu occurrit, ordinem Alphabeticum reddit; metro heptaſyllabo. Carmen XXXIII. Laudatio, & precatio, In unaquaque voce adeſt ܗ. Poſtrema verò uniuſcujuſque verſus litera ordinem Alphabeticum reddit, metro octoſyllabo, ſeu tetraſyllabo ter re-

repetito. Carmen XXXIV. De temporis malitia. In unaquaque voce adest Zain; nullum vero ܣ nec ܫ, nec ܙ, nec ܫ. Initialis litera uniuscujusque strophæ ordinem Alphabeticum sequitur, metro heptasyllabo, versus omnes definunt in ܐܠ. Carmen XXXV. De amore. In unaquaque voce legitur ܟ. Finalis verò trium priorum versuum litera, ordinem Alphabeticum reddit, metro heptasyllabo, quodlibet tetrasticon desinit in ܠܐ. Carmen XXXVI. De Evangelio, & Evangelistis. Singulæ voces habent ܛ nullum verò ܙ; singuli autem versus desinunt in ܠܐ, metro dodecasyllabo. Carmen XXXVII. De dissolutione hujus mundi, & de vanitate sæculi temporalis. In unaquaque voce legitur ܟ, metro heptasyllabo, singuli versus desinunt in ܠܐ. Carmen XXXVIII. Adhortatio de bonis moribus. In unaquaque voce est ܒ, in quo & singuli versus desinunt. Quæ autem litera ipsum antecedit, ordinem Alphabeticum exhibet, metro heptasyllabo. Carmen XXXIX. Deprecatio, & laudatio. In unaquaque voce est Lamed: singuli autem versus desinunt in Nun, cui litera juxta ordinem Alphabeticum præponitur metro heptasyllabo. Carmen XL. De virtute. In unaquaque voce est ܣ: singuli autem versus desinunt in Aleph, cui præponuntur literæ ordinem Alphabeticum a Tau usque ad Aleph reddentes, metro heptasyllabo. Carmen XLI. De tempore malo; & de raritate virtutum, & multiplicitate vitiorum. In unaquaque voce adest Nun, singuli autem versus definunt in ܠܐ, metro heptasyllabo. Carmen XLII. Precatio, & Pœnitentia. In unaquaque voce adest ܫ; nullum verò ܙ, nec ܙ, nec ܟ. Litera autem finalis trium priorum versuum, ordinem Alphabeticum reddit, metro heptasyllabo, quodlibet tetrasticon definit in ܠܐ. Carmen XLIII Enarratio de mundi caducitate. In unaquaque voce est ܚ, nullum verò ܟ. Quæ autem litera tres priores strophæ versus terminat, ordinem Alphabeticum sequitur, metro heptasyllabo, quaternus quisque versus definit in ܐܠ. Carmen XLIV. Precatio, & Pœnitentia. In unaquaque voce est ܩ, metro heptasyllabo. Carm. XLV. Oratio ad divinam essentiam, & precatio pro natura humana. In unaquaque voce est ܙ, nullum verò ܙ, nec ܕ, nec ܫ, singuli autem versus definunt in ܦ, metro dodecasyllabo. Carm. XLVI. Paranesis, & consilia utilia. Legitur in unaquaque voce ܩ, nullum verò ܣ, nec ܦ, nec ܒ, nec ܙ; singuli autem versus desinunt in ܠܐ, metro dodecasyllabo. Carmen XLVII. De præstantia, & sublimitate Sanctorum. In unaquaque voce est ܬ; omnes autem versus definunt in Aleph, ipsumque Aleph antecedunt literæ, quæ ordinem Alphabeticum reddunt a ܠ ad ܐ, metro heptasyllabo. Carmen XLVIII. De anima, ejusque facultate cogitativa. In unaquaque voce est ܟ, nullum verò ܙ, nec ܫ, nec ܙ; litera autem finalis in tribus prioribus

ribus uniuscujusque strophæ versibus ordinem Alphabeticum exhibet, metro heptasyllabo, quodlibet tetrastichon desinit in ܡܐ. Carmen XLIX. De pœnitentia, & Maria peccatrice. In unaquaque voce est ܠ, singuli autem versus desinunt in Aleph, ipsumque Aleph antecedunt literæ, quæ in tribus prioribus uniuscujusque strophæ versibus ordinem Alphabeticum referunt, metro heptasyllabo, quodlibet tetrasticon definit in ܢܘܐ. Carmen L. De Resurrectione, deque perfectione, & mundo novo. In unaquaque voce habet Tau: singuli autem versus desinunt in ܬܐ, metro heptasyllabo.

Priori libro *Henochi* nomen auctor imposuit, secundum Eliam appellavit. Syllabum descripsit pro Linguæ Syriacæ Auditoribus, & Studiosis Poesis Syrorum. Exstat in Bibliotheca Vaticana apographum descriptum ex optimo Codice Bibliothecæ Cœnobii Monachorum Maronitarum Congregationis Montis Libani Romæ commorantium apud Ecclesiam S. Petri ad Vincula, qui olim ad Josephum I. Patriarcham Chaldæorum pertinebat.

IV. Epitome, seu brevis collectio Canonum Synodicorum. Bina exemplaria exstant in Bibliotheca Vaticana. Alterum Codic. Syr. Vatic. 14. prioris collectionis hujusce partem continens, exaratum an. Chr. MDLVII. Alterum integrum, Cod. Syr. 4. Tom. 2 Bibliot. Orient. pag. 497., sed prioribus foliis laceris, quæ tamen ex priori Codice suppleri possunt, exaratum an. Chr. MCCCXXXII. 14 scilicet annis ab obitu Auctoris. Canones Synodicos religiosam vitam complectentes in duos tomos divisit, & in 1. quidem omnia, quæ Laicis universim, generatimque præcepta sunt. Altera autem parte Canones comprehendit, singulis ordinibus convenientes, aliquod in S. Ecclesia officium obtinentibus. Primo Tomo Epitomen Canonum, Constitutionumque Apostolicarum, altero verò Synodum Timothei junioris Patriarchæ suis temporibus coactam præmittit; ut autem eruditis satisfaciam, Syllabum describam. Tomi I. Pars I. De iis, quorum cognitio omnibus necessaria est. Cap. 1. Undenam Synodi nomen desumptum, & quid significet. 2. Quod Canones ab Episcopo, vel Doctore extra Synodum sanciti, Synodales minimè vocandi sint. Si verò Canones illos Patriarcha receperit; & eorum causa Concilium cogit, in quo recipiantur, tum Synodici appellantur. 3. Historia Œcumenicorum (hoc est Nicæni Œcumenici Conc. Patrum) ex Marutha Maipheractæ Episcopo, rogatu Isaaci Catholici. 4. Fides Patrum CCCXVIII. cum brevi expositione Synodi Jesujabi. 5. Nomina Episcoporum Synodi Œcumenicæ, Provinciarumque eorum, & Civitatum, ut nobis invenire licuit. Pars II. De Matrimoniis, deque Canonibus, & Regulis Sponsaliorum Christianorum, & quomodo hæc peragenda sint, deque ceteris ad hanc rem spectantibus. Cap. 1. Quot & quales sint personæ, quibus nubere nefas est. 2.

De ritu, & regulis Sponsaliorum. 3. Si quis in regione fuerit, ubi nullus est Sacerdos, quid ipsi agendum, cum fœminam sibi sponsare voluerit? 4. Quot annorum debeat esse Sponsa? 5. Quis mulieris fidejussor, desponsatorque esse debeat. 6. Quomodo despondenda sit puella, quæ propinquos vel affines non habet? & idem de viro extraneo. 7. An liceat post ritè celebrata sponsalia sponsis ab invicem separari, & sponsalia solvere? 8. Quantum temporis expectare debeat sponsa, cujus sponsus abiit in longinquam regionem? 9. De eo, qui repugnantibus parentibus fœminam desponsavit? 10. De eo, qui fœminam desponsavit, deinde eam fraudulenter dimittit sub obtentu vitæ monasticæ, qua demùm abjecta, aliam ducit. 11. De Monachis, & Virginibus, fœdus professionis violantibus. 12. De mulieribus, & sponsabus, quæ vi rapiuntur. 13. De mulieris dote, & ejus quantitate. 14. Quod oporteat, fideles ex omni secta uxores ducere. 15. Quod oportet Christianam infideli viro tradi. 16. Quanto tempore servare debet mulier honorem defuncti mariti, antequam ab alio ducatur? & idem de viro respectu uxoris. 17. Quot ob causas dimittitur uxor a viro, & sponsa a sponso? 18. De muliere contentiosa, & viro contentioso. 19. Quot modis deprehenditur adulterium, & quot testes ad id probandum? 20. De viro testante, se vidisse uxorem adulterantem, testes verò adducere nequit, 21. De viro, & muliere, quorum alter in captivitatem abducitur. 22. De eo, qui corrumpit virginem, aut matrimonio junctam. 23. De statuto tempore pœnitentiæ fornicariis, iisque, qui illegitimo matrimonio fœdantur, deinde convertuntur. 24. De eo, qui ancillam suam ducere vult in uxorem 25. De matrimonio servorum, & ancillarum Christifidelium. 26. Quantum temporis sustinere debet mulier, quam vir relinquens, in longinquas regiones proficiscitur. 27. De sententia, & pœna ferenda ab Ecclesia in eos, qui illegitimis Matrimoniis polluuntur, & perseverant in peccato usque ad mortem absque pœnitentia.

Pars III. De divisione hæreditatum. Cap. 1. De hæredibus, eorumque ordine juxta affinitatem, & consanguinitatem. 2. De numero eorum, qui ab hæreditate excluduntur. 3. De marito, & uxore, & quantum hæreditatis alteri ex altero contingat? 4 De filiis, & filiabus, & quantum hæreditatis eis ex parentibus contingat. 5 De patre, & matre; & quantum eis hæreditatis ex filiis contingat. 6. De fratribus, & sororibus: & quantum hæreditatis alteri ex altero contingat. 7. De avis, & aviis: & quantum hæreditatis eis ex filiis filiorum contingat. 8. De fratribus & sororibus patris, deque fratribus, & sororibus matris; & qualis eis hæreditas ex filiis fratrum, sororumque suarum contingat. 9. Quod hæreditas avis paternis cum fratribus, sororibusque matris minime contingat, neque avis ma-

maternis cum fratribus, & sororibus patris. 10. De viro, & muliere consanguineis; & quantum hæreditatis alteri ex altero propter conjugium, & affinitatem contingat. 11. De sponso, & sponsa: & quod nulla alteri ex altero hæreditas contingat. 12. De monacho, an possit consanguineorum hæres esse, aut illos hæredes instituere? 13. De Testamento. 14. De dimissa, & dimisso: & quod nulla ab invicem hæreditas contingat. 15. De apostata: & quod neque hæres esse, neque hæredes instituere potest, nisi pœnitentiam egerit, & ad fidem redierit. 16. Quod qui hæredes non habet, ejus hæreditas Ecclesiæ contingat. 17. De filio spurio. 18. De filio, cujus pater ad aliam sectam transiit. 19. De filio, qui nascitur patre longe absente. 20. De filio ex baptismo, & ex educatione. 21. De filio contumace. 22. De filia, quæ fornicatur, vivente patre. 23. De defuncto, qui relinquit mancipia manumissa, & non manumissa. 24. De mancipiis defunctis tam manumissis, quam non: cuinam hæreditas eorum contingat? 25. De filiis illegitimis.

Pars IV. De Judiciis, & Causis, quæ inter Christifideles contingunt. Cap. 1. Quod nefas sit Christifidelibus adire extraneos Judices. 2. De Christiano, qui socium percutit: deinde qui percussus est, Judicem adit, vindictæ causa. 3. De iis, qui simul in judicio contendunt. 4 De chirographo certo, & dubio. 5. De testimonio certo, & dubio. 6. De possessione bonorum certa, & dubia. 7. De mutuo, & debito. 8. De usura, & fœnore. 9. De pignore. 10. De commodato, si forte perierit. 11. De deposito, si id perire contigerit. 12. De venditione, & emptione. 13. De societate mercaturæ. 14. De ædibus multiplici contignatione constantibus, de via, de foro, & de aquæductu, & ædificiis. 15. De participatione in rebus inventis cum sociis. 16. De procuratore. 17. De juramento: uter ex litigantibus illud præstare debeat. 18. De Clericorum, Scribarum, & Medicorum immunitate a vectigalibus; & quinam nequeunt esse Procuratores orphanorum, 19. De eo, qui judiciis audiendis præest, & munerum acceptione corrumpitur.

Pars V. De iis, quæ omnibus universim Christianis canonice imposita sunt. Cap. 1 Ad quot, & quas preces tenentur singuli Christianorum ordines? 2. An hæc quatuor Laicorum officia ordinem eundem habeant, an diversum? 3. Quænam harum quatuor horarum primum locum habeat? Quidnam recitare debeant Laici, qui Psalterium legere nesciunt? 5. Quasne preces recitare debeant senes, rustici, pastores, & nautæ, qui nihil discere queunt? 6. Quod non liceat Laicis in officio divino præcipere. 7. De veneratione diei Dominicæ. 8. De adoratione ad Orientem, & quandonam hæc incæpta est? 9. De adoratione Crucis, & undenam incæpta est? 10. De jejunio feriæ quartæ, & sextæ. 11. Quod non liceat jejunare die Do-

minica. 12. De honore Martyribus debito, 13. Quod non liceat Christianis, filios, aut filias suas ab Ethnicis ad Ecclesiam deducendas mittere. 14. Quibus ornamentis se ornare debeant Christifideles, cum Ecclesiam adeunt diebus Dominicis, & Festis. 15. Quod non liceat mulieres ethnicas filiorum Christianorum nutrices esse. 16. De nocturnis pollutionibus, & menstruis. 17. Quod non liceat fidelibus comedere cum Judæis. 18. Quod non liceat Christifidelibus conversari cum cantatricibus, aut bibere cum eis. 19. An Laici ex Canone tenentur jejunare hebdomada Apostolorum, Eliæ, & Annunciationis? 20. De visitandis carceribus. 21. De xenodochiis. 22. De iis, qui magos, & incantatores consulunt. 23. De ablutione corporum defunctorum. 24. De conducentibus lamentatrices, & psaltas. 25. Quod non liceat quemquam in Ecclesia sepeliri. 26. Quod non liceat feretra inter cancellos Altaris inferri. 27. De commemoratione defunctorum. 28. An liceat defunctorum commemorationes celebrare diebus Dominicis, & Festis solemnioribus.

Timothæi Patriarchæ Synodus (an. Chr. MCCCXVIII.) Ejusdem Synodi Canones XIII.

Tomus Secundus Collectionis Canonum Synodicorum.

Pars VI. Quæ communiter Ecclesiasticis omnibus, propriè verò Diaconatui, a Presbyteratui conveniunt. Cap. 1. De Ordinibus Ecclesiasticis, & de divisione talentorum. 2 De honore Ecclesiasticis Ordinibus a Laicis debito: deque Ecclesiasticorum erga Laicos amore exhibendo. 3. Quem quisque discentium ordo librum legere, & meditari debeat. 4. De electione, & consecratione Lectorum, Hypodiaconorum, & Diaconorum: & quo quisque ætatis anno consecrandus. 5. De electione, & ordinatione Presbyterorum. 6. De Presbyteris, & Diaconis, & de universo Clericorum ordine. 7. De electione, & ordinatione Chorepiscopi, hoc est, Periodeutæ, seu Visitatoris; deque regulis Visitationis. 8. De electione, & ordinatione Archidiaconi, deque ordine ministerii ejus. 9. De Œconomo, & Procuratore, deque ejus administratione.

Pars VII. De Regulis, & Canonibus Monachatus, deque perfectis operibus, religiosisque moribus Angelicum h. m. institutum amplectenti convenientibus.

Cap. 1. Undenam deducitur hoc Monachatus institutum, & a quo initium habuit. 2. Canones, & Regulæ Monachis præscriptæ a Patribus CCCXVIII. 3. Regulæ præscriptæ a Mar-Abrahamo magno, Monachorum totius Persidis Patre. 4 Regulæ Mar-Dadjesu Præfecti Cœnobio magno, qui Abrahæ successit. 5. De iis, qui orationem negligunt, & perceptionem Sacramentorum Christi minimè curant, & falsum habitum præferentes, absque Cœnobio vagantur, secumque mulieres circumducunt, & in uno eodemque Monasterio viri simul ac mulieres

res commorantur 6. De Privilegiis Monasteriorum, eorumque exemptionibus a potestate Episcoporum. 7. De Cœnobiis, studio antiquorum conditis, & negligentia posterorum collapsis. 8. De Ecclesiis, & Monasteriis, quæ noviter excitantur. 9. De Ecclesiis, & Monasteriis destructis: & quis eorum heres instituendus est.

Pars VIII De electione, & ordinatione Metropolitanorum, & Episcoporum: deque iis, quæ ab ipsis, aut erga ipsos debentur: deque Canonibus Summi eorum Sacerdotii. Cap. 1. De electione, & ordinatione Episcoporum per Metropolitanos. 2. De iis, qui ex Monastico instituto ad Episcopatum assumuntur. 3. Quod cum Episcopus a Metropolitano ordinatur, convocet ipse Metropolitanus plures Episcopos ad ordinationem. 4. Quod non liceat Episcopo, dum in vivis est, præcipere, ut quis in locum suum post obitum subrogetur, sive ex discipulis suis, sive ex conjunctis, aut ex primoribus civitatis. 5. De eo, qui criminis cujuspiam accusatus est, nec pœnitentiam publicam exhibuit, sed ad domesticos, aut exteros recurrit, ut chirotoniam Episcopatus accipiat: 6. De eo, qui munera dat provincialibus, aut Metropolitano, ut Episcopus eligatur. 7. De eo, qui ad Episcopatum vocatus, minime consentit. 8. Quod cum quis Episcopus ordinatur, non debet per seipsum Sedem suam inire. 9. Quod necessariò est observandus Canon, ut Episcopi a Patriarcha perficiantur: & quod qui a Metropolitano ordinatur; antequam Patriarcham adeat, ab eoque perficiatur, non audeat Pontificalia exercere. 10. De Synodo Clericorum locorum cum proprio Episcopo quotannis celebranda. 11. De Synodo Episcoporum cum proprio Metropolitano celebranda. 12. Quantum temporis abesse possit Episcopus a propria Sede. 13. Quod debeant separari bona Ecclesiæ a bonis Episcopatus. 14. Si mortuo Episcopo, alter Episcopus Sedem illam ambierit, provincialesque subornarit, ut sibi consentiant: an is transferri potest, nec ne? 15. Quot sunt Provinciæ, quibus Metropolitani præsunt: & a quonam unaquæque instituta. 16. De electione, & ordinatione Metropolitani. 17. Quænam Metropolitanis debentur, & quæ exercere possunt in Sedibus Episcoporum suorum: quæ verò canonicè ipsis prohibentur. 18. Si quis Episcopus sponte voluerit Metropolitanus ordinari, deinde hac dignitate abdicata, in priorem regionem suam redierit, Metropolitanus ne, an Episcopus appellandus est. 19. Canones de Episcopis simul & Metropolitanis. Quod in Nicæna Synodo statutum fuerat de Conciliis Episcoporum quotannis celebrandis, id Patriarchæ Nestorianorum, Ezechiel & Theodosius in 4. quemque annum distulerunt: Ezechiel ait: " Placuit Synodo, ut quarto quoque anno
„ simul congregentur Metropolitani, & Episcopi apud Patriarcham de communibus negotiis
„ tractaturi. „ Theodosius " Ista-
„ rum

„ rum ſex Metropolitanarum Se-
„ dium Antiſtites, Elamitidis ſci-
„ licet, & Niſibis, & Perath, &
„ Aſſyriæ, & Beth-Garmæ, & Ha-
„ lachæ, qui eum honorem ob-
„ tinent, ut mediatores, ſeu ele-
„ ctores ſint in creatione Patriar-
„ chæ, neque adeò diſtant, ſicut
„ cæteri, conveniant ad Syno-
„ dum apud Patriarcham quoli-
„ bet quadriennio: quod ſimili-
„ ter Epiſcopi Provinciæ magnæ
„ facient. Alii porrò Metropoli-
„ tæ, Sinarum nempe, & Indiæ,
„ & Perſidis, & Maruſitarum, &
„ Sciamæ, & Razichitarum, &
„ Heriunitarum, & Samarcandi-
„ tarum, in longinquis diſſiti re-
„ giònibus, quibus obſtant mon-
„ tium juga latronibus infecta,
„ & maria naufragiis, ac tem-
„ peſtatibus funeſta, ne, ſicut cæ-
„ teroquin cuperent, venire ad
„ nos valeant; iſtiuſmodi cu-
„ rent conſenſionis, unioniſque
„ literas ad Patriarcham quoli-
„ libet ſexennio ſemel mittere,
„ atque in eiſdem communia
„ negotia locorum ſuorum op-
„ portuno remedio indigentia ex-
„ ponere: dabuntque operam,
„ ut ex omnibus urbibus majo-
„ ribus mittatur ad Patriarcham
„ quod juſtum eſt ſecundum cu-
„ juſque facultates, & Patrum
„ Canones pro expenſis domus
„ Patrum (Sedis Patriarchalis).
„ Quicumque verò tranſgreſſus
„ fuerit, præcepit Synodus, ut
„ ab Synodica congregatione
„ corripiatur. Quod ſi quis con-
„ tumax, ac rebellis admonitio-
„ nem auſu temerario contem-
„ pſerit, judiciali ſententiæ ſubja-
„ ceat.„

Cap. 20. Canones, & pœnæ diverſæ, unicuique delicto ſtatutæ. 21. De terminis, qui Actori, & Reo præſcribuntur ad crimen, vel innocentiam probandam. 22. Quodnam diſcrimen ſit inter excommunicationem, & ſuſpenſionem: & quis ex Præſulibus habeat facultatem deponendi; & quænam depoſitio irrita ſit, ac nulla.

Pars IX. De iis, quæ ſpectant ad magnam Patriarchatus dignitatem, deque ejus ſublimitate, & quæ honori ipſius congruunt, atque debentur. Cap. 1. Quot Patriarchæ ab Apoſtolis inſtituti ſunt in univerſo mundo. 2. De electione, & ordinatione Patriarchæ, quo pacto, & a quo peragenda ſit. 3. Si res publicæ turbatæ fuerint, aut Eccleſiæ perſecutio contigerit, quo pacto inſtante neceſſitate ordinatio Patriarchæ peragenda ſit. 4. Si Metropolita Elamitidis unacum aliis vocatus ad ordinationem accedere recuſaverit, quid faciendum erit? 5. Quinam ſint Canones, quibus oſtenditur poteſtas Patriarchæ ad univerſa Chriſtianorum negotia: deque honore, qui ab univerſis ipſi debetur. 6. De Librorum Auctoribus. Subjungit Canonem ſequentem, quem *Antiquorum* vocat: “ Doctores, aut
„ Eccleſiæ Antiſtites, aut Mona-
„ chi, ſi quid non rectum, aut
„ reprehenſione dignum elucu-
„ braverint: ſiquidem Auctor in
„ vivis eſt, habeatur de eo com-
„ mune conſilium, ſique non rectè
„ ſcripſiſſe fuerit convictus, ſi
„ ſponte reſipuerit, & ad regiam
„ viam redierit, & priora dam-

„ nave-

„ naverit, suscipiatur, & proprio „ scripto pœnitentiam suam si- „ gnet, & confirmet. Si autem „ ab errore suo minimè conver- „ sus fuerit, sed in sua nequitia „ temerè perstiterit, excommu- „ nicetur, & ab Ecclesia una- „ cum suo scripto ejiciatur. Si „ autem Auctor e vivis jam ex- „ cessit, ejus quidem scripta dam- „ nationi subjaceant; ipse vero „ ad Christum judicem suum „ abiit. „

Cap. 7. Pactum & fœdus a Patribus initum de Canonum istorum observatione. 8. Benedictiones in conventibus Synodicis appositæ.

Auctores, qui in hac Epitome citantur a Sobensi, sunt sequentes. 1. Patriarchæ Caldæorum, *Isaac*, *Dadjesu*, *Maraba*, *Ezechiel*, *Jesujab*, *Sabarjesus*, *Timotheus*, *Georgiusi*, *Josue Barnun*, *Abraham*, *Theodosius*, *Joannes Abgari*, *Ebediesus*, *Timotheus junior*. 2. Episcopi, & Monachi, Jesubochtus Persidis, Simeon Persidis, Gabriel Bassoræ, Elias Nisibis, Abraham Archimandrita, Regulæ Scholæ Nisibenæ, Synodicorum, seu Orientalium Canones, Liber Traditionum, seu Commentariorum. 3. Canones Occidentalium, hoc est, Apostolorum, Nicenæ Synodi, Chalcedonensis, Antiochenæ, Gangren, Occidentalium epistolæ duæ de Seleucien. Sede; Codex Imperatorum Græcorum, hoc est, statuta, quæ Constantino, Theodosio, ac Leoni tribuuntur, & a Soben. ad Ambrosium referuntur. Hoc Sobensis opus probatum fuit in Synodo Timothæi, ut infra.

III. Liber de rebus gestis Schiah, seu Regis Maruensis in Chorasana. Hunc Arabicè composuit.

V. Liber Margharitæ de veritate Christianæ Religionis. Jaballaha Patriarcha ubi Librum Soben, *Paradisus Eden*, probavit, rursus eidem Soben. mandavit, ut præsentem conscriberet.

Pars I. Contemplatio de Deo. Cap. 1. Quod Deus est, mundus autem factus, creatus, ac temporalis. 2. Quod Deus unus est, non plures. 3. De æternitate Dei. 4. De illius incomprehensibilitate. 5. De Trinitate.

Pars II. Contemplatio de creatura. Cap 1. De Creatione Mundi. 2. De peccato primi hominis. 3. De legibus, & judiciis divinis (traditis Noemo, Abrahæ, & Moysi) deque Prophetis. 4. Prophetiæ de Christo.

Pars III. Contemplatio de dispensatione Christi. Cap. 1. De Adventu Christi, deque unione. 2. De dispensatione Christi, a Nativitate scilicet ad Pentecosten brevem texit Dominicæ Œconomiæ enarrationem. 3. De veritate Christianæ Fidei. 4. De sectarum divisione in Jacobitas, Nestorianos, & Melchitas, quibus Francos adjungit. 5. Objectiones adversus sectas ipsas, frustrà ostendere conatur duas esse in Christo naturas & personas. 6 De Dei Genitrice; Mariam Christiparam, non Deiparam dicendam contendit Nestorianus. 7. De quaternitate personarum, hanc non sequi ait, ex eo quod Nestoriani in Christo duas personas admittant. 8. De Ecclesia.

Pars. IV. Contemplatio de Sacra-

cramentis Ecclesiæ. Cap. 1. Numerus Sacramentorum. 2. De Sacerdotio. 3. De Baptismo; septem baptismi species notat, primum commune, ac vulgare, hoc est, quævis ablutio. II. Baptismum legale, seu purificationes Mosaicæ III. Baptisma juxta traditionem Seniorum; nimirum ablutiones calicum vasorum &c. IV. Baptisma Joannis. V. Baptisma Christi. VI. Baptismus sanginis. VII. Baptismus lacrymarum. Cap. 4. De Chrismate unctionis. 5. De oblatione, idest, Eucharistia. 6. De sacro fermento. 7. De remissione peccatorum, & de pœnitentia. 8. De matrimonio, & virginitate.

Pars V. Contemplatio eorum, quæ futurum sæculum significant. Cap. 1 De adoratione ad Orientem. 2. De adoratione Dominicæ Crucis. 3. De sacra Dominica die, deque Festis Domini. 4. De feria VI.. 5. jejunio, oratione, & eleemosyna. 6. De cingulo. Syri, Arabes, & Ægyptii Christiani religioni ducunt, ad Ecclesiam absque zona accedere. 7. De resurrectione, & de futuro judicio, deque vita æterna. Exstat in Bibliotheca Vaticana Asseman. *tom.* 3. *pag.* 352.

Eundem Margaritæ Librum arabicè redditum idem Sobensis publicavit, teste Amro in libro Turris, qui ejus titulum & capita his verbis refert "Liber de „ fundamentis Fidei, cui titu- „ lum fecit: Liber singularium „ utilitatum de fundamentis Fi- „ dei, & Religionis ann. Græc. „ MDCXXXIII. compositus, hoc est „ an Chr. MCCCXIII (imò MCCCXII.) „ in quo statuit septem Fidei Chri- „ stianæ articulos. 1. Quod mun- „ dus creatus est &c.„

VI. Liber Sacramentorum Ecclesiæ, Philosophiæ Græcorum: quibus verbis duos indicari tractatus existimo (ait Assem. *p.* 360.) Alterum de Sacramentis Ecclesiæ, de Philosophia Græcorum alterum.

VII. Liber Scolasticus solutionis hæreseon omnium.

VIII. Liber continens orationes, seu carmina 12. complectentes omnes scientias. Sobensis (Asseman. *pag.* 360.) Baræbreum æmulatus est, qui carmine Syriaco tradere consueverat scientias: obiit autem ann. Chr. MCCLXXXVI. duobus scilicet ac XXX. ante Sobensis obitum annis.

IX. Liber ordinationis judiciorum, & legum Ecclesiasticarum. Eadem methodo, sed fusius, quam in epitome Canonum Synodicorum, de qua supra.

X. Interpretationes, idest Homiliæ. Quinque exstant in Cod. Syriac. Amid. XI. tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 583 quarum duæ priores Abdiesu Gazartæ tribui solent: in fine autem Liturgiæ Syriacæ ad populum recitari solent.

XI. Sermones paracletici, nimirum de Defunctis.

XII. Orationes metricæ de diversis rebus.

XIII. Explicatio Epistolæ, quam scripsit Aristoteles ad Alexandrum de magna arte: hoc est, de arte Chimica. Syri, Arabesque plures Tractatus de hac arte reliquerunt, quam Ægyptiorum inventum esse non-

LXXXII. TIMOTHÆUS II.

HIC Joseph dicebatur cum Mosulanam Metropolim regeret, & defuncto Abrahamo Arbelæ Metropolita, in ejus locum, substitutus fuit. Porrò an. Græc. MDCXXIX. Chr. MCCCXVIII. in Synodo Patriarcha inauguratus fuit. Synodo adfuerunt Joseph Elamitidis, Ebedjesus Nisibis, Simeon Mosul, Simeon Beth-Garmæ, Simeon Tirhanæ, Simeon Baladæ, Joannes Beth-Wazichæ, Joannes Sigaræ, Ebedjesus Honitæ, Isaac Beth-Daronæ; Jesujab Telæ, & Barbeliæ; qui omnes Canonibus in ea Synodo conditis subscripserunt (1).

Cc Edi-

nonnulli conjiciunt ex ipso Chemiæ nominæ: nam XHMH sermone Coptico, seu Ægyptiaco, Ægyptum significat, unde Chimia, & & cum articulo Arabico Alchimia derivati censetur ab his. De ipsa verò Aristotelis suppostitia epistola consule Fabric. tom. 2. Biblioth. Græc. p. 167., ubi diversos illius titulos arabice, & latine refert.

XIV. Epistolæ diversæ.

XV. Solutio quæstionum difficilium.

XVI. Ænigmata, Capita, & Parabolæ.

XVII. Carmen continens Catalogum librorum omnium Ecclesiasticorum in 190. Capita tributum, quod Assemanus Patruus tom 3. Syriace-Latine vulgavit, & doctissimis, ac eruditissimis adnotationibus illustravit, quædam excerpta nos suis locis in hoc Commentario collegimus, uti videre est in subjectis adnotationibus.

(1) Tresdecim autem recensentur: quorum primus est sequens: „ Quod Apostolorum, & veterum Patrum Canones in Synodis Occidentalibus, atque Orientalibus statuti, sicut pupillæ oculi custodiantur, neque ulli eos transgredi fas sit: omnesque religiosi Patres, Ecclesiarumque Rectores diligenter ac sedulo eosdem meditentur, & legant, discant, & observent: duos præsertim Tomos brevioris collectionis Canonum Synodalium, & alterum de ordine judiciorum Ecclesiasticorum; opus Ebediesu Metropolitæ Sobensis.

Postremo verò Canone revocantur facultates a Jaballaha præcessore, aliisque Patriarchis con-

Edidit Timothæus iste rogatus a Barsuma Presbytero, & Monacho librum inscriptum: *De septem causis*

concessæ quibusdam Visitatoribus, quos ea potestate abusos fuisse constabat " De libris visitationis „ (Ecclesiasticæ) olim concessis „ hominibus quibusdam, qui cum „ indigni essent, Ecclesiæ regimen „ susceperunt, & Ecclesiasticis judiciis præesse voluerunt, potestatemque exercuerunt absolvendi a censuris, atque de sponsalibus, & matrimonio statuere ausi sunt: unde factum est, „ ut omnia corrumperent, Ecclesiamque, & fideles depravarent, sepes perrumperent, Canones conculcarent, corruptelas, & abusus plurimos inducerent; sæculi nempe morem, „ & avaritiam, & pravas perversæ ab origine animæ cogitationes, atque incompositas hominum affectiones secuti; de his, „ inquam, visitationum, aut procurationum libris, qui sine delectu, & examine illis conscripti sunt sub Patre nostro Domino Jaballaha Catholico, cujus „ animæ requiem precamur, aliisque ante illum temporibus, „ h. m. scriptionem hominibus „ perversis & imprudentibus sive „ scienter, sive ignoranter procurantibus: decrevimus, & „ definivimus, in omnipotenti „ verbo Domini, ut quidquid præter legem factum fuit, minimè „ constet, & ab hac die, ac deinceps constituatur Canon, & „ mandatum Visitatoribus, qui „ è cella Patriarchæ visitaturi loca ad negotia componenda tum „ communia, tum sacra Ecclesiarum, ac Monasteriorum mittuntur, ut exacta inquisitione, „ & recto examine, sapientique „ pervestigatione perquirant, omniaque explorent: & sic indignum quidem deponant, & a „ propriæ potestatis gradu removeant, Patentesque eidem literas auferant, & ad cellam Patriarchæ deferant: dignum verò gradu, in quo fuit constitutus, quique omnia secundum „ æquitatis leges agit, & secundum Apostolorum, & Patrum „ regulas gubernat, estque rectus & prudens, hunc in suo „ proposito confirment, nec ullatenus mutent. Quicumque „ verò ista transgressus fuerit, „ Canoni verbi Domini subjaceat.

Ad calcem Synodi, hanc Timothei benedictionem ex Autographo descriptam repræsentat idem Sobensis " Verba, quibus hisce „ Canonibus finem imponit, ipsiusmet Catholici (Timothei) „ manu descripta reperi, quæ hic „ subjicio. Benedicti sint a Deo, „ omnesque benedictiones assequantur auctores, & auditores, ac observatores horum „ Canonum, qui ad utilitatem, „ ædificationemque S. Ecclesiæ, „ atque ad incrementum pietatis, & religionis constituti sunt. Deus

ſis Sacramentorum Eccleſiaſticorum : Capitibus ſeptem conclusum (1).

„ Deus, quæſo, ſit ipſe adjutor, „ virtutemque & perfectionem „ per ſuæ miſericordiæ gratiam „ conferat Amen. Quicumque „ porrò eos cuſtodierit, a Do- „ mino cuſtodiatur, & benedi- „ ctionem induat, atque benedi- „ ctione protegatur, & benedi- „ ctio illum undique circumdet, „ ſicut ſcriptum eſt: ſic benedice- „ tur homo, qui timet Domi- „ num, & qui cuſtodit manda- „ tum, cuſtodietur, Amen.

(1) Caput I. De Sacerdotio. Sectio 1. De honore Sacerdotii. 2. Deſcriptio Sacerdotii, & Pontificatus. 3 De ſpeciebus Sacerdotii. 4. Circa quæ verſetur unuſquiſque trium ordinum Eccleſiaſticorum, Diaconatus ſcilicet, Sacerdotium, & Pontificatus. 5. Qua ratione nonnulii tres hierarchias, novemque ordines in hac terreſtri Eccleſia numerarunt. 6. Non ſucceſſionis jure Sacerdotium derivari, ſed ex impoſitione manus Sacerdotali. 7. De perfectione per manus impoſitionem: ac primũ de impoſitione manus Pontificatus. 8. De proprietatibus perfectionis Pontificalis. 9. De impoſitione manus, & perfectione Sacerdotum. 10. De impoſitione manus, & perfectione Diaconorum. 11. Utrum Apoſtoli a Domino noſtro tres haſce perfectiones acceperint nobiſque tradiderint, an a ſeipſis? 12. De Signi Crucis deſcriptionibus, quæ ſuper ſingulos ordinandos fiunt, deque eorum forma.

Caput II. De Eccleſiæ conſecratione. Sectio 1. Quod nefas ſit Altare ingredi eum, qui manus impoſitionem Sacerdotii non acceperit; neque Eccleſiam intrare debet, qui ſacro baptiſmo, ſanctorumque myſteriorum communione mundatus non fuerit. 2. De olei conſecratione, quo Altare conſignatur: & quid ſignificet. 3. Quomodo oleum conſecretur. 4. De precibus, & inclinationibus, quæ in ejus conſecratione fiunt. 5. De conſecratione Altaris. 6. De gemina conſignatione, quæ fit in Sancto Sanctorum. 7. Reſponſio ad hanc, quæ nobis fit objectionem: quare cum ſemel conſecratum, unctumque ſit Altare, iterum illud conſecratis, & ungitis?

Caput III. De Sacro Baptiſmo. Sectio 1. De perfectione per ſanctum Baptiſmum. 2. De nominibus hujus perfectionis. 3. De materia Baptiſmi, qui ex aqua & ſpiritu eſt. 4. De modis Baptiſmi: 1. Baptiſmus diluvii. 2. Baptiſmus in mari, & nube. 3. Legalis per Moyſen. 4 Baptiſmns Joannis per aquas tantum, nimirum pœnitentiæ. 5. Baptiſmus Domini noſtri, qui eſt adoptionis filiorum per aquam & ſpiritum. 6. Martyrium. 7. Lacrymarum. 8. Baptiſmus alter, perquam difficilis, quo baptizantur per ignem.

Sectio 5.

Sectio 5. Quare Apostoli materiam Baptismi nequaquam definierunt, sicuti definierunt materiam corporis, & sanguinis, cum utramque materiam Dominus noster tradiderit. 6. De partibus substantialibus, ex quibus constituitur sacer Baptismus. 7. Quare ante consecramus oleum, deinde aquā Baptismi. 8. Quare cū oleū consecratum in Ecclesiis existat, alterum consecramus, & conservamus? Et quid hoc significet? 9. Per sacrum oleum, ut in vetere Testamento, ita & in Ecclesia Spiritum Sanctum repraesentari. 10. Hoc oleum non esse vetus illud legale, neque ex eo derivatum. 11. De traditione sacri olei, Apostoli, inquit, illud consecrarunt, & fidelibus tradiderunt. 12. Quare in hac olei specie, non in alia traditum fuit. 13. Quare prae caeteris oleis ad nostram unctionem consecrationemque in sacro Baptismo oleum olivae dumtaxat consecratum, designatumque est? 14. De causa consignationis. 15. De trina consignatione, quae fit tribus vicibus in Baptismo. 16. Quibus modis consignationes fiant; & quare primo quidem in fronte ab inferiori ad superiorem partem digito peragitur, quem indicem vocant; altera autem super pectus a superiori ad inferiorem partem; & tertia item in fronte, non secus atque prima, digito fit, qui pollex dicitur. 17. De fidejussoribus, & Exorcistis. 18. De vestimentis eorum, qui baptizantur, & Sacerdotis baptizantis; & quid mysticè designent. 19. De consignationibus observationes aliae. Et quare ex uno eodemque unguenti cornu consignationes omnes fiant? 20. Si Baptismus in remissionem peccatorum est, quare infantes, puerosque baptizamus, qui peccato carent? 21. Et si Baptismus bonorum omnium fons sit, non bis, sed semel baptizari oportere, sicut in fide oecumenicorum (symbolo) praecipitur.

Caput IV. De Sanctis Sacramentis Corporis, & Sanguinis. Sectio 1. De perfectione, quae per ea fit (hoc est, per Corpus & Sanguinem.) 2. Quot nominibus haec perfectio appellatur. 3. Cum panis nequaquam carneus sit, neque vinum Sanguineū, quomodo Corpus & Sanguis dicuntur. 4. Non esse dubitandum, quin Spiritus Sancti gratia sacris mysteriis illabatur, etsi ea occulta sit. 5. Respondetur objectioni, quae nobis fit; cum scilicet Deus in lege esum Corporis, & Sanguinis prohibuerit, hujus quidem apud Noemum; illius autem apud Prophetam coarguentem eos, qui homines devorant, Baaloque immolant; quare vos Christi Corpus manducare, & Sanguinem bibere affirmatis? 6. Unum esse Corpus mensae vitae cum caelesti, non duo. 7. Necessariam esse Sacramentorum sumptionem post Baptismum. 8. Quare in pane & vino Corpus traditum est? 9. Quare nos jejuni sancta Sacramenta participemus, quae Apostoli post coenam sumpserunt? 10. Utrum Dominus noster comederit ex corpore, de quo ait, hoc est Corpus meum, accipite comedite ex eo; & biberit de Sanguine, quem

quem suum Sanguinem appellavit, nec ne ? 11. Fermentatus ne debeat esse panis, an azymus ? & vinum mistum, nec ne ? 12. Quare Corpus & Sanguis simul consecrantur, non instar olei, & aquæ in baptismo ? 13. In quinque capita, seu partes dividi Orationes Liturgicas. 14. Ad Patrem dirigi orationes in Liturgia. 15. Quibus orationibus sacramenta perficiantur, & quomodò, & quid mysticè significat unumquodque eorum, quæ dicuntur, canuntur, & intonantur ? Totius Liturgiæ expositio. 16. De consignationibus, seu Crucis formationibus.

Caput V. De perfectione Therapeutarum, hoc est Monachorum. Sectio 1. Quare hæc perfectio Sacramentum dicitur ?. 2. De perfectione Therapeutarum. 3. De mysticis hujus perfectionis significationibus. 4. De consignationibus.

Caput VI. De ministerio, quod in eos perficitur, qui in Christo obdormiunt. Sectio 1. Fidelium transitum ab infidelium morte differre. 2. Quare Apostolorum tempore exequiæ Fidelium in Ecclesiis celebrabantur: hodie verò ubicumque occurrerit? 3. De Odis, & Lectionibus pro Defunctis. 4. Monachorum, & Sæcularium stationem in ministerio, & perfectione pro Defunctis, licitam esse, etsi ab antiquis ea minimè permissa fuerit. 5. De pace, quæ Defuncto datur. 6. Ut ii, qui in Christo obdormiunt, gradu laboris differunt: ita & orationes, oblationesque in eorum exequiis diversas esse 7. Si unicuique pro laboris mensura merces retribuitur, quid prodest oratio Defuncto ? aut oblatio ei, pro quo offertur ? 8. An divites, qui opes suas pauperibus post obitum distribui præcipiunt, aliquid inde utilitatis percipiant, nec ne ? 9. Quænam sit Ecclesia primogenitorum in Cælo descriptorum: & qui sinus Abraham, & Isaac, & Jacob. 10. Qua ratione juvamur reliquiis, & sepulchris Sanctorum, quorum benedictionem percipimus. 11. Quare, cum precum nostrarum initium, & finis Oratio Dominica, Pater noster, sit, non ita in exequiis Defunctorum fit ? Et quare in postrema Crucis formatione, & in ea, qua pulvere Defunctum aspergimus, a pedibus Defuncti initium ducitur ?

Caput VII. De Sacramento desponsationis, ejusque perfectione; Sectio 1. Legem desponsationis a Deo traditam esse. 2. Hanc sensibilem copulam intelligibilis copulæ typum esse ? 3. Quomodo quæ in desponsatione perficiuntur, Christi, & Ecclesiæ mysterium repræsentant. 4 De iis, sine quibus desponsatio nequaquam perficitur; nimirum, ut ait, Sacerdos, & calix ex vino, & aqua mistus, & Crux, & annulus & pulvis. 5. De benedictione calicis in sponsalibus. 6. De consignatione Indulgentiæ, hoc est, de pœnitentia, & remissione peccatorum

Exstat in Vaticana Codex ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide a Josepho III. Caldæorum Patriarcha transmissus, qui scriptus dicitur in Urbe Hierosolyma an. Chr. MDCXIII. a Rabban Josepho Xenaja, seu peregrino,

no ; ad calcem ab Amanuensi hæc subjunguntur " Item Oratio ad
„ confessionem peccatorum,
„ quam Christiani bis singulis annis facere tenentur, hoc est,
„ semel in jejunio magno, & semel in jejunio Annunciationis
„ (idest Adventus). Primùm oratio super confitentem. Si anathematizatus es, aut ab Ecclesia interdictus &c. Post hanc
„ orationem confitens peccata
„ sua confitetur : Deinde Sacerdos eum de peccati speciebus
„ successivè interrogat &c. Demùm dicit orationem hanc super caput confitentis. Dominus noster J. C. Filius Dei vivi
„ absolvit te &c.

Hæc de libro Timothæi; nihil autem occurrit de ejus gestis, & obitu; quare breviter adnotandum hoc censeo, quod floruit hisce temporibus Amrus Matthæi filius, Tirhanæ in Patriarchali Provincia natus, qui claruit circa an. Chr. MCCCXL Hic librum Magdal, seu Turris, inscriptum composuit, & in V. partes divisit, qui exstat Cod. Arab. 41. tom. 2. Bibl. pag. 509. in hoc Codice Pars 1. desideratur: Pars 2. continet Præfationes V. & Capita 8. Præfatio 1 3. 4. desideratur. Præfatio 2. Cur Orientales appellati sunt Nestoriani, & quis Nestorii Patriarchæ Constantinopolitani nomen iis imposuit, cum ille Græcus esset, ipsi verò Syri, qui hominem numquam vidissent, nec is terras eorum lustrasset. Præfatio 5. De sensu unionis, & filiationis. Cap. 1. Ostenditur Orientem mundi partium nobilissimam esse. Cap 2. Primam mundi partem, quam homines habitarint, Orientem esse, & inde Colonias ad reliquas fuisse deductas. Capp. 3. 4. 5. desiderantur. Cap. 6. Dei notitiam, in eumque fidem, nec non legem, Sacerdotium, factamque de Christi adventu promissionem ex Oriente provenisse. Cap. 7. Adventum D. N. J. C. in Oriente primùm annunciatum fuisse, in eumque homines credidisse. Cap. 8. De Sanctorum Apostolorum prædicatione in diversis mundi partibus, ac potissimum in Mesopotamia, & Chaldæa. Pars 3. continet Capita 7. quæ desunt, & Epilogum de Patriarchis, & Imperatoribus, deque iis, quæ eorum temporibus contigere, ex quo imperium ad Christianos devenit, hoc est, a Constantino Imperatore, usque ad Heraclium. Ubi Amrus Eutychii Alexandrini Chronicon in compendium redactum describit: nec non ex Severo Mokaffæo nonnulla mutuatur: de Nicænis autem Patribus, quos ex Oriente advenisse confessionisque gloria claruisse testatur, nullum corpore mutilum, cæteros verò reliquos omnes corpore mutilos fuisse ait: Subjungit deinde Amrus, postquam Iconoclastarum historiam retulisset, hæc duo Capita. 1. De sensu, quo Imagines coluntur. 2. De cantu in oratione usurpato.

Pars 4. De gentibus, & sectis, & opinionibus, & religionibus, deque Conciliorum numero, Capita 8. 1. De Judæorum gente, deque Regibus, & Prophetis. 2. De Samaritanis 3. De antiquis Roma-

manorum, & Græcorum sectis. 4. De sectis, quæ post Apostolorum prædicationem in terris Romanorum, Græcorumque extiterunt. Ex Eutychio Alexandrino hæreticos recenset a Simone Mago ad Monothelitas. 5. De templo sub nomine Michaelis Archangeli exstructo Alexandriæ, ex Eutychio Melchita Patriarcha Alexandrino, qui & Saidus Patricides. 6. Quod Orientales ab antiquis temporibus ad hanc diem opus non habuerint, ut Concilium ad stabiliendam collapsam fidem cogerent. 7. Recensio Conciliorum; & Occidentalia quidem hæc recenset: Ancyranum, Næocesariense, Nicænum, Gangrense, Antiochenum, Laodicenum, Sardicense, Constantinopolitanum, Ephesinum I. adversus Nestorium, Ephesinum II. Chalcedonen., & Constantinopolitanum II. Orientalia verò sub Isaaco Patriarcha Can. 22. Sub Ezechiele Can. 36. Sub Jesujabo Can. 22. Sub Timotheo Can. 98. Sub Josue Barnun Can. 131., & solutiones quæstionum 70. sub Ananjesu Canones 20. sub Joanne Tomum Canonum.

Pars 5. Fundamenta septem continens, & Epilogum. Fundamentum 1 De Christo Domino, & Apostolis XII., deque nonnullis Discipulis. Fund. 2. De Patriarchis Orientis, eorumque gestis. Ab Abre usque ad Jaballaham Timothei II. successorem: subjicit ad calcem, Catalogum Metropolitanarum, & Episcopalium Sedium, quæ Patriarchæ Orientis subjectæ sunt.

Fundamentum 3. continet cap. 14. De orthodoxa fide, ejusque expositione, ex mente Patrum Orientalium. Deest Caput primum. Caput 2. in 4. Sectiones distributum. Sectio 1. Præfatio libri de fundamentis fidei ab Elia Patriarcha Orientis compositi, & in Sectiones 22. divisi. Sectio 2. Ex eodem libro de Unione Verbi Dei cum perfecta humanitate ex D. Maria Virgine Assumpta. Sectio 3. Ex eodem, testimonia de humanitate Christi. Sectio 4. Testimonia de divinitate Chtisti. Cap. 3. in quatuor partes, & octo Sectiones divisum. Tractatus Eliæ Metropolitæ Nisibis ex libro de fide orthodoxa. Cap.4. Libellus Georgii Metropolitæ Mosulani de fide Orientalium. Cap. 5. *Libellus Machichæ Patriarchæ Orientis*. Cap. 6. Fides Michaelis Episcopi Amidæ, & Majapharchini. Cap.7. De Deo Uno & Trino. Tractatus Ebediesu Metropolitæ Nisibis, continens Fundamenta septem, Sectionesque 27. Cap. 8. Ex eodem Ebedjesu. Cap. 9. De inhabitatione, & unione; estque caput 8. libri Ebediesu. Cap. 10. Ex eod. libro, quod leges veteres jure abrogatæ sint, lex autem D. N. J. C. abrogari nequeat. Cap. 11. Fides Jesujabi Nisibeni cognomento Ebn Malchon. Cap. 12. Epistola Machichæ ad quemdam fidelem Aspahani commorantem scripta, cum Metropolita Mosul, & Arbel esset. Desunt Capita 13. 14. Fundament. 4. continet Cap.4. Responsa, & Quæstiones: Deest Caput 1. 3. Cap. 2. In quo conveniant Christianorum sectæ circa unionem. Cap.4. Responsio ad eum, qui objicit,

duos

duos a *nobis* filios asseri. Fundamentum 5. continens capp. 4. Objectiones, & Responsiones. Cap. 1. Enarratio eorum, quæ Presbytero Sabarjesu Pauli Mosulani filio cum quodam Judæorum doctore contigere circa Christum: Cap. 2. Responsio adversus eos, qui ajunt Mariam Deum genuisse. Ubi testimonium profert Jesujabi Nisibeni ex epistola, cui titulus. *Demonstratio*. Cap. 3. Confutatur præcipuum eorum, hoc est Jacobitarum, argumentum. Cap. 4. Responsio ad eos, qui dicunt Deum passum, & crucifixum fuisse. Fundamentum 6. continens duas partes. Pars 1. De iis, qui secundam sententiam tenent, hoc est de Melchitis, in Tractatus duos divisa. Pars 2. continet tractatum nnum, & 4. capita, de iis, qui tertiam sententiam tenent, hoc est Jacobitis. Asem. *tom* 3. *cap*. 57.

Non dissimile Opus scripsit Mares Salomonis, cujus in Bibliotheca Vaticana exstat liber Magdal, hoc est Turris, in duos Tomos divisus, qui Capita septem, Sectionesque 30. universim continent. Cap. 1. inscriptum *Ædificium*, Sectio unica, in qua Deum existere ostendit Mares. Caput 2. Demonstratio. Sectiones tres, Prima de Unitate Dei. Secunda de Unione Verbi cum homine, deque Christi nati adparitione. Tertia: De Deo, Personarumque Trinitate. Caput 3. Bases. Sectiones 4. Prima: De Baptismo. 2. De oblatione Panis, & Vini. 3. Argumenta ex Evangelio desumpta, quibus divinitas, & humanitas ostenditur. 4. De figuræ Crucis præstantia. Cap. 4. Candelabra. Sectio 1. Deus pietatis. 2. Termini charitatis. Encomium orationis. 4. Gloria jejunii. 5, Utilitas orationis. 6. Pulchritudo humilitatis, 7. Sensus puritatis.

Cap. 5. Columna. Sectio 1. Conditus mundi. 2. Veritas Resurrectionis, & Judicii, necnon pœnæ ac præmii. Atque hic definit primus Tomus. 3. De Isaaci sacrificio. Hic incipit Tomus secundus. 4. Argumenta de Adventu Christi. 5. Constitutiones, Leges, & Canones ab Apostolis, & Discipulis desumpti. In hac Sectione Nomina Catholicorum Orientis recenset. 1. Adæus. 1. Mares. 3. Abres. 4. Abraham. 5. Jacobus. 6. Achadabues. 7. Schiach-alupha. 8. Papas. 9. Simeon Barsaboe. 10. Sciadostus. 11. Barbaseminus. 12. Tomarsa. 13. Kajuma. 14. Isaacus. 15. Achæus. 16. Jaballaha. 27. Maanes. 18. Pharaboctus. 19. Dadjesus. 20. Babuæus 21. Acacius. 22. Babæus. 23. Silas. 24. Narses. 25. Elisæus. 26. Paulus. 27. Mar Abas. 28. Joseph. 29 Ezechiel. 30. Jesujab Arzunita. 31. Sabarjesus. 32. Georgius. 33. Jesujabus Gadalen. 34. Mar Emes. 35. Jesujab Adiabenus. 36. Georgius. 37. Joannes Marthæ filius. 38 Ananjesu. 39. Salibazacha. 40. Phetion. 41. Mar Abas secundus, qui & Brichsebianeh. 42. Surinus. 43. Jacobus. 44. Ananjesus secundus. 45. Timotheus. 46. Josue Barnun. 47. Georgius. 48. Sabarjesus. 49. Abraham. 50. Theodosius. 51. Sergius. 52. Enos. 53. Joannes Narsetis filius.

LXXXIII. DENHA.

HUcusque scribit Assemanus *tom. 3. pag. 620.*, ex Barebræo, Mari, & Amro. Quæ sequuntur Patriarcharum nomina, in manuscriptis Codicibus adnotata reperi. Et sane an. Græcorum MDCLXXI., Christi MCCCLX. legitur extitisse ac Nestorianam Ecclesiam rexisse Denha, qui Dioscori Bar-Kainæi Jacobitæ partes adversus Jacobitarum Maphrianum adjuvasse legitur in Appendice ad 3. partem Chronici Gregorii Barebræi, Asseman. *tom.* 4. *pag.* 124. (1)

filius. 54. Joannes Theodosii ex fratre nepos. 55. Joannes Isæ filius. 56. Abraham. 57. Emanuel. 58. Israel. 59. Ebediesu. 60. Mares Tobi filius. 61. Joannes. 62. Joannes Nazuch filius. 63. Jesujab. 64. Elias I. 65. Joannes Targal filius. 66. Sabarjesus Zanbur. 67. Ebedjesus Aredi filius. 68. Machicha. 69. Elias secundus. 70. Barsumas. 71. Ebedjesu Mokli filius. Ad calcem Cod. hæc subjiciuntur ab Amanuensi "Hucusque „ noster (scilicet Mares). Sequitur historia Jesujabi Catholici, „ Episcopi Geziræ, ex urbe Mosulana oriundi, cognomento Eben Hajech, idest filius textoris. Deinde Mar-Eliæ III. Abuhalim, & Ebn Hadithensis, qui „ Nisibis Metropolita fuerat. Demum Mar Jaballahæ, qui nunc „ Sedem tenet „ idest an. Christi MCCXIV. quo hic Codex ab Amanuensi scriptus est. Quæ verò in his Catholicorum Nestorianorum vitis continentur, eadem ferè ex Amri compendio, & ex Barhebræi historia publicavit Assemanus Patruus in Bibliotheca, & nos ex ipso delibavimus.

(1) Porrò sub hoc Denha, vel antecessore Patriarcha contigit conversio Nestorianorum in Cypro commorantium. Ex Actis Concilii Nicosiensis (*tom.* 11. *Concil. part.* 2. *pag* 2432. *&c.*) quod sub Elia Archiepiscop. celebratum fuit an. 1340. Benedicto XII. Pontifice constat, Nestorianos interfuisse cum suis Rectoribus, qui Rectores pro se & subditis suis professionem fidei orthodoxam emiserunt, atque Romanæ Ecclesiæ, illiusque Antistitis Principatum, & Primatum confessi sunt, atque hoc unum petierunt, quod eis liceret in suis ritibus, fidei non contrariis, permanere. Alteram conversionem Chaldæorum Cypriorum 100. fere post annis factam scribit Assem. *tom.* 4. *pag.* 434.

hoc

LXXXIV. SIMEON.

HIC an. Græc. MDCCLXXXIX. die 29. Novembris, hoc est Christi MCCCCLXXVII. sedebat. Uti ex *Cod. Syr. fol.* 240. patet. Asseman. in Biblioth.

LXXXV. SIMEON.

HIC (1) legitur an. Græc. MDCCCI. Thomam, & Joannem Episcopos in regionem Malabar misisse ad instantiam trium fidelium Christianorum, qui ex India ad Mar Simeonem venerant, ut Episcopos pro suis Provinciis impetrarent: Tres viri fideles in Indiæ regionibus profecti ad Mar-Simeonem Gazartæ Zebedeæ commorantem incolumes venerunt: uno excepto, qui itinere decessit. Georgius itaque, & Joseph (ita appellantur reliqui duo) Sacerdotes a Simeone ordinati fuere in Ecclesia S. Georgii in Gazarta: inde missi ad Cœnobium S. Eugenii, inde duos Monachos homonymos

hoc est an. 1445. Eugenio IV. Pontifice, a quo Andreas Colocen. Archiepiscopus in Regnum Cypri missus fuerat, ut Schismaticos, & Hæreticos ad Ecclesiam Catholicam revocaret. Hic Timotheum illius gentis Metropolitam induxit, ut Nestorianum errorem ejuraret, quod & præstitit, missa ad Eugenium IV. fidei formula. Exstat ejusdem Eugenii IV. (*Part. 3. Concil. Florent. pag.* 387. *apud Horat. Justinian.*) Bulla dat. 7. Non. Augusti 1445. ubi relata ipsius Timothei professione, jubet Pontifex, rejecto Nestorianorum nomine Chaldæos in posterum eos populos appellandos esse. Elias Patriarcha in epistola ad Paulum V. data an. 1616. scribit " Quoniam „ apud nos scriptm est in Annalibus, quod Archiepiscopus noster, qui erat in Cypro, & ii, „ qui sunt ex professione nostra, „ qui habitant in Hierusalem, & „ Clerus, qui erat in Monasterio „ S Jacobi Nisibis, inter filios „ Ecclesiæ Romanæ numerantur „ Cæterum erepta Latinis, subjectaque Turcis Cypri Insula, Nestoriani, uti & Jacobitæ, in illa omnino defecerunt.

(1) Nescio an alter fuerit a priore Simeone.

mos (ambo enim Raban Josephi nōmen ferebant) adduxerunt, quos Patriarcha consecravit in Ecclesia Sancti Georgii, unum Thomam, Joannem alium appellavit, eosdemque litteris patentibus suo annulo signatis cum precibus, & benedictionibus dimisit, & unacum Indis regiones Indorum petere jussit. Quo cum pervenissent a fidelibus magno gaudio suscepti sunt, eisque occurrerunt cum lætitia præferentes Evangeliorum Codicem, Crucem, thuribula, & faces, eosque introduxerunt cum magna pompa & psalmorum hymnorumque cantu. Ii autem altaria consecrarunt, & quamplures Sacerdotes ordinarunt: quandoquidem longo tempore Episcopis caruerant. Et Mar-Joannes quidem Episcopus in India mansit: Mar-Thomas verò ejus socius una cum Josepho Presbytero ad *Catholicum* paulo post reversus, primitias, oblationes, & unum servum ei attulit. Anno autem MCCCCXCIII. Joseph socius Thomæ in Indias rediit. An.Græc.MDCCCXIII.Chr.MDII. obiit Simeon in Monasterio S.Eugenii. Sepultus. Vid.Assem.Biblioth.

LXXXVI. ELIAS

HIC successit Simeoni an. Græc. MDCCCXIII. Chr. MDII. Anno MD. contigit strages Christianorum Lusitanorum in urbe Indiæ Calechut, quam describunt Episcopi Nestoriani in sua epistola ad Eliam Patriarcham, de qua infra. An. MDI. Joseph Indus cum navibus Lusitanis mense Junio venit Ulysiponem, & commeatu socioque a Rege constitutis Romam, & demum Venetias contendit, & rursus rediit Ulysiponem, denique in Malabariam regressus est.

Elias autem Catholicus an. MDIII. rogatus a Tho-

ma Episcopo, & Josepho Presbytero, tres Monachos ex eodem S. Eugenii Cœnobio electos ordinavit, Davidem scilicet Metropolitam, Georgium, & Masudum Episcopos, quorum primo Jaballahæ, secundo Denhæ, tertio Jacobi nomen imposuit. Profecti sunt omnes in Indiam eodem anno, videruntque adhuc in vivis Joannem Atelæ Metropolitam. An. MDIV. Mar Jaballaha, Thomas, Jacobus, & peregrinus Denha literas scripserunt ad Mar Eliam Catholicum Orientis Patriarcham, in quibus hunc de suo in Indias adventu certiorem faciunt. Ubì triginta ferè millia familiarum christianarum communis cum ipsis fidei existere scribunt, regionemque, in qua habitant, Malabar appellari ajunt, & habere viginti circiter urbes, quarum tres celebres memorant Carangol, aliàs, Cranganora; Palor, aliàs Palaorum; & Colom, aliàs Coulanum: in his Christianos habitare dicunt, & Ecclesias constructas habere, licet vicina sit magna, & opulenta urbs Calechut, quam infideles idololatræ colunt. Referunt etiam missas a Lusitanis, quos Francos dicunt, naves pro mercibus in Europam deportandis; Lusitanorum cum Rege Calecuthi prælium recensent. Epistolam integram Syro-Latine exhibet Asseman. *tom.* 3. *cap.* 58. (1).

Literas Indorum non recepit Elias morte præventus, sepultusque fuit in Ecclesia Meschinæ in urbe Mosul, obiit autem an. Græc. MDCCCXV. Chr. MDIV.

LXXXVII.

(1) Exstat in Bibliotheca Vaticana T. novum Syriace exaratum a memorato Jacobo Indiarum Episcopo in urbe Scigla, seu Chrongalor in regione Malabar in Ecclesia S. Thomæ Apostoli, die 6 Martii fer 4. an. Græc 1820. Chr. 1510.

LXXXVII. SIMEON.

HIC in locum Eliæ ſubrogatus literas prædictas Indorum recepit (1).

LXXXVIII. SIMEON.

HIC cum fratre Jeſujabo Metropolita vivebat an. Græc. MDCCCXLII. Chr. MDXXX. uti conſtat *ex Cod. Syr. I. ad calcem tom. 2. Biblioth. Orient. in 8. Bombyc.* ſcripto manu Presbyteri Abraham pro uſu fratris Simeonis Presbyteri ex oppido Seleuciæ, menſe Octobri, an. Græc. MDCCCXLII. in Monaſterio S Eugenii, ſub Simeone Patriarcha Orientis, ejuſque fratre Jeſujabo Metropolita, uti adnotatur manu ipſius Abrahami Presbyteri *fol.* 121. Simeone autem *defuncto*, *ſolus* Jeſujabus Patriarchalem Sedem Vicaria poteſtate adminiſtrabat die 2. Octobris MDCCCL. Chr. MDXXXVIII. (2)

LXXXIX.

(1) Aſſeman *tom.* 3. *cap.* 58. Ex Codice Syr. 5. (*tom.* 2. *Bibl. p.* 488.) exarat ann. Chr. MDXXXIII. Syriacè Latine hiſtoriam Thomæ Jaballahæ, Jacobi, & Denhæ Epiſcoporum, ac Sociorum, uti & epiſtolam ad Neſtorianorum Patriarcham exhibet, quæ epiſtola ſcripta an Chr. MDIV. ab Elia, ut diximus recepta non fuit, ſed a Simeone iſto. In hac epiſtola certiorem faciunt Patriarcham, de ſuo in Indiam adventu, de gentis ſuæ in Malabaria ſtatu, de Eccleſia S. Thomæ in Meliapor, deque Luſitanorum cum Rege Calecuthi prælio.

(2) Exſtat *tom.* 1. *Biblioth. Orient. pag.* 581. Officium Chaldæorum exaratum a Diacono Atia, ſeu Jaballaha, filio Pharag Presbyteri in Inſula Zebedæa, qui Codex ſcriptus dicitur fol. 579. Sabatho Die 19. Octobris an. Græc. MDCCCXL. ſub Jeſujab Metropolita, & Patriarchalis Sedis adminiſtratore poſt obitum Patriarchæ Chaldæorum, & ſub Gabriele Epiſcopo Inſulæ Zebedeæ.

LXXXIX. SIMEON.

OLim Jeſujab Metropolita, de quo ſupra, Mamæ filius, Chaldeorum Eccleſiam anno Chriſti MDXXXIX. rexiſse dicitur in Codice Syriaco Hoſpitii Monachorum Maronitarum, quod olim apud Eccleſiam SS. Petri, & Marcellini de Urbe erat, nunc verò prope Eccleſiam S. Petri in Vinculis. Obiit an. MDLI. Aſſeman. *tom.* 3. *pag.* 621.

XC. SIMEON DENHA.

HIC cognomento Barmama, Simeonis, cujus ſupra mentio eſt facta, ex fratre nepos, Sedem invaſit poſt obitum Mamæ, qui apud Panvinium in Vita Julii *III.*, & apud Maſium in epiſtola ad Augerium Busbeckium an. Chr. MDLI. periiſſe dicitur, unico Metropolita, tum ſuperſtite Ananieſu; obierant enim reliqui Metropolitæ Neſtoriani, & Mama improba ambitione amplificandi ſuam ipſius familiam, & genus nullum viduatis Eccleſiæ paſtoribus præfecerat. Solus ergo ſuperſtes Epiſcopus ex proſapia Neſtorianorum Patriarcharum conatus eſt ita agere, ut egerunt illi, qui ante ipſum fuerunt; ſcilicet Patriarchatum ſuæ gentis hæreditario jute invaſit. Hujus filii Mamæ flagitia deſcribit Abdjeſu in Carminibus de Profectione Sulakæ in urbem: deque ejus in Patriarcham inauguratione Cod. Syr. Vatic. 27., & Amid. 9. & 13. ubi & refert, pueros duos alterum duodennem, quindennem alterum Epiſcopos ab ipſo Simeone ordinatos fuiſſe: plures uxores uni viro in morem Mahometanorum ab eodem permiſſas: repudium etiam quoad vinculum matrimonii indu-

inductum. Idem Bar-Mama an. Chr. MDLV. Sulakam Patriarcham Catholicum ex urbe Roma regressum in civitatem Caramit, seu Amidam a Mahometano Præside in vinculis conjici, & interfici curavit. Obiit Simeon an. Græc. MDCCCLXX. Chr. MDLIX.

XCI. JOANNES SULAKA.

POpulus Nestorianus & sacri, & profani ordinis ægrè ferens Patriarchalem dignitatem in eadem una familia per centum propè jam annos quasi hæreditariam retineri; verensque ne Simonis Mamæ Patriarchæ, qui tum recens obierat, fratris filius patruo succederet: mox audita illius morte, an. Chr. MDLI. concurrerunt tumultuariò in Gezertam, atque ibi subitariis consiliis de novo sibi Patriarcha secundum Canones designando deliberarunt. Deinde verò rursus ad præstitutum diem alium convenerunt in Mozal, qui tum in Syria, Assyria, & Persia superstites erant ejus sectæ Episcopi tres, quorum unus Arbelæ, alter Salmassi, tertius Adorbeigani Antistites erant; & præter illos alii etiam Sacerdotes, Cœnobitæque multi: tum ex singulis civitatibus latè vicinis terni, quaternive Primates, qui suorum etiam civium auctoritatem, voluntatemque repræsentarent, & publicis literis testarentur: ex Bagdat nimirum, Carcha, Gezerta, Tauris, Nisibi, Marde, Amida, Hasancepha, & ex reliquis omnibus circumquaque vicinis locis, in quibus Nestoriani homines habitant. Ibi verô cum illorum Episcoporum unus coram universo cœtu sacris esset operatus, atque Evangeliorum librum, Sanctæque Crucis imaginem ob omnium oculos proposuisset, ac deinde paucis ad populum

pulum concionatus, ipſe primus, & poſt eum deinceps Antiſtites cæteri, ordineſque omnes, partim voce, alii literis ſuas civiumque ſuorum ſententias dixiſſent, compertum eſt maxima ſuffragiorum parte, Sulakam (1) Monachum Cœnobii Hormiſdæ fuiſſe Patriarcham deſignatum.

Itaque mox ablegati ſunt populi totius nomine, qui illum ex eo Cœnobio ad Mozal deducerent; ſed tertium miſſi, atque remiſſi, de quieta ſua ſtatione hominem modeſtiſſimum vix tandem abſtrahere potuerunt. Cum verò in medium tandem fuiſſet productus, facta rurſus ſolemni more re divina, ſententias denique omnes ex ordine rogati, majori quam ante conſenſione de illo tulere. Sed cum ſupereſſent Metropolitani nulli, a quibus ille deſignatus initiari poſſet (2), decretum publi-

(1) Hic Joannes antea dictus Danielis filius, de familia Bellu, Simeon perperam dicitur a Leonardo Abel Epiſcopo Sidonien. apud Aubertum Myræum in Bibl. Eccleſ. in Auctario ad Catalogum Gennadii pag. 58. Poſt Ordinationem in Patriarcham *Sulaka* Syriacè, Arabicè *Siud* appellatus fuit. Abbas an. 12. vel 22. præfuit Cœnobio Raban Hormiſdæ, quod abeſt millibus paſſuum ferè octo a Ninive: at ab Alcus patria Nahum Prophetæ, etiam nunc hujus monumento tam Judæis, quam Mahometanis celebratiſſima, non amplius duobus paſſuum millibus: ita Maſius in epiſt. ad Eugenium Busbeckium apud Aſseman. *tom.* 1. *Biblioth. cap.* 47.

(2) Suſpicor, rectè ſcribit Aſſeman. *tom.* 4. *pag.* 661. a populo illo excogitatum hoc fuiſſe, ut quem in Aſſyria ob timorem Fautorum Simonis Mamæ, ejuſque familiæ ordinare Patriarcham non audebant, a Romano Pontifice conſecrandum curarent; nam primò, Canon apud Chaldæos, cœteraſque Chriſtianas gentes obtinet, electionem Patriachæ conſtare, ejuſque ordinationem legitimam eſſe, quando vel tres dumtaxat Epiſcopos adeſſe contigerit. Deinde Arbelæ Eccleſia ſemper Metropolitana fuit: Adorbiganæ verò, etſi ab initio Epiſcopalis eſset, anno tamen Chr. MCCLXV. quo Denha Patriarcha creatus fuit, Metropoliticis juribus gaudebat: & Salmaſæ thronus, qui an. MCCLXXXI. Epiſcopalis

publicè eſt, ut e veſtigio ipſe cum literis (1), comitatuque pro veteri conſuetudine ad Romanum Pontificem proficiſceretur (2).

Ee Eique

palis erat, jam ab an. MDXLVII. inter Metropolitanos numerabantur.

(1) Epiſtolam, quam an. MDLII. ex Moſal ad Romanum Pontificem pro Sulaka in Patriarcham initiando populus Neſtorianus tranſmiſit, uti & epiſtolam, quam ad Julium III. ſcribunt Neſtoriani, qui Sulacam uſque ad ſacram Hieroſolymorum urbem deduxerunt, ex Autographo Syriaco Latinas fecit citatus Maſius, & ex eo Aſſeman. *tom.* 1. *pag.* 526.

(2) Nullo idoneo teſte aſſeritur antiquos Orientales Patres olim Romæ ordinatos. Orientales quippe omnes Antiocheno Patriarchæ ſemper ſubjecti fuere: ab eo, vel ejus juſſu, Primates Seleucien. ordinabantur. Hoc in Annalibus Chaldæorum legitur, non verò quod Romæ, vel a Romano Pontifice ordinationem accipiebant. Primi, qui Antiochiam pro Roma ſuppoſuere ſunt Neſtoriani auctores ordinationis Sulakæ Patriarchæ. Ut verò Romam pro Antiochia Neoterici eorum acciperent, duo illos impuliſse videntur: primùm, quod cum Neſtoriani ſub Imperio Perſico degerent, negotia omnia, quæ ipſi Antiochiæ expediebant, in Romana ditione confecta dicebant: atque ita Neoterici oſcitanter Romæ contigiſſe exiſtimabant, quod in Romano quidem Imperio, ſed Antiochiæ, non Romæ, geſtum fuerat. Alterum, quod exeunte ſæculo Chriſti XIII. commercium literarum inter Romanum Pontificem, & Patriarcham Neſtorianorum cæptum fuit, hoc eſt ann. MCCLXXXVIII., quo Barſumas Jaballahæ Patriarchæ orator ad Nicolaum IV. acceſſit. Hinc in epiſtola ad Julium III. data ajunt: viam illam ab Oriente in Urbem interruptam fuiſse inde a ſpatio 300. annorum uſque ad eum diem, quo ſcribebant, hoc eſt ad ann. Chr. MDLII. Cum autem in epiſtola, quam Jaballaha ann. MCCCIV. ad Benedictum XI. ſcripſit, Catholicum, & Patriarcham Orientis totius ſe nuncupaverit, nec ob hunc titulum a Summo Pontifice reprehenſus fuerit; priſca cum recentibus confundentes, arbitrati ſunt, qui ad Julium III. literas dederunt, antiquos Patriarchas ſuos a Romanis Pontificibus initiatos, & Romæ conſecratos fuiſſe. Sed & niſi conjectura me fallat, alia ratio videtur ex eo deſumpta, quod Patriarchalem dignitatem, ejuſque Primatialia quædam jura a Patriarchis Occidentis Cajo Romæ, Petro Antiocheno, Flaviano Epheſi, Alexandro Hieroſolymitano, Gregorio Thaumaturgo accepta referant. Vid. Aſſeman. *tom.* 3. *cap.* 51.

Eique decreto cum repugnare illi nefas fuisset, profectus Romam fuit [1], viris circiter 70. comitantibus usque ad Hierosolymitanam urbem, indeque tribus Romam, quorum tamen unus Chalephus [sociorum namque alter morbo extinctus, alter tentatus in patriam redire coactus fuit) una cum Sulaka in Urbem pervenit die 18. Novembris an. Chr. MDLII. Die verò 20. Februarii sequentis anni Sulaka professionem fidei emisit (2), & 9. Aprilis a Julio III. Patriarcha Chaldæorum,

(1) Sulacæ iter ab urbe Hierusalem Romam accuratè describit Abdiesu Episcopus Gozartæ, postea Sulacæ ipsius successor Heptasyllabis versibus, ibi: Hierosolyma, inquit, profectus est in urbem Joppen: inde Damiatam in Ægyptum: ex Ægypto in Phœniciam regressus, Berythi Pentecosten celebravit. Hinc in Cyprum navigavit, mox Rhodum, Cretam, Zacyntum, atque Corcyram prætergresſus, Venetias tandem tenuit: ubi, decem diebus exactis, Ravennam petiit: inde Ariminum, Fulginium, Spoletum, Interamnam, & Narniam perlustravit: demum Romam pervenit die 18. Novembris an. Chr. MDLII. Asseman. *tom.* 1. *pag.* 529., ubi & notat Sulacam Romæ commoratum fuisse in Ædibus S. Spiritus in Saxia.

(2) Scripsit Sulaca dum Romæ esset, Professionem fidei, quam e Syriaco Latinam fecit Masius., & typis Plantinianis publicavit an. 1569. Incipit " Mea Monachi Siud „ professio fidei. Profitemur Trinitatem gloriosam &c. „ ubi tria observatu digna occurrunt. Primum quod de Sacramento Confessionis scribit " Erat quidem olim apud nos consuetudo, ut revelaremus peccata nostra inter nos: sed surrexit violentus tyrannus, & abolevit eam; orta est cædes, ac contentio, & cessare fecit illam „ Alterum, quod de Sacramento Confirmationis subjungit " Confirmatione verò an veteres usi sint, ignoro: Monachus enim sum, & quis me id docuisset. „ De Nestorianorum sententia circa Confirmationem dixi quædam in Cod. Liturgico. Tertium denique " Veneramur, „ inquit, & exaltamus, atque „ laudamus Ecclesiam Romanam, „ & Caput ejus Papam Sanctum, „ atque omnes proles illius benedictas: nam ita habetur in libris nostris, quod Sacerdotium nostrum ex ista Ecclesia Romana sit, ac propterea venimus ad accipiendum fermentum a vobis, sicut scriptum est in „ Epi-

rum proclamatus fuit, mutatoque nomine *Joannes* nuncupatus (1). Eodem anno in Mesopotamiam rediit, adjunctis ipsi ab eodem Julio Pontifice, quemadmodum postulaverat, religiosis aliquot viris Syriaci sermonis peritis, quorum unus fuit Ambrosius Theseus Episcopus Ariensis (2) Ordinis Prædicatorum, qui propter persecutionem eidem Sulakæ postea motam coactus fuit cum Assyriis quibusdam in Indiam ad urbem Goam, ubi

„ Epistola nostra „ Nimirum in ea, quam ex urbe Mosul secum attulerat. Vid. Assem. *cit. pag.* 532. *& seqq.*

(1) Anonymus historiæ Sulacæ Scriptor (exstat in Codd. Amiden. 9. & 13.) subdit a Pontifice Romano perfectum Catholicum Sulacam accepisse literas patentes, ut susciperetur in universo Oriente, & omnibus Provinciis Indorum: & cum orationibus atque benedictionibus, quibus eum instruxit, confici illi jussit quatuor sacras vestes auro intertextas, & thiaram auream, patenam quoque & calicem argenteum auratum, viaticum etiam adjecit.

(2) Alius videtur hic Ambrosius a Theseo Ambrosio, qui an. Chr. MDXXIX. in Cœnobio Regii Lepidi jam senex vitam agebat, teste Widmanstadio in Præfat. ad Novum Testamentum Syriacum in hæc verba " Nam cum is (Leo X.) „ Patrum Concilium a Julio II. „ convocatum, ad Lateranum „ haberet, missi eo ex Syria fuerunt Legati (*Patriarchæ Maronitarum*) Acurius (*Chorepiscopus*) „ Joseph Sacerdos, Moses (*Etiam habent Acta Concilii Lateranensis,*) „ Monachus Diaconus, & Elias „ Hypodiaconus, homines religiosi & eruditi, qui Theseum „ Ambrosium Albonesii *regulum* „ Jurisconsultum literas Syriacas „ tum docuerunt. Is postea multas intra monasticas cellas (erat „ enim voto suo S. Augustini Canonico Instituto obstrictus) meditando tantum profecit, ut „ Syri quoque ingenium ipsius, „ & acrem, præsentemque in eo „ laborē admirarentur. Cæterum „ cum ego Chr. salutis an. MDXXIX. „ in Divi Caroli Cæsaris invictissimi sacri Diadematis causa „ Bononiam proficiscentis comitatu essem, & mihi contubernalibusque meis Regii Lepidi a „ metatoribus Hospitium, juxta „ Cœnobium, ubi Theseus jam „ senex vitam agebat, fore attributum fuisset &c. „ Ejus opera Summos Pontifices in negotiis ad Orientales nationes pertinentibus usos fuisse, refert Edenensis lib. 2. Vindic. Maronitarum cap. 5. Hæc Asseman. *cit. pag.* 530.

ubi vivere desiit, migrare; alter *Antonius* ejusdem Ordinis Prædicatorum, Ambrosii socius, qui una cum Hermete *Elia* Archiepiscopo Sulakæ discipulo, Chaldæos in Malabaria commorantes visitavit, Romamque tandem regressus a S. Pio V. Episcopus Vici creatus fuit.

Amidam pervenit Sulaka 12. Novemb. Ch. MDLIII. duos e discipulis suis Episcopos ordinavit: Geziræ I. nimirum *Abdjesum*, qui in Patriarchali dignitate eidem successit; & Amidæ Hormisdam, seu Hermetem, qui Asmar Abib (1) olim appellatus fuerat, Eliæ verò nomen Sulaka ordinato imposuit. Hic Sulaka defuncto (2), in

(1) Ejus subscriptio legitur ad calcem Cod. Syriaci Bibliothecæ Collegii Urbani de Propaganda Fide, in quo, Abdjesu laudata historia Sulacæ Carminibus, de Sulacha subjungitur " Hunc ordinationum librum ad Ecclesiam Mar Phetionis Martyris, quæ in urbe Amida est, pertinere, meo chirographo ego humilis Elias Asmar Abib decrevi. Quisquis verò ipsum ex eadem Ecclesia, avaritiæ, aut temeritatis causa extraxerit, anathema sit."

(2) De morte Sulacæ hæc habet Abdjesus in citato Carmine Heptasyllabo " Comperto ejus (*Sulacæ*) adventu, quem fama per omnes eas Provincias (*Chaldæorum*) dissipata vulgaverat, Barmama (*Patriarchæ Nestoriani ex fratre nepos*) ille scelestus & facinorosus excogitavit rationes, quibus insontem istum oppressum perderet. Quamobrem cum Prætore urbis impurus iste agere cœpit: & utiles quasdam prætendens causas, variis artificiis in suam illum traxit sententiam, pollicitus se denarios 10. mille ipsi soluturum, si hunc bonum virum interimeret. Consentit ille pecunia illectus; eumque comprehendi jussit, captumque & flagellis cæsum in vincula conjecit: magisque in dies verbere in eundem sævitum est. Hunc in modum Dux ille impiorum in publica custodia ipsum detinuit ad quatuor menses, quo spatio quotidie a scelestis & nefariis hominibus, acerbè & absque commiseratione tortus est. Post tam diuturnum carcerem, quem pertulit iste præstantissimus electus, egit vir ille malitiosus & nefarius, ut crudeli morte necaretur. Imperavit itaque Tyrannus ille iniquus apparitoribus

in Indiam, ut dixi, unacum Episcopo Ambrosio, ejusque socio Antonio profectus est, ubi juvandis Chaldæis Orthodoxis operam impendit. Obiit Sulaka an. MDLV.

XCII. EBEDIESUS.

JOhannis filius, Monachus Cœnobii Achæ & Joannis fratrum, ex civitate Gezira a Sulaka Geziræ Metropolita consecratus, vir doctus fuit Chaldaicis, Arabicisque literis ornatus post necem Sulakæ a Catholicis in Patriarcham electus an. MDLV. Romam petiit, ut antecessoris sui exemplo confirmationem a Summo Pontifice postularet, quam die 7. Martii an. Ch. MDLXII. emissa fidei professione a Pio IV. obtinuit (1). De multis

„ bus suis iniquitatis administris, „ spirantibus mortem, & cædem, „ ut eum laqueo strangularent; „ cum interim in aurem servis „ suis insusurrasset, ut negotium „ clanculum peragerent, utque „ spargerent in vulgus, illum „ ipsis dormientibus fuga elapsum fuisse. Et juxta Prætoris „ mandatum clandestina ipsum „ nece sustulerunt, & in desertis „ montibus peremerunt, demissumque in vorticosum locum, „ in profluentem vinctum projecerunt. „

(1) Pontifici oblatus Abdjesus (ita Panvinius in Vita Pii IV,) ei perpetuam obedientiam promisit, & per Interpretem, S. R. E. fidem professus est, cujus Syngrapha in Concilii Tridentini Sess 22. lecta hujusmodi fuit " Confessus sum „ puro corde, & fide non ficta „ coram Rmis DD. Michaele tit. „ S. Sabinæ Alexandrino, & M. Antonio tit. S. Marcelli Amulio S. „ R. E. Presbyteris Cardinalibus, „ in hanc formam. Ego Abdiesu „ filius Joannis de Domo Marcia „ (In Professione Syriaca legitur „ *de Domo Maronis*) ex Civitate „ Gezira (*Gozarta*) in Tigridi flumine, olim Monachus S. Antonii „ Monasterii SS. Rochæ (in Professione Syriaca legitur: *Ex Cœnobio SS. Mar Achæ, & Mar Joannis*) & Joannis fratrum, electus „ Primas, sive Patriarcha Civitatis Muzale in Assyria Orientali, „ juro, quod ita credo, & ore „ confiteor S. R. E. fidem, approbatis omnibus & singulis illis, „ quæ approbat, & damnatis similiter omnibus, quæ ipsa damnat, amplector, & promitto, „ & omnes fratres meos Metropolitas, sive Episcopos, & Diœcesanos, quovis modo jurisdi- „ ctioni

tis & difficillimis quæstionibus interrogatus ſcite reſpondit. Concilio Tridentino interfuit. Mox in Meſopotamiam regreſſus paucis poſt annis in Monaſterio civitatis Seert deceſſit.

Joſephum Indis Epiſcopum dedit, qui juſſu Pro-Regis Goæ, in urbe Coccino detentus fuit, quod Neſtorianum dogma doceret, aſſerens B. V. Mariam Chriſti, non Dei matrem eſſe. Inde Goam, poſtea Ulyſiponem

„ ctioni meæ ſubjectos, ita tenendum, & credendum eſſe docebo, & modis omnibus, pro quibus potero, perſuadere conabor. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. In quorum fidem, hanc meam fidei profeſſionem, & atteſtationem manu mea ſcripſi &c. Actum Romæ die 7. Martii 1562. De multis, & difficillimis quæſtionibus interrogatus ſcitè reſpondit. Cunctos V. & N. T. libros, antiquos Græcos, Latinoſque Patres, quibus nos Catholici utimur, Chaldaica, Aſſyriaca, & Arabica lingua verſos, & alios nobis ignotos, quos memoriter tenebat, ſe legiſſe dixit. Cunctos fere S. R. E. Ritus, & Sacramenta apud ſuos ſervari docebat. Ut Concilii Tridentini decreta ad ſe mitterentur, rogavit. Fidem Chriſti ab Apoſtolis Thoma, Thaddæo, ipſorumque diſcipulo Marco (Mari) majores ſuos accepiſſe & hodie retinere profeſſus eſt. Redeuntem in Patriam Pontifex, auctore M. Antonio Amulio Cardinale, qui eum Romæ agentem fovit, amplis muneribus liberaliter donavit. Eum aliquando per Interpretem allocutus, virum eruditum, & gravem animadverti. Ejus jam ad ſuos reverſi literas Romam vidi. Hæc Panvinius. Cui conſonant Card. Amulius in epiſt. ad Conc. Trid. apud Raynald. ad ann 1562. Leonardus Abel apud Myræum citatum; Genebrar. in Chron. lib. 4. & Ciacconius in Vitis Pontificum. Ejuſdem geſta proſequitur Petrus Strozza in Præfatione ad Diſputationem de Dogmatibus Chaldæorum, ubi inter cætera ſcribit „ Ejus autem effigies depicta conſpicitur in Aula Regia Palatii Vaticani inter Cardinales, cæteroſque Prælatos Alex. III aſſiſtentes, Imperatorem Fridericum pœnitentem Venetiis recipienti. Plurimum quidem profecit Abdieſu, multos ex Neſtorianis ad Eccleſiam Catholicam convertit, acceptamque ab Apoſtolica Sede auctoritatem valde propagavit; quam ejus Succeſſores poſtea conſervare ſibi aut neſcierunt, aut non potuerunt. „

ponem missus, cum in gratiam Reginæ Catharinæ, & Infantis D. Mariæ, quæ defuncto Joanne III. Rege regnum Lusitaniæ administrâbat, sese callide insinuasset, Malabariam repetit. Intérim cum Joseph ab India deesset, Malabares Chaldæi a Patriarcha suo Episcopum alterum postularunt, qui Abrahamum quendam ipsis ordinavit. Hic dissimulato habitu in Malabariam contendit, ibique Pontificalia munia omnia occultè exercebat. Quod ubi Joseph ex Lusitania regressus didicit, exturbandum Abrahamum curavit. Hinc ortum inter Malabares dissidium, aliis Josephi partes, aliis Abrahami tutantibus. Abrahamus ex Malabaria ejectus, navibusque Lusitanorum impositus, ut Romam dicturus caussam, concederet, cum in Mozambique naves reficerentur, fugam arripuit: & Melindam primùm, deinde Ormus, postremò Babyloniam contendit. Ex Babylonia in urbem, literis Patriarchæ munitus, migravit, ubi ejuratis Nestorianis erroribus, a S. Pio V. exceptus, inque Indiam remissus fuit (1).

Anno

(1) Exstat in Bibliotheca Vaticana Cod. Syr. Vatic. 14. Epitome Canonum Synodalium Ebedjesu Sobensis a memorato Josepho Episcopo exarata in *Basain* Indiæ civitate feria 5. die 17. Decembris an. Chr. MDLVI. *Basain*, in epigraphe adjecta & manu Josephi scripta, distare dicitur a Goa 60. leucis, ibi S Francisco addictæ dicuntur septem Ædes, seu Conventus, in quibus commorantur 100. ferè Cœnobitæ. Est & alia Ecclesia S. Mariæ appellata, & aliud Cœnobium magnificentissimum, quod Sancti Pauli dicitur. Item aliud Cœnobium S. Sebastiani, & alia Ecclesia, Misericordiæ, & Gratiæ appellata. Metropolis Indicæ regionis est Goa, in qua residet Supremus Præfectus Regis Portugalliæ &c. Ejusdem Josephi Episcopi altera epigraphe ad calcem Pontificalis Chaldæorum, quæ repræsentat carmina Ebedjesu Patriarchæ de electione, ac morte Joannis Sulakæ prædecessoris sui: exarata est feria 4. die 8. Julii an. Chr. MDLVI. in urbe Masambich, vulgò Mozambique apud Æthio-

Anno Chr. MDLXVII. die 15. Januarii Pius V. apud quem Josephi errores delati fuerant, Archiepiscopo Goæ mandat, ut in hominis mores, fidemque inquireret, reum deprehensum in urbem mitteret. Inquisitione facta, Joseph Cocino in Lusitaniam, inde Romam an. MDLXVIII. mittitur, ubi dies clausit. Interim Abraham Pontificio diplomate munitus, ubi Goam pervenit, statim in Conventum Dominicanorum detruditur, ut qui Summo Pontifici imposuisset, ab eoque Breve Apostolicum malis artibus extorsisset. Sed e custodia elapsus, vacuum ob memoratam Josephi relegationem Episcopatum in Malabaria repetiit. An. MDLXVIII. Gregorius XIII. Archiepiscopo Goæ de corrupta Abrahami doctrina expostulanti rescripsit, ut, dum is Catholicam fidem profiteretur, doceretque, pro Episcopo illius regionis Chaldæorum haberetur, & ad Provinciales etiam Synodos, quas Goæ celebrari contingeret, unacum Latinis Episcopis admitteretur. Interfuit igitur 3. Synodo a Vincentio Fonseca Archiepiscopo Goæ celebratæ, ubi Nestorianos errores palam damnavit. Ita

Æthiopiam. Ex binis hisce inscriptionibus colligit Asseman. *tom.* 4. *pag.* 166. quod Joseph ineunte an. Chr. MDLV. ab Ebedjesu Patriarcha Episcopus creatus fuerit, antequam is Romam ad petendam confirmationem Patriarchatus accessisset, eodemque anno in Indiam missus: anno vero sequenti in Lusitaniam relegatus, eodemque in Malabariam regressus, in Mazambich quidem Pontificalem librum, subjuncta Sulaki historia, *scripsisse; in Basain* verò, Epitomen Canonum Synodalium Sobensis. Quos verò (sic pergit Assem. cit.) in memorata Sulakæ historia descriptos errores *tom.* 1. *pag.* 540. notavi, palam faciunt, eundem Josephum verbotenus orthodoxum fuisse, revera ipsa Nestorianæ hæreseos tenacissimum propugnatorem. Idem de Abrahamo ejus æmulo, ex Antonio Govvea Augustiniano notat *Crozius* hist. Christian. Indiæ *lib.* 1. *pag.* 61.

Ita Abraham Lusitanos sibi benevolos reddere satagebat. Verùm Malabares Nestorianos suos offendit, qui missa ad Patriarcham Babylonicum legatione, alium Episcopum, Simeonem nomine, impetrarunt. Hunc ut Abraham ex Malabaria ejiceret, nihil intentatum reliquit. Demum Fratrum Minorum consilio Simeon Romam petiit, ubi Xysti V. jussu in Monasterium quoddam detrusus est, ut Catholicam fidem edoceretur, cum illum sacris ordinibus omnibus carere declaratum esset. Antequam verô ex Malabaria Simeon discessisset, Jacobum Cassanarem suum Vicarium constituerat. Malabares iterum in duas factiones divisi; alii siquidem Abrahamo parebant, alii Jacobo, Simonis, ut ajebant, Vicario. Anno Chr. MDXC. Matthæus Goæ Archiepiscopus 4. Synodum celebravit, cui Abraham Chaldæorum Episcopus vocatus adesse recusavit. Quare Clemens VIII. an. MDXCV. scripsit ad Alexium Menesium Goæ Archiepiscopum, Matthæi successorem, ut in hominem inquireret. Facta inquisitione, deprehensus fuit hæreticus. Sed cum in urbe Angamalensi senio morboque confectus decumberet, Goam nequaquam pertractus fuit, sed publicata in eum, inque Jacobum Cassanarem Simeonis Vicarium anathematis sententia: obiit an. Chr. MDXCVII. Abraham Nestorianis erroribus pertinacissimè obfirmatus cum Ecclesiam Malabaricam Georgio Archidiacono commendasset. Anno ante obierat Jacobus Cassanares Simeonis Vicarius. Simeon verò ex Urbe jussu Xysti V. in Lusitaniam missus, Ulysipone in Conventu Fratrum Minorum detentus fuit, donec vitam finivit. Nonnullas ejus epistolas ad Malabares transmissas Archiepiscopus Goæ deprehendit, in quibus Nestorianos errores propugnabat.

 Anno

Anno MDXCIX. Alexius Menesius Archiepiscopus una cum Patribus Soc. J. Malabariam visitavit, Synodum Diamperiensem habuit, Liturgiam, aliosque Chaldæorum libros ab erroribus purgavit: Georgium Archidiaconum, aliosque sive Presbyteros, sive nobiles viros Chaldæos Nestorianæ hæresi abrenuntiare coegit, ac præcipuè Babyloniæ Patriarcham anathematizare, Romano autem Pontifici Christi Vicario, & Ecclesiæ Capiti obedire, nullumque Episcopum, nisi a Romana Sede destinatum recipere. Vid. Acta Synodi Diamper. Post eam Malabarum reconcliationem Franciscus Roz Soc. J. a Summo Pontifice Archiepiscopus eorum creatus præfuit ad an. Chr. MDCXVII. Successit Stephanus Britto Soc. J., qui decessit MDCXLI. cum Coadjutor ipsi in Episcopatu Franciscus Garzia an. MDCXXXIV. datus fuisset. Obiit Garzia Cocini an. MDCLIX. Quo Episcopo Malabares an. MDCLIII. facta conspiratione, cum Latino Antistiti subesse detrectarent, Thomam Archidiaconum sui Chaldaici ritus Episcopum declararunt. An. MDCLVI. Carmelitæ Discalceati in Malabariam missi, primusque ex eorum familia, exeunte ann. MDCLIX. Episcopus creatus Joseph a S. Maria, dictus Episcopus Hierapolis, & Administer Apostolicus. Sed satis de Indis diximus.

Scripsit Abdiesu quædam (1).

XCIII.

(1) Abdjesu, qui tamen perperam a quibusdam confunditur cum Ebedjesu Sobensi, de quo supra, scripta recenset Assemanus *Biblioth. tom.* 1. *pag.* 539., ac primum occurrunt de Joanne Sulaka tria Carmina. Primum heptasyllabum de ejus profectione in Urbem, atque in Patriarcham Chaldæorum inauguratione. Alterum item heptasyllabum, de ejusdem Sulakæ reditu ex Urbe in Assyriam, deque ejus obitu, instigatione, & fraudibus Bar Mamæ Ne-

XCIII. AHATALLAHA, seu JABALLAHA.

HIC ejusdem Ordinis Monachus Ebedjesum excepit, non habuit tamen Confirmationem Apostolicam, quod eam Romæ non postulasset. Rexit Catholicos Chaldæos consilio & auctoritate Hermetis, sive Hormisdæ Eliæ Archiepiscopi, qui Sulakæ olim discipulus fuerat, & post Magistri necem in Malabaricas regiones profectus, inde sub Ahatalla in Mesopotamiam redierat. Obiit Ahatalla circa an. Chr. MDLXXX. Asseman. *tom.* 3. *pag.* 621.

Nestorianorum Patriarchæ. Tertium versibus heptasyllabis, & pentasyllabis, epitaphium ejusdem Sulakæ. Exstant in tribus Codd. Syriacis, nimirum in Vaticano 27 Amid. 9. 13. quorum hic quidem recens exaratus est a Josepho I. Chaldæorum Patriarcha an. MDCCI. Alter an. Ch. MDCIII. Primus verò an. Chr. MDLVI. *Vid. Asseman. cit.* II. Occurrit Carmen de laudibus R. P. dodecasyllabum ordine Alphabetico. Prodiit Syriacè, & Latine ex interpretatione Isaaci Sciadrensis Maronitæ apud Petrum *Strozza pag.* 62. Synodalium Chaldæorum. Exstat in Ms. Cod. Collegii Urbani de Propaganda Fide, qui olim ad Ravennatense Maronitarum Collegium pertinuerat, uti initio adnotatur. III. Professio fidei, manu ipsius Abdjesu exarata an. MDLXII., quæ consonat cum Professione fidei a Pio IV. vulgata, quam Syriace quidem reddere curavit, sed parum feliciter; vel enim Latinas voces Syrus homo non intellexit, aut Syriacis vocabulis ad explicandas res fidei aptis parum instructus erat. Nec sane meliora Sergius Risius Archiepiscopus Damascenus in ea professione fidei, quam an. MDCXXXIII. e Latino in Syriacum transtulit, in Ms. Cod. Biblioth. Collegii Urbani de Propaganda Fide. Sed omnium ineptissime fidem suam Syro sermone expressit Melchisedech Presbyter ex Hasan-Cepha Mesopotamiæ oppido, qui nec Grammaticæ Syriacæ regulas callebat. Exstat in laudato Cod. Vatic. Arab 150. propria ejusdem Melchisedech manu exarata Romæ sub Clemente VIII. an. Ch. MDXCVIII.

XCIV. SIMEON DENHA.

HIC olim Archiepiſcopus Gelu, Seert, & Salmaſæ, cum ab Eliæ Neſtoriani Patriarchæ obedientia una cum ſuis ſubditis, qui in finibus Perſarum ſub ditione Zeinalbach degebat, diſceſſiſſet, opera & ſtudio Hermetis Eliæ Chaldæis Orthodoxis ſub Ahatalluha Patriarcha ſeſe adjunxit. Ahatalla autem defuncto in Patriarcham electus a Prælatis Nationis Chaldæorum, ſub Gregorio XIII. eundem Hermetem Eliam Archiepiſcopum Procuratorem ſuum Romam miſit, qui cum nomine Patriarchæ ſui obedientiam Sedi Apoſtolicæ præſtitiſſet, confirmatione cum Pallio Patriarchali nomine præfati Simeonis Denha obtenta, ex Urbe diſceſſit an. MDLXXXII. (1) Sedem fixit Simeon Denha in Ormia (2) Perſidis civitate, ubi ejus ſucceſſores aſſumpto

(1) Pluribus ſcilicet (uti ſcribit Leonardus Abel) menſibus Hermes in ſanctæ fidei dogmatibus eruditus, & de obedientia S. R. E. præſtanda certior factus, Roma diſceſſit an. MDLXXXII. Bullas Apoſtolicas, Pallium Patriarchale, multa inſuper ornamenta a Sede Apoſtolica Patriarchæ ſuo collata deferens; admonitus etiam de omni eo, quod ſibi penes eundem Patriarcham, nationeſque illas exequendum foret.

(2) Hic, ſcribente Strozza in cit. Præfat., nec ætate, neque doctrina idoneus tanto muneri, tempore, quo Epiſcopus Sidonien. Leonardus Abel in Orientem profectus eſt Nuncius Apoſtolicus, relicto Charemed Amida urbe, ubi alii Patriarchæ Orientalium Aſsyriorum reſederant, in Provincia Zeinalbech ſeceſserat ad fines Perſidis, poteutiæ cedens Patriarchæ Babylonis. Quo loco etiam hodie (hoc eſt an. MDCXVII. quo Strozza ſcribebat) manet ejus ſucceſsor, Simeon quoque & ipſe vocatus; exiſtimatione, ac numero ſubjectorum, ut accepimus, prædeceſſoribus longe inferior. Itaut Patriarchæ Babylonis ſtatus nunc videatur in priſtinum reſtitutus, æmulo ſponte ſua quaſi in exilium relegato. Igitur qui modo Sedem Babylonis obtinet Chaldæorum Patriarcha multò minus, quam prædeceſsores ſui domeſtico

pto Simeonis nomine commorari usque in præsentem diem consueverunt.

XCV. SIMEON.

SUccessit priori Simeoni circa an. Chr. MDC. Hic professionem fidei Romam misit die 28. Julii MDCXIX. in Monasterio Cananes, qui locus erat ditionis Zachariæ Abach Curdorum principis, exaratam: in qua ait, se Amidam una cum P. Thoma Novariensi Ord. S. Francisci Religioso Viro petere decrevisse, ut cum eodem Alepum proximo mense Martio migraret, & inde Romam proficisceretur. Asseman. *tom. 3. pag.* 722. Vivebat autem an. Chr. MDCXVII. uti supra notavi ex Strozza.

XCVI. SIMEON.

ALius ejusd. factionis Patriarcha an. Gr. MDCCCCXCIV. Chr. MDCLIII. scripsit epistolam ad Innocentium X. datam die 29. Junii apud Ecclesiam S. Georgii in urbe Husarba regionis Salmas, in qua fidem suam exponens, hæc habet " Pax divina, charitas Domini, Christia-
„ nus honor ex ore D: Simeonis Catholici Patriarchæ
„ Chaldæorum, ad Patrem Patrum, Pastorem Pasto-
„ rum, nectentem Diademata, ungentem Pontifices,
„ S. Papam Innocentium, Caput totius Christianita-
„ tis... nec exiguus est numerus Chaldæorum D. Si-
„ meonis, qui degunt in regionibus sequentibus, nem-
„ pe, *Gulmar*, *Barur*, *Gur*, *Galu*, *Baz*, *Dasen*, *Tachuma*,

co dissidio laborat; subjectamque ejus obedientiæ nationem pacificè gubernat: Metropolitis, & Episcopis, Cleroque non modo obtemperantibus ei, sed ipsum valdè diligentibus.

„ *chuma*, *Jatira*, *Valta*: *Taiig*, *Batnura*, *Luun*, *Nu-*
„ *dis*, *Salmes*, *Albæ*, *Trasaph*, *Van*, *Vasgan*, *Mar-*
„ *ga Amid*, *Gulnea*, *Saphtan*, *Targur*, *Vimi*, *Anzel*,
„ *Saldus*, *Asnoch*. In his autem regionibus 40. fami-
„ liarum millia sunt, omnes filii cellæ D. Simeonis.
„ Nos quidem amplectimur, & suscipimus Sedem Pe-
„ tri, & Pauli . . . data est epistola hæc patens die
„ sabati festivitatis Petri, & Pauli, 29. mensis Junii
„ benedicti: an. Græc. MDCXCIV. in regione benedicta
„ Salmes, in urbe Husarba, in umbraculo S. Georgii,
„ cujus preces sint super fideles omnes, Amen. Simeon
„ humilis Patriarcha Chaldæorum: scripsit Ebedjesus
„ filius Petri peccator." Assem. *tom.* 3. *pag.* 722.

XCVII. SIMEON.

Simeon alter vivit hoc tempore, & in finibus Persarum degit, qui & ipse epistolam scripsit ad Summum Pontificem, in qua Primatum illius agnoscit, errores Nestorianos detestatur, fidemque Catholicam Romanæ Ecclesiæ profitetur, ac petit, ut libri Ecclesiastici secundum antiquum Chaldæorum ritum ab Apostolica Sede correcti, & ab erroribus expurgati Romæ edantur, & ad Orientem mittantur. Epistolam in Appendicem conjecimus. Hæc de Patriarchis, qui Simeonis nomen gerunt in finibus Persarum: Nunc ad successores Barmamæ regredior.

XCVIII.

XCVIII. ELIAS.

HIC, a quo ad hunc usque diem nomen Eliæ sumpserunt, Simeonem Bar Mamam excepit an. Chr. MDLIX. Nam in Cod. Amid. 7. *tom.* 1. Biblioth. *pag.* 582. epigraphes legitur, in qua Codex ille exaratus dicitur ab Abdalla Presbytero Assyrio feria 3. die 2. Julii ann. Græc. MDCCCLXXI. in Monasterio S. Phetionis Martyris in regione Mardensi sub Mar Elia Patriarcha Chaldæorum, & Jesujab Metropolita Sobæ Armeniæ, & Mardæ. Obiit an. MDLXXVI. Ab ejus obedientia Simeon Denha Archiepiscopus Gelu, uti supra dictum est, defecit circa an. MDLXXV.

XCIX. *ELIAS.*

HIC cognomini Eliæ successit an. MDLXXVI. Obiit mense Majo an. MDXCI. cum sedisset an. XV. Monachum quendam cum professione sua, literisque ann. Græc. MDCCCXCVII. Chr. MDLXXXVI. Romam misit: sed cum ejus fides (1) Nestorianis erroribus scateret, a

Xysto V.

(1) Ea fides ad sepulchrum ejus, quod in Ecclesia Mosulana, ubi ii Nestorianorum Patriarchæ residere solent, qui Eliæ nomen gerunt, visitur, insculta est, illam ex *tom.* 4. *Biblioth. pag.* 948. recito " In Nomine Patris, & „ Filii, & Spiritus Sancti: ex quo „ ego Mar Elias Orientis Patriarcha factus sum, professus fui „ credere in tres personas, Patrem scilicet, Filium, & Spiritum Sanctum: unum Deum ve„ rum, naturam æternam. Item „ credidi in Filium Dei D. N. J. C., „ per unionem Deum perfectum, „ & hominem perfectum: duas „ naturas, duasque hypostases in „ uno prosopo, & una dominatione, & una voluntate; qui „ passus est, crucifixus, & sepultus, & resurrexit tertia die, „ sicut scriptum est, & ascendit „ in Cælum ad Patrem suum. Et „ Crucem ejus vivam, & vivificam adoravi: Corpus quoque „ ejus

Xyſto V. rejecta fuit, nec is ad Eccleſiæ Romanæ communionem admiſſus. Aſſeman. *tom.* 4. *pag.* 166.

Vivebat dum Leonardus Abel Epiſcopus Sidonienſis Gregorii XIII. juſſu in Ægypto, Syria, atque Meſopotamia Patriarchas Melchitarum, Coptorum, Jacobitarum, & Neſtorianorum viſitavit.

C. ELIAS.

HIC an. MDXCI. in Patriarcham electus deceſſit, & migravit ex hoc ſæculo feria 2. die 26. menſis Jar an. Græc. MDCCCCXXVIII. Chr. MDCXVII. Sedem rexit an. XXVI. uti ex ſepulchrali Moſulana inſcriptione patet [1). Hic a Paulo V. ad orthodoxam fidem invitatus, eandem cum *Epiſcopis ſuis* ſuſcepit (2). Legatos itaque

„ ejus, & Sanguinem accepi, ſperans me remiſſionem peccatorum meorum conſecuturum fore. Cum verò navis corporis ad portum ſepulchri appulit, migravi ex hoc ſæculo nutu Altiſſimi. „ Sequitur nota temporis obitus hiſce verbis inſculpta " Deceſſit Mar Elias, & „ migravit ex hoc ſæculo menſe „ Jar (Majo) an. Græc. MDCCCCII. „ (Chr MDXCI.) Sedem rexit an„ nos XV. „

(2) Inſcriptio ſic habet " Deceſſit Mar Elias, & migravit „ ex hoc ſæculo feria 2., die 26. „ menſis Jar an. Gr. MDCCCCXXVIII. „ (Cht. MDCXVII.) Sedem rexit an„ nos XXVI. „

(2) Contigit, ita converſionis ejus cauſam narrat Stroza cit.; ut inter eos pauperes, quibus anno primo ſui Pontificatus Sanctiſſimus D. N. Paulus V. ſolemni ritu pedes lavit quinta feria majoris Hebdomadæ, duo reperirentur Chaldæi, unus Monachus, alter Laicus, qui SS. Apoſtolorum limina viſitaturi, paulò ante Romam venerant. Hi poſtea domum reverſi, cum renunciaſſent Eliæ Babylonis Patriarchæ, cujus obedientiæ ſubjacebant, quanta paterni amoris ſignificatione eos Summus Pontifex excepiſſet, ejuſque nomine nonnulla munera illi attuliſſent, & libellum reddidiſſent profeſſionis fidei, quæ Orientalibus ad Urbem venientibus credenda, confitendaque proponitur;

itaque ad Paulum V. an. MDCVII. misit; iterumque an. MDCX. Adam Archimandritam cum literis, fideique professione allegavit, ut in communionem Sedis Apostolicæ

Gg ad-

tur; ipse tanta in se, suosque commotus caritate, quamprimum Legatos ad Summum Pontificem decrevit, qui ei gratias agerent, utque communem Patrem, ac Dominum agnoscerent, & illius obedientiæ subjectum se esse significarent &c. Legati statim atque iter ingressi sunt, in latrones inciderunt, itaque alios decernere oportuit. Multis & hi quoque calamitatibus afflicti, etsi Romam pervenerint, nihil egerunt, imo Legationem suam suspectam reddiderunt. Perterriti enim, quia audivissent, quam execrabile esset, & quam odiosum apud nos Nestorii nomen; ut Nestorianæ hæresis invidiam declinarent, nonnullas abstulerunt paginas ex libris, quos ad recognoscendam doctrinam fidei, quam profitentur, & Ecclesiasticos eorum ritus, obtulerant; ita persuasi a subdolo quodam interprete Neophito, ante Hebræo. Propterea dimissi re infecta abierunt. Quod cum in eorum reditu Patriarcha postea intellexisset, & ex his, quæ Legatis in Urbe acciderant, cognovisset, negotium imprudentia eorum perturbatum, inversumque fuisse; statuit, inito cum Episcopis suis consilio, denuò Legatum mittere, qui non tantum officia obedientiæ, ac observantiæ Summo Pontifici debita præstaret; sed rationem fidei, quam Chaldæi profitentur, redderet, ac si error aliquis in eorum professione reperiretur, correctionem humiliter ab eo postularet. Legatio demandatur Adæ Archidiacono Cameræ Patriarchalis, Monachorum Chaldæorum Archimandritæ, viro docto, & prudenti. Is ad urbem an. 3. a discessu priorum Legatorum venit, Smo D. N. literas Patriarchæ sui reddidit; & cum illis fidei professionem, atque commentarium *a se jussu Patriarchæ sui compositum* de conciliatione dogmatum Chaldæorum cum fide Catholica: postulavitque summa animi demissione, ut cuncta diligenter examinarentur, expenderenturque, & pro necessitate saluti eorum consuleretur. Eadem Elias in epistola, quam ad Paulum V. an. MDCX. dedit apud eundem Strozza, in qua alloquitur Pontificem sic " Etenim, o
" Pater, ecce fides mea pervenit
" ad Tuam Sanctitatem cum epi-
" stolis, & videas, si est dolus in
" professione nostra, aut est er-
" ror, aut recessio quædam a
" matre nostra Ecclesia Romana:
" admone, & faciemus; doce,
" & obediemus." Admonuit errantem Patriarcham Pontifex, docuitque quantum a Catholica veritate distaret, tametsi ab ea se numquam discessisse is jactabat, affirmabatque discrimen

Chal-

admitteretur ; an. MDCXVI. Amidæ Synodum habuit, in qua Diodori, Theodori, ac Nestorii errores abjuravit (1).

Gesta autem Synodi Amidensis ita repræsentat Strozza in Præfatione ad Synodalia Chaldæorum " Convocaverat Elias Patriarcha Babylonis, statim ac Archidiachonus, quem legavit ad S. D. N. Paulum Papam V. reversus fuit, Archiepiscopos, quorum consilio decrevit Legationem, ut responsum, quod ad omnes pertineret, communiter reciperetur: & si quid ulterius necessarium esset, omnes pariter communicatis sententiis, conjunctisque animis, atque studiis exequerentur. Locum Synodo opportunum statuit civitatem Amed, in media ferè Mesopotamia: Tempus Sanctissimos Natalis Domini dies. Sed convenire ante Calendas Martias non potuerunt. Nam cum Patriarcha accersivisset Custodem Monasterii Franciscano- „ rum

Chaldæos inter & Ecclesiam Romanam in verbis tantummodo consistere, non in sensu verborum. Vid. epistolam datam a Paulo V. VIII. Kal Apr. MDCXIV. Cui adjunxit Pontifex in Chaldaicum idioma conversa nonnulla monumenta, de quibus mox. His & sacra munera adjunxit, quæ ad eumdem Eliam cum Adam ipsius Archidiacono misit " Particulam, scilicet, salutiferi Ligni Sanctissimæ Crucis D. N., inclusam parva Cruce aurea, ornata lapidibus coloris cælestis, in majoris Crucis formam, atque librum SS. Evangeliorum, Arabico idiomate typis excusum, & cum his argenteum calicem, & patenam, atque thiaram, ac vestes Pontificales pro solemni celebratione incruenti Sacrificii, divinorumque officiorum: necnon duos alios libros iisdem caracteribus Arabicis impressos, utiles ad medicinæ corporalis doctrinam, & ad intellectus acumen augendum. „

(1) Reversus ex Urbe in Assyriam Legatus, apud Eliam egit, ut Synodus Amidæ convocaretur, in qua Pauli V. epistola, instructio de fide, & libellus de erroribus Nestorianorum detestandis legerentur, & Patriarchæ ipsius, atque Episcoporum subscriptionibus firmarentur.

„ rum Alepi, Fr. Thomam Novarienſem, ut conventui
„ intereſſet, pro duobus Religioſis Viris, qui hac de
„ cauſa dati fuerant Legato comites in ejus ab urbe
„ diſceſſu, confirmaturi poſtmodum certo teſtimonio
„ apud S. Apoſtolicam Sedem, quæ acta fuiſſent; ipſe
„ ad eos proficiſci diu renuerat. Verebatur enim, ne
„ temere, imprudenterque feciſſe videretur, ſi alieno ſe
„ immiſcuiſſet negotio. Propterea Alepo antea egredi
„ nolebat, quam intellexiſſet S.P. voluntatem: cui Pa-
„ triarcha in ipſo Legati reditu, ſuum hoc deſiderium
„ per literas ſignificaverat; ac ſimul quid eum impu-
„ lerat, ut hoc poſtularet. At urgente acrius ſemper
„ Patriarcha, Cuſtos denique obſequi coactus eſt. Ete-
„ nim, niſi ad eos properaſſet, conteſtabantur Archiepi-
„ ſcopi, ſe ad proprias Eccleſias redituros, atque re
„ infecta Apoſtolicum Breve obſignatum adhuc ad Sum-
„ mum Pontificem remiſſuros. Igitur Calendis Martii
„ MDCXVI. omnes Amed convenere. Incohatur ſequenti
„ die Synodus, continuaturque quotidie uſque ad VII.
„ Kal. April. hac ratione, ut ſingulis diebus poſtquam
„ primo conventu lecta fuerunt, quæ ſcripſit ad eos
„ Summus Pontifex, & quæ de erroribus Neſtorii,
„ Theodori, ac Macharii, ex actis Conciliorum mi-
„ ſit; mane poſt conſuetam orationem diſputaretur in
„ Eccleſia occluſis januis, de unico capite ex contro-
„ verſis: veſperi autem ad orationem reverſi, unuſ-
„ quiſque ſententiam diceret. Recognita eodem quo-
„ que pacto fuerunt omnia de fide a Legato ſcripta
„ Romæ. Cunctis demùm ſedulò, & accuratè expen-
„ ſis examinatiſque, reſcribunt ad Summum Pontificem,
„ ſeque ejus dicta audientes profitentur, rejicientes

„ omnia Catholicæ & Apoſtolicæ ejus doctrinæ con-
„ traria, a qua ſe numquam diſceſſiſſe, quantum ad
„ voluntatem conantur oſtendere. Literas, Cuſtode Ale-
„ pi præſente, obſignant, eique tradunt. Is Alepum
„ reverſus diligenter quæcumque acceperat, curavit ad
„ Sanctiſſimum Dominum perferenda. Ea nos modo
„ edimus ex Chaldaico in Latinum ſermonem conver-
„ ſa a pio, & erudito viro Iſaac Sciadrenſe Maronita
„ in Sacra Theologia Magiſtro, Collegii ejuſdem Na-
„ tionis Alumno: qui una itidem cum Joanne Heſro-
„ nita, genere, doctrina, & educatione æquali, Apo-
„ ſtolicum Breve, cæteraque illi adjuncta antea tranſ-
„ tulerat.„ Illa autem, quæ mandaverat Paulus V. in Chaldæum idioma fideliter verti, & ad Eliam tranſmitti, ſunt, Catalogus blaſphemiarum Neſtorii, ut in Concilio coram Patribus recitatæ fuerunt, in 2. parte Epheſ. Synod. Act. 1. Epiſtola a S. Cyrillo, & Synodo Alexandrina ad Neſtorium ſcripta, qua fraternè illum erroris ſui admonent: atque 12. Capitibus, quid de ineffabili myſterio Incarnationis tenendum Catholicè ſit. Synodalis ſententia, qua Neſtorius damnatus eſt. Acta quintæ Synodi, in qua Theodori Mopſueſteni dogmata recitantur, diligenterque examinata, ac demum damnata, & anathematizata fuerunt. Decretum VI. Synodi, quo SS. PP. act. 18. definierunt, eadem ratione confitendum duas in Chriſto eſſe voluntates, atque operationes, qua credimus duas ejus eſſe naturas in una ſubſiſtentia, & perſona: nec ulli licere aliam fidem profiteri, aut docere. Poſtremò decretum Unionis ab Eugenio IV. in Synodo Florentina factum (1).

CI.

(1) Extant hujus Eliæ epiſtolæ ad Paulum V. e Syriaco in Latinum

num conversæ ab Isaac Sciadrensi, & Joanne Hesronita Maronitis, apud Petrum Strozza in disputatione de Dogmatibus Chaldæorum, & in Synodalibus Chaldæorum, nimirum, epistola scripta an. Chr. MDCX. ubi Primatum Romanæ Ecclesiæ agnoscit, seque Summo Pontifici subjectum esse fatetur; Suos vero Chaldæos, tamquam hæreticos a Latinis in Oriente tractari conqueritur, eosdemque in Palæstina Latinis subjectos esse decernit.

Professio fidei ad eundem Paulum V. cum Adam Archimandrita tranimissa

Epistola ad d.Paulum V.præfixa Commentario, quem Adam Archimandrita de conciliatione fidei Chaldæorum cum fide S. R. E. scripsit. Exstat apud Strozzam p. 15.

Epistola Synodica ejusdem Eliæ, & Archiep. Caldæor. ad Paulum V. dat. die. 8. Martii an. Chr. MDCXVI. cui subscribunt Elias Patriarcha, Gabriel Archiepiscopus Hasancephæ, Elias Archiepiscopus Seert, Joseph Archiepiscopus Insulæ, Timothæus Archiepiscopus Hierusalem, & Amed, scilicet Adam, qui reversus ex sua Legatione sub nomine Timothæi ab Elia Archiepiscopus fuerat ordinatus; Abraham Episcopus ditionis Persarum; Joannes Jesu Archiepiscopus loci Van. Ejuratis erroribus Nestorii, ac Theodori, doctrinam Ecclesiæ Romanæ recipiunt. Chaldæos Hierosolymis commorantes, & in Indiis, & harum literarum interpretes Maronitas Summo Pontifici commendant.

Epistola Synodica ejusdem Eliæ, & Episcoporum Chaldæorum ad Paulum V. dat. Amidæ die 9. Martii MDCXVI. In qua approbant, quæ Adam Legatus scripserat de fide Catholica in ejus ab Urbe discessu. Vid. Asseman *tom.* I. *cap.* 50.

Floruit hisce temporibus Adam Archimandrita Monachorum Chaldæorum, Eliæ Archidiaconus, & ad Paulum V. Legatus: hic postquam Nestorianum errorem, & suo, & Patriarchæ sui nomine ejuravit Romæ, in Assyriam reversus, Amidæ Archiepiscopus ab eodem Patriarcha, sub nomine Timothei, instituitur, cedente ipsi Sedem suam Elia ejus urbis Antistite, qui ad Ecclesiam Seert translatus fuit. Postea adjuncta eidem fuit *Hierosolymorum* Sedes, ut scilicet Chaldæos ibidem commorantes Archiepiscopus pasceret: pessimo (sic Asseman. *tom.* I. *cap.* 51.) Nestorianorum, & Jacobitarum exemplo, qui plures easque procul positas Ecclesias uni Antistiti commendant, & Hierosolymitanam Sedem, quæ Patriarchalis est, Archiepiscopali dumtaxat honore dignantur. Scripsit tres de fide sermones, primum ex mente Nestorianorum, cum ipse Nestoriana hæresi adhuc implicitus esset. Titulus " Sermo „ de fide Domini Papæ Romæ ma„ gnæ, & Domini Eliæ Patriarchæ „ Orientis, habitus a Patre Adam „ Abate Monachorum Orientis „ In proæmium ad Eliam Patriarcham, & cap. 7. divisus, in quibus ostendere conatur, Chaldæos Nestorianos verbotenus a Romana fide distare, dum ajunt, Mariam Christiparam, duas in Christo

CI. ELIAS, qui & SIMEON.

HIC an. MDCXVII. Patriarchatum iniit. Decessit die XVIII. Junii an. MDCLX. cum annos XLIII. sedisset; uti ex sepulchrali inscriptione apud Assemanum *tom.* 4. pa-

sto personas, & unum parsopam seu prosopon, unam voluntatem, & unam operationem, Spiritum Sanctum ex Patre procedere &c. Alter sermo inscribitur " Sermo „ Adæ Archidiaconi Cameræ Pa- „ triarchalis Babylonis de fide „ Catholica ad fratres suos Chal- „ dæos „ Proæmium, in quo agit de Primatu S Apostolicæ Sedis, & de præeminentia auctoritatis, & doctrinæ Summi Pontificis; & capita sex: De Unitate divinæ essentiæ, Trinitate personarum; Generatione æterna Verbi & Deo Patre, de secunda generatione Verbi æterni, qui incarnatus est, & natus est iterum cum carne, de distinctione recta personæ, de duabus voluntatibus, & operationibus Christi. Opus ex sententia Catholicorum conscriptum postquam Romæ fidem orthodoxam edoctus fuit; unde & ab Elia ejusque Archiepiscopis in Synodo Amidensi recognitum, & approbatum die 9, Martii 1616., & ad Paulum V. tamquam fidei suæ tesseram transmissum: sicut & tertius Sermo inscriptus " Con- „ tra hæreses dissentientes a ve- „ ritate Ecclesiæ Catholicæ Ro- „ manæ „ Ubi Nestorii, ac præcipuè Theodori Mopsuesteni errores recenset, & impugnat. Vid. Asseman cit., & Strozza in Synodalibus Chaldæorum.

Claruit præterea Gabriel Hasancephæ Archiepiscopus, qui una cum Elia plurimum studii contulit, ut nationem suam cum S. Romana Ecclesia conciliaret. Quamobrem Legationem ad Paulum V. communibus suffragiis decernunt, traditamque ab eodem Pontifice fidem in Synodo Amid. an. 1616. ejuratis Nestorianis erroribus amplectuntur. Scripsit post absolutam Synodum Carmina duo in laudem Pauli V., quæ interprete Isaac Sciadrensi Syriacè, & Latinè prodierunt apud Strozzam in Synodalibus Chaldæorum *pag.* 54. Ingeniosum utriusque artificium ibi describitur: nimirum, primi carminis versus omnes incipiunt a litera *Scin* in medio tamquam centrum in circulo posita, & in eandem pariter desinunt. Alterum constat quatuor strophis, quarum unaquæque ex sex composita est versibus: itaut primus versus cujusque strophæ, sex contineat voces, quæ postmodum initium præbent sequentibus versibus, eodem plane ordine, quo in primo jacent: præterea unaquæque vox in suo loco principium est versus: sive vocem accipias in primo uniuscujusque stro-

patet (1). Cum plures e ſuis orthodoxam fidem ann. MDCXXIX. ſuſcepiſſent, ipſe communionem Romanæ Eccleſiæ recuſavit. Vicarium ſuum in urbe Moſul conſtituit Jacobum Beniaminum Presbyterum, qui Romæ an. MDCXXXVI. profeſſionem fidei emiſerat, & an. MDCXL. in Moſul obiit. Anno MDCLVII. fidem ſuam, literaſque ad S. C. de Propaganda Fide miſit, quibus rogabat, ut Ritus Chaldæorum immutatus permaneret, utque ſui Eccleſiam Romæ haberent. Anno MDCXXII. Carmelitæ Diſcalceati in Meſopotamiam ad Chaldæos miſſi, Baſſoram præcipuè excolunt. Hinc Sabæos, qui Chriſtiani S. Joannis audiunt, ad fidem Catholicam, opera præſertim Ignatii a Jeſu, ejuſdem familiæ Religioſi Viri, adductos, Goam Indiæ Metropolim transferri ſatagunt. Id factum an. Chr. MDCXXIX. XXXIII & XLVI.

Sub Elia dicto plures Neſtoriani, ut innui, Catholicam doctrinam ſuſceperunt, inter quos Presbyteri, Simeon Eſajæ, & Jacobus Beniamini, de quo ſupra, qui an. MDCXXXI. Romam religionis cauſa petiere. Elias fidem, & literas ad Sacram Congregationem miſit opera ac ſtudio Franciſcanorum, quos Capucinos vocant, qui an. MDCXXXVI. Amidam, Babyloniam, Moſul, aliaſque Meſopotamiæ civitates ſacris miſſionibus illuſtrare cœperunt.

CII.

ſtrophæ verſu, & ab ipſo deorſum per lineam perpendicularem deſcendas: ſive verſus ſeriatim legas: & ambo ſunt ejuſdem ſententiæ, ut patebit exordienti a ſecunda voce ſecundæ ſtrophæ, & ita deinceps in ſequentibus.

(1) Inſcriptio ſepulchralis ſic habet " Deceſſit Mar Elias, & „ migravit ex hoc ſæculo menſe „ Haziran (Junio) Dominica ſe„ cunda Apoſtolorum die XVIII- „ an. Græc. MDCCCCLXXI. (Chriſti „ MDCLX.) Sedem rexit an. XLIII. „

CII. ELIAS, qui & JOANNES.

HIC Marvagii Presbyteri filius an. Chr. MDCLX. in Patriarcham consecratus est, cum annum ætatis XV. ageret. Obiit II. Maji an. MDCC. Patriarchatus anno XL. uti patet ex sepulchrali inscriptione (1).

CIII. ELIAS.

HIC & Marughæus, aliàs Marvagi an. MDCC. Joanni successit. Obiit die XIV. Decembris ann. Chr. MDCCXXII. cum annos circiter XXIII. sedisset, uti ex Inscriptione sepulchrali Mosulana patet (2).

CIV.

(1) " Decessit Mar Elias, & " migravit ex hoc sæculo feria " sexta ante Pentecosten mense " Jar, die XI. an. Græcorum MMXI " (Christi MDCC.) Sedem rexit " an. XL. "

(2) " Decessit Mar Elias, & " migravit ex hoc sæculo die XIV. " Canun prioris (Decembris) an. " Græc. MMXXXIV. (Chr. MDCCXXII.) " Sedem rexit annos XXIII. "

Anno MDCCXVIII. Andras Scandar Cyprius, qui Romæ in Collegio Maronitarum sedulam operam studiis dederat, & in Orientem regressus, Sacerdos Maronitæ ordinatus fuerat, instante Carolo Majelli Vaticanæ Bibliothecæ Præfecto, jussu Clementis XI. in Ægyptum, Arabiam, Syriam, Mesopotamiam, & ultimos Chaldææ, Assyriæque recessus missus fuit ad conquirendos, comparandos, avehendosque Codices, per summos labores, perque præsentissima vitæ discrimina, grassante per Orientem pestilentia, multos Codices Mss. Romam asportavit, quorum Catalogum exhibet Patruus *tom. 2. a pag. 486.* Porrò Andreas in Orientali illo itinere, Mosul divertens, doctum Chaldæum Nestorianum Presbyterum Cheder Hormisdæ filium ad fidem orthodoxam convertit. Cheder Romam dein se contulit, ubi pientissimam vitam transegit, & quo cum familiaritate conjunctus fui a teneris annis, demum diem supremum egit in Collegio Ecclesiastico prope Pontem Sixtum, Congregationem autem de Propaganda Fide hæredem instituit, cui, quosdam Codices manu sua descriptos reliquit. Horum alter fuit Sancti Francisci Salesii introductio ad vitam devotam, quam Arabicè caracteribus Chaldaicis reddiderat; alter verò Lexicon Chal-

CIV. ELIAS.

QUI, & Denha, Marughæo patruo die XXV. Decembris an. MDCCXXII. suffectus est, cum ætatis annum XXII. ageret. Nestorianis præest, etiam modò; anno MDCCXXVIII. (sic Patruus in Bibliotheca.) Porrò anno MDCCLI. uti & sequentibus annis literas pluries ad Summos Pontifices dedit, quibus fidem, & communionem Ecclesiæ Romanæ petiit. A Sacra Congregatione literæ Dogmaticæ ad illum missæ fuere, quas Chaldaicè reddidi jussu Congregationis Præsidis.

Ad hunc Eliam missus fuit Pater Dominicus de Lanze Dominicanus, qui modo S. C. R. Consultor in Urbe moratur; Vir doctus, & Chaldæorum dogmatum peritus.

Ad Summum Pontificem feliciter Regnantem similes epistolas una cum Jesujabo illius Nepote nuperrimè dedit, & professionem etiam fidei Catholicæ manu sua signatam emisit & Ecclesiasticos Libros pro suæ Nationis usu poposcit, quos omnes jussu Superiorum Latinè ad verbum converti ex Mss. Codd. Vaticanis, & Collegii Urbani de Propaganda Fide. Unde spes affulget, ut tandem tota Chaldæorum Natio Ecclesiæ Romanæ sese adjungat: faxit Deus.

Chaldaicum, Syriacum, Arabicum, ac Turcicum duobus tomis in folio ab ipso collectum, & scriptum. Exstant in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide.

CV. JOSEPH I.

QUO tempore Joannes Marvagi, ſeu Elias Neſtorianis in Moſul, & Simeon in Ormia præerant, opera Miſſorum Apoſtolicorum, Epiſcoporumque nonnullorum ejus gentis plures in Provincia Amidenſi ad Catholicam fidem ex hæreſi Neſtoriana tranſierunt: quare Innocentius XI. die xx. Maji an. MDCLXXXI. conſtituit illis novum Parriarcham Catholicum, Joſephum nomine, qui Sedem Amidæ, vulgò Charamit, ſeu Diarbekir, fixit, quique poſt XII. annos eam dignitatem ſpontè abdicavit, Romamque venit: ubi variis manu ſua exaratis Codicibus, potiſſimum Ritualibus, quos Clemens XI. Vaticanæ Bibliothecæ poſtea addixit, ineunte an. MDCCXIII. vita functus eſt (1).

CVI.

(1) In Bibliotheca Vaticana, teſte Patruo *tom.* 1. *Biblioth. pag.* 583. 584. ſequentes Codices manu Joſephi I. Patriarchæ exarati proſtant.

I. In 4. bombyc. pag. 110. in quo continentur.

Ordo Sponſalium juxta ritum Chaldæorum.

Benedictio Sponſi, & Sponſæ, & thalami nuptialis.

Ordo Confeſſionis Sacramentalis.

Tonſura Monachorum, & Monialium.

Ordinatio Diaconiſsarum.

Abdjeſu Patriarchæ Chaldæorum Carmina III. de Joanne Sulaca Patriarcha.

Joannis Sulacæ hiſtoria, ſoluta oratione.

II. In fol. bombyc. 113. Romæ die 26 Auguſti ann. Chr. MDCCI. exaratus: continentur.

Conſecratio Altaris cum Chriſmate,

Liturgia Apoſtolorum.

Evangelia pro aliquot feſtis, & feriis Arabicè literis Chaldaicis.

Clauſulæ quinque in fine Miſſæ recitandæ.

Ordinatio Diaconi, Presbyteri, Catholici, ſeu Patriarchæ, juxta traditionem Mar-Abæ Patriarchæ, Gabrielis Metropolitæ Baſſoræ, & Cypriani Niſibis.

De Patriarcharum numero, & dignitate, & de Romanæ Sedis Primatu Canones Nicœni Syriaci.

De Electione Patriarchæ Chaldæorum Canones Mar-Abæ, & Jeſujabi Patriarcharum.

Pa-

CVI. JOSEPH II.

HIC a Josepho I. an. Chr. MDCXCI. Episcopus Amidensis ordinatus, biennio post eidem sponte abdicanti successit: Pallium, confirmationemque ab Innocentio XII. Summo Pontifice obtinuit mense Junio an. MDCXCVI. Obiit an. Chr. MDCCXIV. cum sedisset an. XXI. Hic in Telcepha natus est an. Chr. MDCLXVII. (1).

Patriarchæ Chaldæi, qui a RR. PP. ordinati dicuntur.

Jesujabi Canon de Diaconis, Presbyteris, & Episcopis.

Ordinatio Archidiaconi.

Tonsura Monachorum.

Benedictio Directoris, seu Magistri Novitiorum.

Absolutio Sacerdotis a suspensione, & irregularitate.

Absolutio Laici ab interdicto, vel excommunicatione.

Orationes super energumenum, & infirmum.

III. Literis Chaldaicis exaratus die 24. Julii 1691. in 4. bomb. 179. continentur.

Ordo Baptismi Chaldæorum.

Missa Apostolorum.

Lectiones Evangelicæ per annum, Arabicè litteris Chaldaicis.

IV. Literis Chaldaicis in 4. bombyc. 102. continentur.

Ordo Sponsalium juxta ritum Chaldæorum.

Absolutio Sacramentalis a peccatis.

Tonsura Monachorum, auctore Phetione Presbytero, & Monacho.

Abdjesu Patriarchæ Chaldæorum de Joanne Sulaca Carmina III. videlicet: De ejus profectione in Urbem, atque in Patriarcham Chaldæorum inauguratione: de ejusdem Sulacæ reditu ex Urbe in Asyriam, deque ejus obitu, instigatione, & fraudibus Bar-Mamæ Patriarchæ Nestorianorum.

Epitaphium ejusdem Sulacæ.

Joannis Sulacæ Patriarchæ Chaldæorum vita, soluta oratione. Exaratus fuit Codex die 23. Octobris an. Domini 1701.

V. In 4. bombyc. 118. Codex Arabicus Chaldaicis literis exaratus Octobri an. Christi 1705. inscribitur: *Paradisus Monachorum*, seu Patrum dicta, & gesta in cap. 313. divisus; quo continentur Apophtegmata ferè omnia per Cotelerium edita.

(1) Ad calcem libri, cui titulus: *Speculum tersum*, de se Joseph scribit " Patriam habui Tel Cepham oppidum in ditione urbis Mosul, natus anno Græcorum MDCCCCLXXVIII. (Christi MDCLXVII.) piis, & orthodoxis " paren-

CVII. JOSEPH III.

HIC olim Timotheus Mardæ Epiſcopus a Clemente XI. menſe Februarii MDCCXIV. Pallio, & confirmatione Apoſtolica donatus orthodoxos Amidæ, locorum-

„ parentibus. Pater Giomaa, „ mater Samone fuit, cognomentum familiæ Bait-Maaruf, „ ideſt, de Nobilibus. Educatus „ itaque in patria mea, Syriacos Codices legere, & intelligere ab eruditis atque orthodoxis præceptoribus doctus „ fui; ibidem Diaconi gradum „ circa an. XIV. ſuſcepi. Cum autem an. XXII. attigiſſem, ex prædicto oppido Amidam urbem, „ alio nomine Diar-Bacr, profectus ſum, eodemque anno „ Presbyter a Mar Joſepho I. „ cum ſub ejus diſciplina viverem, ſum ordinatus. Evoluto „ biennio idem Præſul me Metropolitam creavit, mox poſt „ alterum biennium Patriarcham „ etiam conſecravit, & in proprio throno collocavit: ipſe „ Amida diſceſſit, Romamque „ petiit, ibidem reliquum vitæ „ ſuæ circulum completurus. Ab „ ejus porrò diſceſſione Arabicis „ literis operam dare orſus ſum, „ & Iſmaelitarum ſcholas frequentare, quod nulla Chriſtianis in „ Oriente pateret ſchola. In „ prædictis itaque Tajorum ſcholis Logicam, Phyſicam, atque „ Metaphyſicam, poſtremam ſcilicet Philoſophiæ partem, quæ „ eſt Theologia omnium ſcientiarum complementum, didici: „ & niſi Deus fuiſſet adjutor „ meus, vivus fortaſſe in Infernum deſcendiſſem eorum cauſa, quæ legendo hauſeram ab „ iis, qui extra gregem noſtrum „ vivunt. Interea dum literis vaco, ſex libros ad utilitatem „ chariſſimorum fratrum compoſui, quorum primus eſt Tractatus utilis, cui titulus: *Gaudium Juſtorum, & medicina peccatorum*: quem ex Arabico Syriacum feci. Secundus: *Lampas lucis*: inſcribitur, quem itidem „ ex Arabico in Syriacum verti. „ Tertius eſt, Eccleſiaſticus Codex, in quo officia Feſtorum „ quatuor ordinavi, Feſti videlicet Circumciſionis, & S. Phetionis, atque Tranſitus Virginis, ejuſdemque Nativitatis. „ Quartus, in quo Carmen compoſui eo ordine, ut ſingulæ „ ſtrophæ octo verſus contineant, „ & ſingula diſtica in unum rithmum, ſeu modulum deſinant: tractavique de præſtantia vitæ Anachoreticæ, & Cœnobiticæ. Quintus, Dialecticæ „ Liber ex Arabico in Syriacum „ mihi converſus, cui brevem „ expoſitionem Syriacè adjeci.

„ Hoc verò an. Græc. MMXIV. „ Chr. MDCCIII. hunc, quem præ-

ma-

eorumque adjacentium Chaldæos rexit ad an. MDCCLVII. quo obiit post varias vicissitudines. Illum Romæ non semel alloqui nobis licuit.

CVIII.

„ manibus habeo, librum composui, quem *Speculum tersum* inscripsi, protestans me profiteri, & credere ea, quæ manus, & digiti mei in hoc Codice de rebus fidei scripsere: „ & hæc est fides mea, & mea „ confessio, atque in spe hujus „ fidei mortem expecto: quoniam mihi certum est nullam „ omnino cuipiam absque illa „ salutem fore. Deum interea „ oro, ne me ab ista fide separari permittat usque ad extremum spiritum, neque eos, „ quibus lumen Christi affulsit. „ Amen.

Elegantissime exaratum Codicem in 4 membranac. Arabicè ac Syriacè Bibliothecæ. Ven. Collegii Urbani de Propaganda Fide addixit meritissimus Congregationis a Secretis Stephanus Borgia, illius Codicis indicem brevissime Latine repræsento. Præfatio Auctoris. Caput primum. Quod Ecclesia Romana est Caput Ecclesiarum omnium: atque adeo Dominus Noster Papa est Pater Universalis omnium Christianorum: & quod fieri nequit, ut eadem Romana Ecclesia in rebus fidei aberret. Sectio I. Quod fieri nequit, ut duo sint Ecclesiæ capita. Sectio II. Quod is, quem in præcedenti sectione Caput esse ostendimus, D. N. Romanus Papa est, ejusque prædecessoribus, ipsique & successoribus Pontificibus Primatus delatus, & super ipsum solum Ecclesia ædificata est. Sectio III. Quod Papæ, qui a S. Petro usque in præsentem diem numerantur, ejusdem Petri Vicarii fuere, Christique procuratores. Hic Catalogum texit RR. PP. a Sancto Petro ad Clementem XI. Sectio IV. Quod fieri nequit, ut Papa Romanus erret in rebus fidei.

Cap. 2. Adversus Nestorianos Confessionis nostræ filios, deque brevi expositione fidei Ecclesiæ Romanæ & quod hæc est vera fides. Sectio I. Elucidatio vocum, quæ in hisce quæstionibus occurrunt. Primùm proponit brevem fidei Catholicæ professionem, in qua duas in Christo naturas, duasque voluntates, & operationes in una persona confitetur, & 4. priora Concilia œcumenica amplectitur; deinde has voces declarat; *Natura*, *accidens*, *hypostasis*, seu *persona*, *imago*, *prosopon*, *schema*, seu *forma*, *essentia*, *quidditas*, *Icon*, seu *figura*, *proprietas*, *voluntas*, *potestas*, *typus*. Mox de animæ, corporisque proprietatibus, ac potentiis differit, deque unionis notione, ac modis: demùm de iis, quæ de Deo dicuntur, deque arbore, ut dialectici vocant, substantiæ. Sectio II. Quod unio divinitatis, & humanitatis in persona Verbi dumtaxat facta est, non in persona humana. Sectio III. Quod si humana natura in

CVIII. JOSEPH IV.

HIC Lazarus Hindi Amidæ natus, Romæ in Collegio Urbano literis informatus, ubi & illum auditorem habui in lingua Chaldaica, & Arabica, a Josepho

in propria persona subsisteret, fieri nequiret, ut cum Verbi persona unionem naturalem, & personalem haberet. Hic de titulo Deiparæ disserit: Nestorianorum objectiones solvit: quos prolatis ex Chaldaico ipsorum Officio, & ex Georgio Varda Nestoriano Poeta testimoniis abunde refellit.

Cap. 3. De Incarnatione adversus omnes hæreticos in genere, sed potissimùm adversus Jacobitas, & Armenos, qui unam in Christo naturam, unamque voluntatem confitentur. Sectio I. Quod Christus perfectus Deus est, & homo perfectus Sect. II. Quod Christus duas habet naturas in una persona conjunctas. Subiicit Tractatum de duabus operationibus, ac voluntatibus. Sect. III. Quo modo se habeat unio naturæ humanæ cum persona Verbi: Quod nimirum post unionem non una conflata sit natura, sed duæ remaneant. Sect. IV. Quibus & quot nominibus naturæ Christi appellantur. Quatuor modos recenset, quibus Patres de Naturis Christi loquutos fuisse observat, Alios scilicet duas naturas dixisse; alios naturam duplicem; nonnullos unam naturam incarnatam, vel absolutè etiam unam naturam. Inter eos autem, qui unam naturam incarnatam dixere, citat *Symbolum Fidei confirmatæ in Cœnobio S. Maronis*. De quo vide Asseman. *tom.* 1. *Bibl. pag.* 513.

Cap. 4. Unica Sectio. Quomodo se habeat incarnatio ratione naturæ assumptæ. Quod nimirum humana Christi natura perfecta est, etiamsi propria subsistentia destituta sit.

Cap 5. De orthodoxa Romanæ Ecclesiæ doctrina, deque diversis hæreticorum in fide erroribus. Sectio I. Quod Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedit, non ex Patre tantùm. Sectio II. De Igne Purgatorio. Sect. III. Quod Sancti ab hodierna die in Regno beatitudine fruuntur, & peccatores in Gehenna torquentur; non autem, ut nonnulli sectarii garriunt, animarum pœna fœlicitasque usque ad corporis resurrectionem differtur. Citat testimonium x. Apocalypsis S. Pauli, quam filii Confessionis nostræ (idest Nestoriani inquit) suscipiunt. Sect. 4. Respondetur accusationibus, quæ a Sectariis adversus Ecclesiæ Romanæ filios fiunt. Continet titutos quatuor. 1. De lumine Sabathi Sancti 2. De quotidiana Liturgia, quæ juxta ritum Ecclesiæ Romanæ celebratur. 3. De Communione Laicorum sub unica

ſepho III. Presbyter, tum Epiſcopus Mardinenſis ordinatus, eidem ſucceſſit ineunte ann. MDCCLVIII. Romam ſuperioribus annis venit, & opera ejus Miſſalis liber Chaldæorum typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Chaldaicè prodiit; quem nos juſſu Superiorum anteà Latinè interpretati fueramus. Vivit nunc.

ca panis ſpecie. 4. Reprehenſionum Cap. XI. adverſus Neſtorianos: ac 1. apud ipſos Sacramentum Confeſſionis ferè abrogatum eſt. 2. Niſi certis diebus, ut puta in feſto Epiphaniæ, S. Georgii, Crucis &c. pueris Sacramentum Baptiſmi non adminiſtrant: ex quo fit, ut plures ſine Baptiſmo decedant. 3 Carent Sacramento Confirmationis. 4. Verba Chriſti: *Hoc eſt Corpus meum &c. Hic eſt calix Sanguinis mei &c.* in Liturgia prætermittunt. 5. Uvæ paſſæ liquorem pro vino in Euchariſtia uſurpant. 6. Fermentum, quod Malcha dicitur, ex Apoſtolis ad ipſos continua ſucceſſione derivatum fingunt. 7. Neſtorianus Patriarcha operto capite Liturgiam celebràt. 8. Placentam nomini B. Virginis in Liturgia offerunt, eamque porrigentes dicunt, Corpus eſſe ejuſdem Beatæ Virginis. 9. Gradus conſanguinitatis, & affinitatis nequaquam obſervant. 10. Presbyteri poſt ſuſceptum ſacrum Presbyteratus ordinem uxores ducunt. Denique veſpere feriæ IV. & VI. carnibus veſcuntur, & die Dominico jejunium quadrageſimale incohant. Hæc Joſeph in Speculo terſo, quem librum Catholici ejus gentis magni faciunt, & Neſtoriani ipſi hæretici ex ejus Lectione ad orthodoxam fidem aliquando adducti ſunt.

Codex hic Speculi Terſi ſcriptus dicitur an. Chriſti 1703. in urbe Amed ab Abrahamo filio Presbyteri alienigenæ. Illum juſſu Superiorum Latinè ad literam verti.



APPEN-

[illegible] III. Presbyter, [illegible] Episcopus Mandani [illegible] factus, eodem [illegible] ineunte anno [illegible] successit; Romam superioribus annis venit, ut opera ejus [illegible] typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Chaldaice prodirent [illegible] Latine interpretatus [illegible]

[illegible]

De catholicis seu patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum commentarius historico-chronologicus

APPENDIX

Num. I.

Epistola Mar Simeonis.

ܡܪܝ ܦܦܐ ܡܕܒܪܢ:

ܠܐܒܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܘܪܒܐ ܕܪ̈ܥܘܬܐ : ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܪܘܡܝ :
ܘܦܛܪܘܣ ܕܒܙܒ̈ܢܝܢ : ܬܓܐ ܕܐܦܣܩܘܦܘܬܐ : ܘܡܫܡܫܢܐ
ܦܐܝܐ ܕܒܬܐܘܪ̈ܝܛܘ : ܫܪܪ ܡܦܠܚ : ܘܡܠܐܟ ܡܫܝܚܐ :
ܡܪܟܒ ܟܟ̈ܐ ܡܪ̈ܥܝܐ ܕܒܫܒ̈ܝܠܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ : ܘܡܟܠܐܠ ܡܪܥܝܐ
ܘܡܕܒܪܢܘܬܗ ܠܗܘܢ ܡܟܝܢܐ ܕܒܐܠܗܝܬܗܘܢ ܫܟܝܠܝܢ
ܠܟܠܢ ܐܦܝܐ ܕܒܪܘܬ ܚܝܘܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ : ܘܐܣܝܐ ܘܡܕܒܪܢܐ
ܡܬܒܥܝܢ ܡܢܝܢܐ ܕܐܪܬܘܕܘܟܣܝܐ ܡܫܝܚܝܬܐ : ܦܪܝܫ ܡܢ
ܡܪܒܝܢܘܬܐ ܕܒܥܠܡܐ ܕܡܘܬܐ ܐܪܡܝܐ ܢܚܝܐ ܟܒܝܫܐ. ܝܠܝܕܗܐ ܡܪܢܗ
ܕܒܝܬ ܫܪܝܪܗ ܒܫܘܒܚܬܐ ܕܒܒܗ ܫܠܘܦܐ ܘܡܢ ܕܒܪܝܐ
ܘܦܪܫܐ ܘܐܬܒܪܗ ܠܗ ܠܒܪܢܫܐ ܫܦܝܪܐ ܘܦܛܪܝܪܟܐ : ܘܗܘ
ܐܠܗܘܢ ܦܪܫܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܒܗ̈ܬܐ ܢܠܦܘܗܝ : ܕܠܟܠܐ
ܕܡܪܗ ܫܘܫܠܬܐ ܒܢ̈ܝܫܐ ܦܐ̈ܐ ܕܒܘܪܗܢܐ ܡܪܝ:
ܘܡܢܝܚܘܗܝ ܡܬ̈ܒܝܢܐ ܘܡܫ̈ܝܚܐ ܕܡܬܒܪܟܝܢ ܡܢ
ܠܗ ܣܘܠܦܗ : ܡܬܒܪܟܐ : ܘܡܘܪܫܢܗ ܡܢ ܝܢܝܚܐ
ܡܬܝܗܒܝܢ ܒܟܠ ܐܬܪ.. ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܕܒܪܬܐ
ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܐܪܫܝܬܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܘܕܐܪܒܥܐ ܦܢ̈ܝܢ
ܕܒܪܝܬܐ ܟܠ ܫܪܒܐ ܕܐܦ̈ܝܬܐ ܐܪ̈ܫܝܐ ܘܡܫܝ̈ܚܐ
ܕܒܐܡܝܢ : ܘܢܣܝܡܐ ܕܡ̈ܬܐܬܠܒܝܢ ܒܡܘ̈ܫܝܐ ܫܪܝܪܐ
ܘܕܟܬܝ̈ܒܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܐܠ ܪܫܝܢ ܒܚܝ̈ܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ
ܡܩܕܫܬܐ :

ܡܫܝܚܐ܆ ܡܬܚܙܐ ܒܡܕܢܚܐ ܘܡܕܒܪܢܘܗܝ ܠܟܘܡܪܘܬܐ
ܕܥܕܬܐ ܡܫܝܚܝܬܐ ܘܕܪ̈ܝܫܢܘܗ̇ ܐܡܝܢ. ܫܡܥܘܢ ܚܠܦܐ ܗܘ
ܕܡܫܡܫ ܒܪܝܫܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܐܒܗܘܬܗܘܢ
ܢܒܝܘܬܐ ܕܒܘܪܟܐ ܒܦܪ̈ܕܝܣܐ ܕܡܫܝܚܐ܆ ܫ̈ܢܐ ܫܠܡ
ܐܒܗܘܬܗܘܢ ܒܪܘܚ. ܘܦܠܚܘܬ̈ܗܘܢ ܡܝܬܪ̈ܬܐ ܒܫܘܒܚܐ
ܫ̈ܢܐ. ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܐܝܟ ܕܒܡܘܪܒܐ ܠܡܕܒܪ ܬܪܘܝܗܘܢ
ܡܠܠܐ ܕܪܒܘܬܗܘܢ ܡܬܡܪܚ ܒܪܘܚ ܒܫܠܝܐ. ܘܫܠܡ
ܚܘܒܐ ܡܪܫܡ ܒܟܘܬܐ ܘܡܦܩܬܐ ܡܫܪܝܐ ܠܡܕܝܢܬܗܘܢ
ܠܠܘܝܬܐ. ܘܐܝܟ ܒܪܐ ܪܘܚܢܐ ܡܒܟ ܐܒܐ ܡܪܘܚܢܝܐ
ܡܡܠܠ ܬܠܝܬܝܐ. ܣܓܝ ܐܢܘܢ ܡܪܝ ܒܢ̈ܝܐ ܠܡܝܬܪܘ
ܠܒ̈ܢܝܗܘܢ ܪ̈ܘܚܢܐ ܘܦܓܪ̈ܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪܐ ܠܦܘܠܘܣ
ܡܪܝ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܡܬܪܘܕܐ ܪܘܚܐ. ܒܢ̈ܝܐ ܐܫܬܡܥܘ
ܠܒ̈ܢܝܗܘܢ܆ ܘܕܐܒ̈ܗܐ ܗܕܐ ܗܝ ܕܝܠܗܘܢ ܣܓܝ ܒܫܡܝܐ
ܘܡܪܝܐ ܘܐܦ̈ܝܐ ܦܓܪ̈ܐ ܘܡܫ̈ܘܚܬܐ ܠܗܬ ܒܢ̈ܝܗܘܢ. ܡܛܠ
ܕܫܠܡܝܐ ܗܘ ܡܪܝ ܐܠܗܐ ܘܦܪܩ ܒܢܒ ܫܠܝܚܗ܆ ܕܢܛܪܘ
ܣܒ ܠܚܒ ܕܬܬܐܒܘܢ. ܡܛܠ ܕܪܘܚܐ ܕܦܓܪܘܬܐ ܪܒܐ
ܡܠܠܐ ܘܡܚܘܪܐ ܒܡ̈ܠܝܠܐ ܦܪܝܫܐ ܒܫ̈ܠܝܚܐ ܘܡܫܠܡܝܢܐ
ܒܢ̈ܝܚܐ܆ ܘܕܐܢܘܬܐ ܢܫܟܚ ܡܢ ܡܪܝ܆ ܕܒܗ ܦ̈ܪܝܫܝܢ
ܐܢܘ ܝܒܝܗ ܕܐܠܗܐ ܦܪܐ ܘܡܡܠܠܐ ܘܦܡܡܪܐ. ܘܫܡܝܢ
ܠܘ ܐܒܐ ܦܘܠܐ ܐܝܒܝܢ ܘܡܫܘܚܝܢ ܠܡܬܒܪܟܘ ܡܢ
ܫܠܝܚܘܬܗܘܢ. ܘܡܢ ܒܡܪܫܢܐ ܫܒܝܚܐ ܘܡܒܠܝܢܐ
ܕܐܒܗܘܬܗܘܢ ܒܬ̈ܪܬܒܐ ܘܡܟ̈ܪܬܚܐ ܕܡܢ ܫܠܝܚܘܬܗܘܢ
ܡܫܬܒܝܢ ܠܬܫܘܒܘܬܝ. ܘܢܕܝܢܝܢ ܒܟܠܗ ܠܒܝ ܘܡܒܠܗ
ܢܦܫܝ ܘܒܪܘܚܝ. ܐܡܬܝ ܕܢܕܝܢܝܢ ܕܐܝܬܝ ܠܫܘܬܦܗܘܢ
ܒܗܘܕܝܢ ܦܪܐ ܒܒܠܒܝ. ܘܡܬܒܪܟܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܡܢ
ܐܒܗܘܬܗܘܢ ܕܒܥܠܡܐ ܡܒܪܟ ܠܝܢ ܠܐ ܬܪܡܝ. ܕܒܦܘܚܐ
ܡܫܝܚܘܬܗܘܢ

ܒܫܡܥܘܬܟܘܢ ܕܟܠܡܢ ܕܬܫܡܫ ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܐܫܟܚܬ ܫܘܟܢܘܗܝ
ܫܠܝܚܐ ܡܫܬܒܚܢܐ: ܘܒܒܪܟܬܗ ܫܘܡܠܝܐ ܠܐ ܫ̇ܡܠܝܢ.
ܘܬܪܥܝܬܗ ܠܐ ܦܠܛܐ ܠܦܪܫ· ܘܐܝܢܐ ܕܒܪܐ ܫܪܟܐ ܗܘ:
ܫܘܟܢܘܗܝ ܒܬܟܠܬܐ ܦ̇ܫܪ. ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܟܢ ܛ̈ܒܝܢ
ܫܪܪܐ ܘܚܝܐ ܠܟܘܠܗܘܢ ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܠܟܐ ܫܡܝܢܐ ܕܡܢ
ܡܪܢ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܬܪܥܝܗܝ ܡܫܠܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܫܪܪܐ ܕܘܝܚܐ
ܠܗ ܡܫܒܚܝܢ. ܘܐܝܟ ܡܘܗܒܬܐ ܫܡܝܢܐ ܠܝܗ ܒܐܝܢܐ
ܡܢܦܪܝܢ: ܘܡܘܦܪܓܬܐ ܡܢܒܠܝܬܐ ܕܡܢ ܡܫܪܐ ܡܢܓܫܢܟܘܢ
ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܓܠܝܬ ܫܦܝܪܐ ܘܡܬܩܢܐ ܒܗܝܐ ܦ̈ܠܚܝܢ:
ܘܒܝܕܐ ܐܝܟܢܐ ܕܝܗܒ ܓܠܝܢܝܐ ܠܗ ܡܢܝܚܘܬܐ
ܐܬܬܘܕܝܬܐ ܕܒܕܐ ܒܫܡܝܐ ܦܬܓܡܝܗ: ܒܝܬ ܦܪܝܢ
ܡܝܬܝܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܬܠܝܬܝܐ. ܘܡܘܕܝܢܝܢ
ܒܝܕܐ ܚܕܝܘܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܕܝܕ ܒܪܐ ܕܝܕ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܫܦܝܪܐ.
ܘܥܕܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܕܬܪܝܢ ܩ̈ܝܢܐ ܡܫܬܩܠܐ ܕܐܠܗܘܬܐ
ܘܕܐܢܫܘܬܐ ܒܝܕ ܦܘܡܐ ܕܡܠܬܐ ܒܡܫܝܚܐ. ܘܗܘܝܐ
ܡܗܝܡܢܝܢ ܘܦܪܝܢ ܠܡܪܢܝ ܡܪܢ ܢ̇ܒܬ ܐܠܗܐ ܕܡܢ
ܐܠܗܐ: ܕܠܐ ܒܫܘܠܡܐ ܕܫ̈ܢܝܐ ܥ̈ܠܡܐ ܘܕܠ̈ܝܬܗܘܢ. ܘܬܘܒ
ܡܘܕܝܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܢܦܩ.
ܘܡܫܘܢܝ ܫܘܝܘܬ ܡܫܬܓܕ ܘܡܫܬܒܚ.
ܒܪ ܒܗܠܝܢ ܘܕܬܫ̈ܠܡܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܘܕܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ
ܢܡܝܢ. ܦܪܝܫܝܢ ܡܢ ܐܒܗܬܟܘܢ ܘܡܢ ܩܕܝܫܝܢ
ܡܠܟܐ ܕܪܒܘܬܟܘܢ ܕܬܦܘܫ ܡܢ ܒܠܘܝܘܗ. ܡܢ ܗܘܝܢ
ܘܐܢܘܢ ܕܫܦܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܒܬܪ̈ܝܬܐ ܕܗܫܐ ܕܫܒܪܝܢ
ܠܟܘܢ. ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܝ ܣܘܗܕܐ ܠܟܬܒܘܢ: ܠܐ ܒܫܠܝܛ ܘܠܐ
ܒܫܦܝܪ. ܘܗܘܝܐ ܣܘܓܐ ܣܓܝܐܐ ܘܦܘܫܐ ܒܗ ܫ̈ܒܝܐ
ܦ̈ܪܝܫܝܢ. ܐܝܟ ܫܘܒܘܚܐ ܕܦܘܪܢܣܐ ܕܝܘܡ. ܡܢܐ ܦܝܕ

ܘܡܫܬܥܒܕ: ܠܐ̈ܬܐ ܡܛܐ ܕܢܬܡܛܝܢ ܐܚܕܐ. ܘܢܣܒܘܢ ܫܡܫܐ
ܘܬܒܘܥܝ ܐܢܫܐ ܒܗܘܐ ܐܘܝܘܬܐ ܕܗܘܬ ܒܝܢܬ ܡܕܝܢܬܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܦ ܐܝܬ ܡܕܡ ܕܠܐ ܫܦܝܪ ܠܟܘܢ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܕܗܘܝܢ ܡܬܒܥܝܢ ܠܗ ܕܢܫܦܪ ܠܟܘܢ ܒܠܚܘܕ ܒܗܘܢܝܐ
ܬܫܡܫܬܐ ܐܡܪܢܢ. ܘܬܘܒ ܢܒܥܐ ܡܢ ܟܢܝܫܘܬܟܘܢ
ܕܬܫܕܪܘܢ ܠܝ ܐܓܪ̈ܬܐ ܦܬ̈ܓܡܐ ܘܡܫܝܢ̈ܬܐ ܥܠ ܫܝ̈ܢܐ
ܗܘܢܕܝܥܬܐ ܘܦܬ̈ܓܡܐ ܠܒܢ̈ܝܐ ܕܒܝܬܝ ܕܠܐ
ܢܬܦܠܓܘܢ ܘܢܫܬܠܡܘܢ ܡܢ ܡܕܡ ܕܓܕܫܬ ܠܝ ܐܒܗ̈ܬܐ
ܩ̈ܕܝܫܐ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܡܫܟܢܐ ܕܡܕܝܢܐ. ܐܠܐ ܕܢܗܘܘܢ ܐܝܟ
ܕܐܢܬܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܝܡ ܟܠܠ ܢܛܪܘ ܘܫܠܡܘ ܕܠܐ
ܬܟܠܘܢ ܒܠܝܠܘܬܐ ܠܐܦܘܡܢܘܬܐ ܡܫܝܚܐ: ܡܛܠ ܕܡܫܡܫܬܐ
ܘܕܝܫܘܬܟܘܢ ܕܐܦ̈ܣܩܐ ܐܢܬܝܢ ܒܐܝ̈ܕܝ ܚܛ̈ܗܐ ܘܐܫܟ̈ܚܢܐ:
ܘܡܬܦܩܬܐ ܗܝ ܠܡܫܠܡܘ ܐܓܪ̈ܬܐ ܒܒܬ̈ܝܢܐ ܕܐܚܝܢ
ܒܐܬܪ̈ܘܗܝ: ܘܗܫܐ ܗܐ ܫܕܪܢ ܐܓܪܬܝ ܠܐ̈ܚܝ ܦܘܠܘܣ.
ܘܗܘܢܐ ܡܕܝܢ ܠܗ ܒܟܠܒܢܝܘܬܗܘܢ. ܕܐܬܘܗܝ ܟܕ ܒܢܐ
ܕܠܟܘܢ ܘܗܘ ܐܬܘܗܝ ܟܕ ܒܪܐ ܕܡܥܡܕܢܘܬܗ ܐܓܪܬܝ ܢܬܒܝܢܘܢ:
ܗܫܐ ܕܝܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܒܒܢܝܢ ܘܠܒܪܗ ܡܬܘܕܝܢܢ
ܡܬܟܫܦܝܢ ܘܒܥܘܬܐ ܕܡܘܕܝܬܐ ܐܝܟ ܟܠ ܡܬܦܝܣܝܢ
ܕܢܫܬܪܪ ܒܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܠܕܒܪܝܢ ܠܫܘܒܚܗ ܕܒܟܠܗ
ܒܦܓܪܝܘܬܐ ܕܐܬܟܫܦܝܢ ܕܒܦܪܝܫܬܐ. ܕܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܡܢܝܫܘܬܗܘܢ ܗܘܐ ܠܝ ܦܘܪܫܢܐ ܟܕ ܩ̈ܘܢܝܫܐ
ܡܫܝܚܐ ܕܠܗ ܘܠܐܒܘܗܝ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܫܘܒܚܐ ܠܐ
ܡܬܟܬܒܢܐ ܒܟܠܗܘܢ ܕܪ̈ܐ ܕܥܠܡܝ ܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ.
ܫܠܡܬ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܀ ܗܕܐ ܐܓܪܬܐ ܩܕܝܫܬܐ.

Versio

Versio Latina litteralis.

BENEDICTISSIMO DOMINO PAPÆ.

PATRI Patrum, & Maximo Paſtorum, Petro noſtri temporis, & Paulo dierum noſtrorum, Diademati Apoſtolicorum, & Soli ſplendido Theorethicorum, Seraphim incorporato, & Angelo incarnato, Duplicanti talenta Dominica, quæ in Evangelio deſignantur, & geminanti mna, quæ in Evangelio continentur, & deſuper lucranti; Induto Ephod Summi Sacerdotii Jeſuitici; tenenti & gubernanti Cathedram excelſam Orthodoxiæ Chriſtianæ: ſegregato ex utero, & ex ventre in ſimilitudinem Jeremiæ Prophetæ ſancti. Idcirco Dominus ejus, ubi vidit ſinceram ejus veritatem, illum fecit Vicarium, & Rectorem, ac Principem, eumque ſedere fecit in glorioſa Petri Sede, & ipſe eſt Caput omnium Patrum pro eo: Coronæ, quæ inſtar Solis nitet, radiis præclaris illuſtrationis Domini noſtri; & ejus ſplendoribus intellectualibus, & glorioſis, quæ fulgent ex Thiara ejus decora, & ab ejus Sede inclyta illuminamur omnes nos: Patri noſtro . . . Patriarchæ Civitatis benedictæ, nominatiſſimæ, & Principis Romæ, & quatuor finium creaturæ, unacum reliquis regionibus principalibus, & munitis, quarum non eſt numerus; & climatum, in quibus ſedent fideles veri, & Chriſtiani perfecti ſine reprehenſione, Filii ſancti baptiſmi: conſtituto in Domino, qui illum magnificat ad honorificentiam Sanctæ Eccleſiæ, ejuſque Filiorum. Amen.

Simeon, qui adminiſtrat Dei gratia, & Paternitatis veſtræ permiſſu, ſervitutem Sedis Patriarchicæ, quæ in Oriente eſt, ſalutem dicit Paternitati veſtræ in ſpiritu,

tu, & orationes veſtras præſtantes vehementer deſiderat, & e longinquo, veluti ex proximo, ad Thronum excelſum magnitudinis veſtræ pervenit ſpiritu occultè, & ſalutationem charitatis ſignat atramento, & calamo; mittitque Paternitati tuæ apertè, & ut Filius dilectus coram Patre miſericorde loquitur confidenter. Debent, Domine mi, filii honorare parentes ſuos ſpirituales, & corporales, juxta illud dictum a Beato D. Paulo Apoſtolo Citharædo Spirituali: « Filii obedite Pa„ tribus veſtris. „ Et ad Parentes, ut oſtendant charitatem ſuavem ac veram; & faciem lætam, ac pacificam erga filios ſuos; quoniam ad pacem nos vocavit Deus, & nobis per Apoſtolum ſuum præcepit: orate pro invicem, ut ſanemini, quoniam Spiritum gratiæ magnum, excelſum, & probatum in Doctoribus, electum in Apoſtolis, & laudabilem in Triumphatoribus, atque pietatis accepimus a Domino noſtro; per quem diſcernimus, quæ ſit voluntas Dei bona, accepta, & perfecta.

Et nos, Pater communis, ardenter deſideramus benedici a tua Religioſitate, & a Sede glorioſa, & ſublimi Paternitatis tuæ per ſcripturas, & apertas, quæ a tua religioſitate concedantur imbecillitati noſtræ. Et ex toto corde noſtro lætamur, & ex tota anima noſtra, ac ſpiritu noſtro gaudemus, quando ſcimus, quod apud te eſt memoria noſtra in bonum omni tempore: illud autem a Deo, & a veſtra Paternitate petimus, ne ullum reatum nobis attribuas: Sanctitas quippe veſtra novit, quod quicumque eſt ſub manu alienorum, ejus opera defectuoſa comperiuntur, & actus ejus perfectionem non accipiunt, & conſilium ejus

non

non ascendit ad caput ; ast ille , quì filius liberorum est , opera sua confidenter facit . Vos estis filii ingenuorum , & nos gratiam vestram suscipimus , & pacem relictam a Domino Jesu e throno sublimi vestro , uti munus spirituale , expectamus , & veluti donum Cæli ipsam honore prosequimur , & benedictiones acceptas , quæ ex habitatione Sanctuarii vestri laudabilis per abundantiam effluviorum , & charismatum , consolationem possidemus , & una concordia charitatis assentimur fidei orthodoxæ Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ , dum servamus numerum trinum Trinitatis laudabilis , & confitemur unam unitatem veram unius Filii veri , unius Dei Patris veri , confessionem rectam duarum naturarum perfectarum divinitatis , & humanitatis in una persona Verbi in Christo : & ita credimus , & vocamus Dominam Mariam genitricem Dei , qui ex Deo , sine confusione naturarum perfectarum , & proprietatum illarum . Item confitemur Spiritum Sanctitatis , qui ex Patre , & Filio procedit , & cum ipsis simul adoratur , & conglorificatur .

Dum hæc , & alia plura confitemur , & vobiscum conjuncti sumus , petimus a tua Paternitate , & ab excelsa Cathedra magnitudinis tuæ , ut jubeas absolutè , ut ab hodierno die in posterum per hæc scripta , quæ modo misimus vobis , non sit nobis recordatio apud vos nec in paucis , nec in multis , & ita charitatem novam , ac spiritualem ad invicem inimus , secundum testimonium Beati David : « Quam bonum , & quam præclarum fratribus , cum simul habitant : » Et , lætentur cæli , & exultet terra in hac concordia , quæ facta est Orientem inter & Occidentem . Quod si quidpiam

piam eſt, quod vobis non placeat ex iis, quæ ſcripſimus, faciemus, ut placeat vobis; ſolummodo antiquas memorias perdite. Jam petimus a Sanctitate Veſtra, ut nobis mittatis epiſtolas bonas, & congruas ſuper Canonibus Synodalibus, & Ordinibus, ac Ritibus Eccleſiaſticis noſtris, ut non confundantur, neque mutentur in aliqua re, quam ordinarunt nobis Patres Sancti ſecundum laudabilem Orientis ritum; ſed maneant, ſicuti fuerunt ab antiquo, ſine additione, aut diminutione, ut non inducatur confuſio in corpus Chriſtianum; ſcit enim Sanctitas Veſtra, quod vincti ſumus per manus Ethnicorum, & Iſmaelitarum, & ardua res eſt mutare ritus Eccleſiaſticos, qui obtinent in regionibus noſtris. Et modo en damus epiſtolam noſtram in manus Pauli, & hìc cognominant illum adverſarii ejus, quod ſit ſervus veſter: & ipſe eſt Fidejuſſor, qui perducat epiſtolam noſtram ad vos. Jamvero a Deo Patre petimus, & Filio ejus æterno ſupplicamus, & Spiritum Sanctitatis omnipotentem obſecramus, ut firma conſiſtat Sedes veſtra in generationes generationum ad honorificentiam totius Chriſtianitatis, quæ eſt in quatuor finibus creaturæ: ut per mediationem Sanctitatis Veſtræ ſit nobis fiducia apud Principem Paſtorum Jeſum Chriſtum, cui, & Patri ejus, ac Spiritui Sancto gloria inceſſabilis per omnes generationes ſæculorum ſæculorum. Amen. Exarat. menſe Aprilis 20. an. 2081. Græcor. (Chr. 1770.)

NUM. II.

NUM. II.

Catalogus Patriarcharum.

ܐ ܀ ܐܕܝ ܫܠܝܚܐ . ܐܝܟ ܕܐܘܕܥܘܢ ܐܒܗ̈ܬܐ : ܫܠܝܚܐ ܕܡܕܢܚܐ
ܘܬܠܡܝܕܗ ܀ ܒ : ܐܒܪܝܣ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܝܘܣܦ ܐܒܘܗ̈ܝܗܘܢ : ܠܐ ܝܕܝܥ
ܘܗܒ ܡܕܒܪܘ ܘ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܕܐܬܩܛܠ ܐܒܘܗܝ ܗܘܐ ܀ ܓ :
ܐܒܪܗܡ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܕܐܬܩܛܠ ܘܡܬܚܫܒܐ ܡܢ ܝܥܩܘܒ
ܕܐܚܘܗ ܕܡܫܝܚ ܕܡܪܢ : ܘܡܕܒܪܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܕ :
ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܕܐܬܩܛܠ : ܘܐܦ ܗܘܐ ܡܢ ܫܪܒܬܗ
ܕܝܘܣܦ ܢܓܪܐ ܕܡܪܝܡ : ܘܡܕܒܪܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܗ : ܐܚܐ
ܕܐܒܘܗܝ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܕܐܬܩܛܠ : ܘܡܕܒܪܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀
ܘ : ܫܡܥܘܢ ܫܡܥܘܢܝܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܘܐܦ ܒܗ ܐܬܡܢܝ ܀ ܙ : ܒܪ
ܡܕܒܪ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܚ : ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥܐ ܐܬܩܛܠ ܒܫܘܫ ܀
ܛ : ܫܗܕܘܣܛ ܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܝ : ܒܪܒܥܫܡܝܢ ܐܬܩܛܠ
ܘܐܬܡܢܝ ܒܒܥܠܒܟ ܀ ܝܐ . ܛܘܡܣ ܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀
ܝܒ : ܩܝܘܡܐ ܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ : ܗܢܐ ܐܬܩܛܠ ܡܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܕܘܟܬܗ ܐܚܪܢܐ : ܘܗܘܐ ܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܒܥܕܬܐ ܕܡܕܢܚܐ ܀ ܝܓ . ܐܚܐܕܐܒܘܗܝ ܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܝܕ : ܐܚܐ
ܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܝܗ . ܡܬܬܚܕܝܐ ܡܢ ܐܬܪܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ
ܒܒܝܬ ܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀ ܝܘ . ܫܡܥܘܢ ܒܒܝܬ ܒܒܪܫ ܘܐܡܪ
ܐܬܡܢܝ ܀ ܝܙ . ܦܦܐ ܐܬܡܢܝ ܒܣܠܝܩ : ܘܡܬܬܚܕܘ ܗܘܐ ܣܪܝܩܐ
ܒܗ ܒܚܫܝܘܬܗ ܒܐܘܪܫܠܡ ܀ ܝܚ ܀ ܒܒܗܢ ܐܬܩܛܠ
ܘܐܬܡܢܝ ܒܣܠܝܩ ܀ ܝܛ : ܐܦ ܗܘ ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܬܚܫܒ
ܐܬܡܢܝ ... ܟ . ܒܒܗ ܢܝܫ ܐܝܬܐ ܘܐܬܡܢܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܀
ܟܐ . ܫܠܐ ܢܝܫ ܐܝܬܐ ܘܐܬܡܢܝ ܒܫܪܝܪܘ ܠܐ ܒܝܢܝ ܐܘܣܐ ܀

ܩܛ. ܦܘܠܘܣ ܐܬܐܡܪ ܕܡܩܕܘܢܝܐ ܀ ܩܝ. ܡܢܘ ܐܬܐ ܐܬܐܡܪ
ܒܡܫܪܝܬܐ ܘܗܘܐ ܗܘܦܪܢܝܬܐ ܕܚܕܐ ܀ ܩܝܐ. ܣܘܥܪܢܐ ܐܬܐܡܪ ܒܡܫܪܝܬܐ ܀
ܩܝܒ. ܡܫܡܠܝܘܬ ܐܪܒܥܝܢ ܐܬܐܡܪ ܒܡܫܪܝܬܐ ܀ ܩܝܓ. ܗܟܢ ܡܫܝܚܐ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܝܕ: ܒܝܪܘܫܠܡ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܝܗ. ܡܫܡܠܝܘܬ ܒܝܘܡܐ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܝܘ. ܡܢܘ ܐܢܘ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܝܙ. ܡܫܡܠܝܘܬ ܫܘܠܡܐ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܝܚ. ܒܟܘܪܝܗ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܝܛ: ܡܫܝܚ ܐܬܐܡܪ ܀
ܩܟ. ܫܠܝܚܘܬܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܟܐ: ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܟܒ.
ܦܛܪܘ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܟܓ. ܡܥܡܘܕ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܟܕ. ܡܥܡܘܕ ܐܬܐܡܪ ܀
ܩܟܗ: ܫܠܝܚܘܬܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܟܘ. ܦ ܡܢܘ ܐܬܐ ܐܬܐܡܪ ܒܝܪܘܫܠܡ ܀
ܩܟܙ. ܡܫܠܡ ܕܒܢܝ ܐܬܐܡܪ ܒܝܪܘܫܠܡ ܘܦܢܝܬܗ ܀ ܩܟܚ.
ܒܣܘܦܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܟܛ. ܡܢܘ ܫܠܝܚܘܬܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠ:
ܐܒܪܗܡ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܐ. ܠܬܪܘܢܛܘܣ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܒ: ܩܣܪܝܐ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܓ. ܐܪܥܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܕ. ܡܫܝܚ ܕܢܬܒܥ ܐܬܐܡܪ
ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܀ ܩܠܗ: ܐܢܬܝܘܟܝܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܘ: ܡܫܝܚ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܙ: ܐܒܪܗܡ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܠܚ. ܒܡܬܢܝܬܐ ܐܬܐܡܪ ܒܝܘܡܐ
ܕܕܝܢܐ ܀ ܩܠܛ. ܐܢܛܝܟܝܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡ. ܒܒܝܫܘܬܐ ܐܬܐܡܪ ܀
ܩܡܐ. ܡܠܟܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܒ. ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܓ. ܡܫܝܚ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܕ. ܡܫܡܠܝܘܬ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܗ. ܗܝܡܢ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܘ.
ܡܫܝܚ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܙ: ܫܡܥ ܡܫܝܚܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܚ. ܒܫܡ ܡܫܝܚܐ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܡܛ. ܡܡܠܠ ܐܬܐܡܪ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܀ ܩܢ. ܗܝܡܢ
ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܢܐ. ܒܬܪܘܢܐ ܐܬܐܡܪ ܀ ܩܢܒ. ܒܫܡ ܡܫܝܚܐ ܐܬܐܡܪ ܀
ܩܢܓ. ܡܫܡܠܝܘܬ ܐܬܐܡܪ ܒܝܘܡܐ ܘܡܢ ܫܡܥܘܢ ܡܫܝܚܐ ܀
ܩܢܕ: ܗܝܡܢ ܐܬܐܡܪ ܒܡܢܘ ܫܡܥܘܢ ܡܫܝܚܐ ܀ ܩܢܗ. ܡܘܗܒܬܗ
ܐܬܐܡܪ ܒܝܘܡܐ ܘܡܢ ܫܡܥܘܢ ܡܫܝܚܐ ܀ ܩܢܘ. ܫܡܥܘܢ ܡܫܝܚܐ ܐܬܐܡܪ ܀
ܫ:

ܠ. ܡܪܝܫܡܥܘܢ ܀ ܒܪ: ܡܡܠܟܐ ܀ ܒܗ: ܘܬܪܬܝܢ ܀ ܬܘܒ.
ܡܥܠܝܬܐ ܀ ܒܪ. ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܀ ܒܗ. ܡܢܗ ܒܥܘܬܐ ܀ ܠܗ.
ܢܘܚܡ ܀ ܒܪ: ܠܐܠܗܐ ܀ ܒܗ: ܫܘܒܚܐ ܀ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܀

Versio Latina.

1. ADæus, & Mares. Adæus quidem Edessæ sepultus: Mares verò in Dair-Kuni. 2. Abres, qui Græcè Abrosius dicitur. Incertus sepulchri ejus locus. Erat autem ex impositione manus Antiochiæ: *nimirum ab Antiocheno Episcopo consecratus fuit*. 3. Abraham impositionem manus Antiochiæ accepit. Descendit de genere Jacobi filii Joseph. Sepulchrum ejus in urbe Ctesiphonte. 4. Jacob impositionem manus Antiochiæ accepit, Hic etiam de genere est Josephi viri Mariæ, & sepulchrum ejus Ctesiphonte. 5. Achadabues impositionem manus Antiochiæ accepit. Sepulchrum ejus Ctesiphonte. 6. Sciachlupha impositionem manus Ctesiphonte accepit: ibique sepultus est. 7. Papas Ctesiphonte sepultus. 8. Simeon Bar-Saboe in urbe Sus martyrium passus. 9. Jesudost Ctesiphonte sepultus. 10. Barbaseminus in Elamitide martyrium passus, & sepultus. 11. Tomarsa sepultus Ctesiphonte. 12. Cajuma sepultus Ctesiphonte. Hic Patriarchatum spontè abdicavit, & alius ejus loco ordinatus est, cui tamen præcessit, donec in vivis fuit. 13. Isaac sepultus Ctesiphonte. 14. Acha sepultus Ctesiphonte. 15. Jaballaha ex schola Sancti Abdæ, sepultus Ctesiphonte. 16. Maana in Perside habitavit, ibique sepultus est. 17. Dadjesu in Hirta sepultus. Ejus diebus contentio Ne-

Nestorianum inter & Cyrillum exorta est. 18. Babuæus martyrium passus, & sepùltus in Hirta. 19. Acacius ex genere Babuæi Catholici, sepultus . . . 20. Babæus uxorem duxit, & Ctesiphonte sepultus fuit. 21. Sila uxorem duxit, & sepultus fuit in suo Cœnobio ad latus Avanæ. 22. Paulus sepultus Ctesiphonte. 23. Mar Aba sepultus in Hirta. 24. Jesujab Arzunita sepultus in Hirta. 26. Sabarjesus sepultus . . . 27. Gregorius sepultus . . . 28. Jesujab Gadalensis sepultus . . . 29. Mar Ema sepultus . . . 30. Jesujab Adiabenus sepultus . . . 31. Georgius sepultus . . . 32. Joannes sepultus . . . 33. Ananjesus sepultus . . . 34. Salibazacha sepultus . . . 35. Phetion sepultus . . . 36. Jacob sepultus . . . 37. Jacob sepultus . . . 38. Ananiesu sepultus . . . 39. Timothæus sepultus in suo Cœnobio. 40. Josue Bar-Nun sepultus in Cœnobio Timothei. 41. Georgius sepultus . . . 42. Ananiesu sepultus . . . 43. Abraham sepultus . . . 44. Theodosius sepultus . . . 45. Sergius sepultus . . . 46. Enos sepultus . . . 47. Joannes Bar-Narsis sepultus in Ædibus Romæorum. 48. Joannes sepultus . . . 49. Joannes sepultus . . . 50. Abraham sepultus . . . 51. Emanuel sepultus in Ædibus Romæorum. 52. Israel sepultus . . . 53. Ebedjesus sepultus . . . 54. Mares sepultus . . . 55. Joannes sepultus . . . 56. Joannes sepultus . . . 57. Jesujab sepultus . . . 58. Elias sepultus . . . 59. Joannes sepultus . . . 60. Sabarjesu sepultus . . . 61. Ebedjesu sepultus . . . 62. Machicha sepultus in Ædibus Romæorum. 63. Elias sepultus . . . 64. Barsuma sepultus . . . 65. Ebedjesu sepultus . . . 66. Jesujab sepultus in Mar Sabarjesu. 67. Elias sepultus in Mar Sabarjesu.

(Atqne hic videtur Salomon Bostrensis Catalogo suo finem fecisse; nam Ebedjesu Sobensis, qui sub hoc Elia vivebat, in Catalogo Scriptorum Syrorum opera ejusdem Salomonis, tamquam sibi æqualis, recenset.) 68. Jaballaha sepultus in Ecclesia Mar Sabarjesu. 69. Sabarjesu sepultus . . . . 70. Sabarjesu. 71. Machicha. 72. Denha. 73. Jaballaha. 74. Timothæus (sequentium nomina loco non suo recensentur, ut ex Catalogo Eliæ Damasceni apparebit. Sunt enim Antipatriarchæ, qui Sedem Orientis invaserunt). 75. Mar Bocht. 76. Narses. 77. Eliseus. 78. Joseph. 79. Surinus.

Num. III.

Carmen Heptasyllabum, in quo nomina Patriarcharum Orientis recensentur.

ܒܥܘܢܝܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘ ܡܫܡܫܢܐ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܙܥܘܩܐ
ܘܒܟܠܐ ܘܒ̈ܢܐ ܕܟܬܝܒܐ: ܒܫܡܐ ܕܡܪܢ ܐܒܗ̈ܬܐ : ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ
ܡܕܢܚܝܐ ܩܕ̈ܡܝ ܀
ܐ. ܪܫܐ ܫܪܝܪܐ ܡܠܐ ܟܠ ܦܘܪܫܢ ܬܐܘܡ ܘܡܢܗ ܡܢ ܫܠܝܚܐ.
ܒ: ܘܐܒܪܝܣ ܕܒܥܡܘܩ ܒܠܐ ܦܘܫܩܢ ܐܚܝܢܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܟܠܗܘܢ.
ܓ: ܘܡܢܗ ܐܒܪܗܡ ܒܟܫܟܪ ܘܦܠܚ ܠܡܠܟܐ ܦܪܣܝܐ ܘܐܣܝܗ
ܠܒܪܗ ܚܢܝܢܐ ܡܢ ܟܘܪܗܢܗ ܚܠܝܡܐ. ܕ: ܘܡܢ ܒܬܪܗ ܝܥܩܘܒ ܗܘ
ܕܗܘܐ ܐܚܘܗܝ ܕܝܘܣܦ ܢܓܪܐ . ܗ : ܐܚܐ ܕܐܒܘܗܝ ܒܦܪܨܐ ܗܘܐ
ܠܡܕܝܢܬ ܚܘܙܝܐ . ܘ: ܫܠܝܡܐ ܗܘ ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܫܘܠܛܢܐ
ܐܬܝܗܒ ܘܠܥܒܕܬ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟ ܘܦܬܓܡ ܐܠܦܝܢ . ܙ: ܘܡܢܗ
ܦܦܐ ܫܪܝܪܐ ܪܝܫܐ ܘܠܐ ܝܕܥ ܡܢ ܗܘܐ ܘܫܡܐ ܘܦܠܓ ܕܡܕܝܢܬܗ
ܚܪܝܫܐ

ܣܘܢܩܐ ܠܟܠܗ ܕܢܫܡܠܐ ܐܝܟ ܕܐܬܐ. ܠܗ: ܘܡܛܠ ܫܡܥܘܢ ܕܒܪ̈ܝܬܐ
ܘܗܘ ܗܕܐ ܣܘܢܩܐ ܪܒܐ. ܠܘ: ܘܡܛܠ ܡܫܘܕܥܢܘܬܐ ܕܠܐ ܢܬܟܠܐ. ܠܙ:
ܘܕܒܛܝܠܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܫܡܝ̈ܢܐ. ܠܚ: ܘܡܛܠ ܗܠܝܢ ܠܘܬܗ ܐܬܝܢ. ܠܛ:
ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܣܒܪܐ. ܡ: ܕܐܝܟ ܕܒܟܬܒܐ ܡܫܬܒܚ ܠܐܠܗܐ
ܘܡܠܟ ܠܗܘܢ ܒܟܠܡܕܡ ܒܐܝܪܐ. ܡܐ: ܘܡܛܠ ܐܝܟ ܗܘ ܘܡܘܕܝܢܘܬܐ
ܕܒܪܗ ܠܟܠܗ ܕܐܠܗܐ ܒܟܠܡܕܡ ܕܗܢܐ ܠܐܠܗܐ ܘܡܫܒܚܘ ܠܐܠܗܘܬܗ
ܠܐܠܗܐ. ܡܒ: ܘܡܛܠ ܐܝܟ ܕܢܬܒܛܠܘܢ ܕܒܡܫܡܫܢܘܬܗ ܟܢܝܫ
ܐܠܗܘܢ ܗܘ ܡܪܕܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܟܠܐ ܟܠ ܢܬܚܫܒܘܢ. ܡܓ:
ܟܕ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ. ܡܕ: ܘܡܛܠ ܐܝܟ ܗܘ ܠܐܘܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܥܒܕܘ ܟܢܫܘ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܠܐܠܗܘܬܗ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ. ܡܗ: ܟܕ ܟܕ
ܗܘܐ ܡܛܠ ܗܘܢܐ ܕܗܘ ܕܢܬܠܐ ܕܒܫܘܒܚܐ. ܡܘ: ܘܡܛܠ ܫܒܩܐ
ܕܫܡܝܐ. ܡܙ: ܘܕܝܢܐ. ܡܚ: ܘܡܛܠ ܫܡܝܐ. ܡܛ: ܘܡܛܠ
ܐܟܐ ܟܠ ܕܒܫܡܝܐ ܡܛܠ ܛܒܘܬܐ ܘܗܘܢܐ ܕܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܟ
ܘܐܦܐ ܘܐܬܡܠܝ ܟܗܢܐ ܕܒܛܒܐ. ܢ: ܘܐܬܟܠܝܘ ܡܛܠ ܫܘܒܚܐ
ܕܐܬܐܡܪ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܟܠܐ ܟܠܗ ܕܟܠܝ̈ܢܐ
ܕܒܝܬܐ ܡܢܗܘܢ ܟܠܐ ܐܠܗܘܬܐ. ܢܐ: ܘܡܫܬܡܥܝܢ ܐܪ̈ܙܐ.
ܢܒ: ܘܡܛܠ ܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ ܕܒܪܢܫܐ. ܢܓ: ܘܡܛܠ ܓܡܘܪ ܗܘ ܟܕ ܟܕ.
ܢܕ: ܘܡܛܠ ܡܫܬܡܥܝܢ ܟܪܝܗܐ. ܢܗ: ܘܡܛܠ ܐܝܟ ܗܘ. ܢܘ:
ܘܡܛܠ ܡܫܬܡܥܝܢ ܕܐܬܟܢܫܘ ܠܟܢܘܫܬܐ ܡܢ ܚܕܐ. ܢܙ: ܘܡܛܠ
ܟܘܪܗܢܐ ܕܐܬܐܡܪ ܕܚܙܐ ܠܡܛܠܗ ܘܐܬܒܪܟܘ. ܢܚ: ܘܡܛܠ
ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐܡܪ ܕܐܬܦܢܝ ܟܠܐ ܕܒܢܝ ܟܢܘܫܬܐ ܘܐܬܡܠܝܘ ܢܗܘܪܐ
ܟܠܐ ܡܫܝܚܐ ܘܟܠ ܒܝܬ ܟܠܢܫܐ ܕܒܗܘܢ. ܢܛ: ܫܠܝܚܘܬܐ ܡܛܠ ܟܠܐ
ܡܠܟܐ ܕܐܬܢܨܚ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܘܐܬܦܢܝ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܗܘܐ ܗܘܐ
ܒܟܠܐܬܪ. ܣ: ܕܥܡܗ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܪܗܘܡܝ. ܣܐ: ܘܡܛܠ ܦܘܠܘܣ
ܒܪܘܡܝ

[illegible]

ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܦܙ: ܘܒܬܪܗ̇ ܗܘܐ ܕܒܕܘܪ̈ܐ ܕܡܢ ܙ̈ܒܢܐ ܡܠܟܘܬ
ܗܘ̈ܦܐ ܘܟܠܗܘܢ ܣܘܝܥ ܒܗܘ̈ܦܐ ܘܡܢ ܒܢܝܫܝ ܡܫܝܚܝ̈ܐ ܢܘܪ̈ܐ.
ܦܚ: ܒܝܘܡܬܗ ܡܕܐܠܟܝܐ ܕܡܢ ܐܬܪ ܒܢܐ ܦܐܐ ܕܐܬܒܢܝ
ܡܢ ܙܘܓܐ ܡܢ̈ܝܐ ܠܟܘܪܣܝܐ ܙܒܢܐ ܘܡܠܟܠܝܐ. ܦܛ: ܡܫܠܡܢܘܬ
ܢܫܡܬ ܕܒܗ ܐܒܝܢ ܕܒܢܘܗܝ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܡܫܐ ܘܡܝܘܪܐ ܒܥܠܝ
ܐܝܟ ܐܒܝ ܘܐܝܟ ܡܕܐܪ ܘܒܢܝܗܘܢ ܐܢܫ. ܨ: ܡܠܘܫ ܠܟܠܝܠܐ
ܠܟܗܢܐ ܕܢܡܘܣ ܠܟܘܪܣܝܐ ܐܪܥܢܝܐ ܘܐܬܟܠܠ ܐܦ ܒܡܘܫܐ
ܘܐܬܡܠܟ ܒܡܡܫ ܡܢܝܐ. ܨܐ: ܘܡܘܒܠܢܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܗܘܐ
ܒܕܝܬܐ ܣܘܡܟܐ ܘܟܠܐ ܠܟܠܗ ܕܡܢܝܡܟܐ ܐܡܟܐ ܕܐܬܦܩܕ ܡܢ
ܡܢܘܡܟܐ. ܨܒ: ܘܟܠܗܘܢ ܦܝܪ ܗܡܢܝܡܘܬ ܕܐܬܒܢܝ ܡܢ
ܡܢܝܐ ܡܫܘܬ ܘܒܝܬܗ ܠܟܠܗ ܕܡܫܘܬ ܐܝܟ ܐܒܝ ܗܠܢܘܗܝ ܕܡܫܘܬ.
ܨܓ. ܘܡܢܝ ܗܡܢܝܡܫܘܬ ܕܡܢ ܒܥܕܪ ܕܒܫܡܫܬܐ ܠܗܝܟܠܐ ܒܢܝ
ܘܒܫܝܡܘܬ ܐܒܘܗܝ ܘܠܒܫܝܐ ܠܐ ܐܬܛܒܥܘ. ܨܕ: ܘܟܠܗܘܢ ܦܝܪ
ܡܢܝ ܡܫܠܡ ܗܘܐ ܠܫܡܥܐ ܘܒܢܝܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬ ܐܬܒܢܝ ܒܢܐܒܘܗ
ܐܝܟܘܬ ܒܟܘܪܣܝܐ ܒܢܝܐ. ܨܗ: ܘܡܢܝ ܕܢܣܐ ܕܐܬܒܢܝ
ܒܢܝܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܒܟܘܪܣܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܐܬܟܠܠ ܒܪܘܙܐ ܘܐܡܬܐ
ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܡܢܝ ܡܕܐܪ ܗܠܢܝܐ. ܨܘ: ܘܡܢܝ ܡܘܒܠܢܘܬܐ
ܒܟܠܐ ܕܐܬܘܗܝ ܒܝܬܗ ܦܘܪܫܢܐ ܘܐܢܫ ܠܟܠܡܬܡܫܢܐ
ܐܝܟ ܕܠܐ ܠܒܢܝܐ ܚܝܐ. ܨܙ: ܘܡܢܝ ܦܫܝܛܘܬܗ ܡܢܝܐ ܦܠܚܝܢ
ܒܐܬܪܘܬܗ ܘܡܫܝܚܐ: ܢܢܝܫܘܢ ܒܟܪ ܒܐܬܐ ܙܘܢܐ ܘܟܠ ܒܟܢܘܗ
ܢܦܫܗܘܢ ܕܢܣܠܝ: ܒܪܚܡܬܗ ܕܗܘ ܡܢܝ ܠܟܠܗܘܢ ܦܪܘܫܐ
ܕܒܢܝܐ ܘܗܢܘ.

Verso

GLoriam canunt Ecclesiæ, superna scilicet, & hæc terrestris, in die commemorationis Patrum Catholicorum Orientis &c.

Primus ordine Beatissimus *Thaddæus*, & *Mares* ex Septuaginta. 2. *Abres* omni sanctitate plenus, & affinis semper virginis. 3. Mar *Abraham* Cascarensis, qui placavit Regem Persarum, ejusque filium unigenitum a diabolica infirmitate liberavit. 4. Mar *Jacob* athleta, consanguineus Josephi Fabri. 5. *Achadabues* verè salutem Orienti tulit, 6. *Sciachlupha* ex Cascar doctrina instructus, partes Orientis illustravit, & mercatura spirituali enituit. 7. Mar *Papas* Martyr, persecutionem passus, non timuit ignem, & gladium, rexitque perspicaci mente oves Jesu instar Petri. 8. Mar *Simeon* Barsaboe senex sagacissimus. 9. Mar *Jesudost* suavissimus. 10. *Barbaseminus* facundus. 11. Post hos *Tomarsa*. 12. Et *Cajuma* senex fortis. 13. Qui in locum suum substituit *Isaacum*, & molestum hunc mundum contempsit. 14. Mar *Acha*, 15. Et Jaballaha, qui rexerunt Ecclesiam Dei, prout Deum decet, & ambo Deo grati fuerunt. (*Deest hic Maana, cujus Salomon meminit.*) 16. *Dadjesu* Christi amator, cujus tempore Ægyptius ille Cyrillus turbas adversus magnum Nestorium excitavit. (*Nestorianus est Carminis hujusce Auctor*). 17. Inclytus Martyr *Babæus*. 18. Mar *Acacius* Orthodoxus, quem Theologus Christi amator Columnam Orientis appellavit. (*Confunditur hic Acacius cum altero Melitinæ Episcopo, quem S. Gregorius Theologus laudavit. At hic longè post Theologi tempora Nestorianam sectam opera Barsu-*

ma Nisibi amplexus est). 19. Martyr illustris *Babæus*, qui orationem, *Tibi Domine*, composuit. 20. Senex clarus *Sila*. 21. Et *Narses*. (*Hic deest apud Salomonem*). 22. Et *Paulus* probus. 23. Mar *Aba* magnus Pontifex, plenus gratia, & lumine, qui cum Magis decertavit, & inter athletas connumeratus est. 24. Discipulus ejus Mar *Ezechiel*, qui Samuelis instar, speculator factus, ovibus Emmanuelis, sicut Moyses Israeli, sic præfuit, 25. *Jesujab* Arzunita. 26. Mar *Sabarjesu* Garmachita. 27. *Gregorius* Cascarensis. 28. Mar *Jesujab* Arabs. 29. Mar *Eme*. 30. Et *Jesujab*, qui ex Adiab ad regimen Ecclesiæ electi sunt. 31. Mar *Georgius*, qui præparavit se, ut Dominum suum videret, & consolationem acciperet. 32. Mar *Joannes* Marthæ filius, qui filiis Ecclesiæ præfuit, & veluti lumen super candelabrum positus, in pace demum extinctus est. 33. *Ananjesu* doctrina plenus, qui a Joanne persecutionem sustinuit, & claruit in quatuor partibus Mundi, martyrii lauream consecutus. 34. *Salibazacha* senex venerabilis. 35. Mar *Phetion* vir prudens. 36. Mar *Aba* perfectus Pontifex, qui clarissimas edidit interpretationes. (*Hunc omittit Salomon in Catalogo*). 37. Mar *Jacob* senex benedictus. (*Deest alter Jacob*). 38. *Ananiesu* mansuetus. 39. *Timotheus* humilis, qui longo vixit tempore. 40. *Josue* Bar-Nun Doctor, vir justus, & zelator, quem Christus doctrina insignem fecit, & spirituali ordine. 41. Mar *Georgius* diligens. 42. Mar *Sabarjesu* peregrinus. (*Hunc Salomon Ananiesu vocat.*) 43. Mar *Abraham* athleta, qui fuit Ecclesiæ Gubernator. 44. Dulce *Theodosii* nomen. 45. *Sergius* Sobensis Episcopus, quem Rex Arabum honoravit, & Principem Ecclesiæ fecit. 46. Mar

Enos

Enos ex Beth-Garmæ. 47. Mar *Joannes* filius Narſetis, qui filium Zebedæi, & Bartholomæum diſcipulum imitatus eſt. 48. *Joannes* operibus clarus. 49. *Joannes* Bar-Abgare. 50. *Abraham*, qui edidit admonitiones. 51. *Emmanuel* dilucidationes. 52 *Iſrael* Charchenſis. 53. Mar *Ebedjeſu* Garmachita. 54. Mar *Mares* Aſſyrius, ex claro, & illuſtri genere. 55. Mar *Joannes* ſecundus (*imo quintus, ſed ſecundus appellatur, quia duo Græco vocabulo Joannes dicuntur, cæteri Syriacè Johanan.*) 56. Mar *Joannes* beatus. 57. Mar *Jeſujab* zelator, cujus memoria in Eccleſia colitur. 58. Mar *Elias* primus, qui ex Tirhanenſi Sede ad Thronum Apoſtolicum Divino nutu evectus eſt. 59. *Joannes* ex urbe Pacis (*Bagdado*) ſcriba doctus, exceptione major. 60. *Sabarjeſu* ſimplex, qui deſurſum ad regimen Eccleſiæ electus fuit. 61. *Ebedjeſu* Aſſyrius ex illuſtri genere, qui Sobæ Eccleſiam rexit, ad Apoſtolicam aſcendit. 62. *Machicha* zelator vir juſtus, & beatus, qui ex Aſſyriæ Epiſcopo ad dignitatem Catholici ſecundùm Canones promotus eſt. 63. *Elias* clariſſimus, qui inter Doctores in Aſſyria doctrinæ fonte educatus, & numero juſtorum adſcriptus eſt. 64. *Barſuma* operibus inſignis, qui ex nobiliſſima Soba ortus, in Themanon profecit, & in noſtra ſplendidiſſima regione. 65. *Ebedjeſu* vas electionis, quem ex Aſſyriæ præclaro oppido ad ſublimem Thronum Spiritus Domini evexit. 66. *Jeſujab* Zebedeæ *Inſulæ* Epiſcopus, quem Dominus veluti Matthæum elegit, & tamquam Adæum, & Marim, ejuſque ſocium Achæum ad nos miſit. 67. Mar *Elias* tertius, qui Sedem Arzuni primùm rexit, deinde ad Sobenſem evectus, demùm divino nutu Catholicus factus eſt. 68. *Ja-*

ballaha simplex : & in Ecclesia sapiens, qui oves Altissimi juxta acceptum desuper mandatum pavit. 69. Eum excepit *Sabarjesu*, qui a Domino Jesu electus est, ut oves Jesu pasceret, instar Adæi Apostoli Jesu. 70. Mar *Sabarjesu* ex Bagdado, qui in bona senectute decessit, & Sanctitate pro Viatico munitus, de diabolo triumphavit. 71. Ei successit Mar *Machicha* senex laboris patiens, & continens, cujus tempore oppidum, ubi benedicta Sedes est, direptum fuit. 72. Mar *Denha*, qui per Spiritum S. ex Arbelæ gloriosa Sede electus est, & ad Catholici dignitatem in Sede Mar Maris Apostoli cum decore, & celebritate assumptus. 73. Mar *Jaballaha* electus, qui ex genere quidem Turcorum fuit, sed populo Christiano, prout Spiritum S. decet, pacem, & quietem attulit. 74. *Timotheus* claræ mem., qui Stigmata Christi portavit. Donet ei spiritus requiem cum justis, & nobis pacem unà cum Christo concedat. Horum precibus custodi Domine Patriarcham, qui nobis præest &c.

NUM. IV.

Catalogus Patriarcharum Arabicus.

١ ۞ اداى ۞ ٢ وبعده مارى ۞ ٣ ابريس ۞ ٤ ابراهيم ۞

٥ يعقوب ۞ ٦ احدابويه ۞ ٧ تومرصا ۞ ٨ شخلوفا ۞

٩ قيوما ۞ ١٠ فافا ۞ ١١ شمعون ۞ ١٢ شهدوست ۞ ١٣ باربعشمين ۞

١٤ اسحاق ۞ ١٥ اخى ۞ ١٦ يبلاها ۞ ١٧ داديشوع ۞ ١٨ بابوى ۞

١٩ اقاق ۞ ٢٠ بابى ۞ ٢١ شيلا ۞ ٢٢ نرسى ۞ ٢٣ اليشع ۞

٢٤ فولوس ۞ ٢٥ مارابا ۞ ٢٦ يوسف ۞ ٢٧ حزقيال ۞

٢٨ ايشوعيب ۞ ٢٩ مارامه ۞ ٣٠ ايسوعيب ۞ ٣١ غريغور ۞

٣٢ جاورجيس ۞

٣٢ جاورجيس ۞ ٣٣ يوحنا ۞ ٣٤ حنانيشوع ۞ ٣٥ يوحنن
حربا ۞ ٣٦ صليبا زخا ۞ ٣٧ فتيون ۞ ٣٨ سوريــن ۞
٣٩ يعقوب ۞ ٤٠ حنانيشوع ۞ ٤١ طيماتاوس ۞ ٤٢ ايشوع
برنون ۞ ٤٣ جاورجيس ۞ ٤٤ سبريشوع ۞ ٤٥ ابراهــام ۞
٤٦ تياداسيس ۞ ٤٧ سركيس ۞ ٤٨ انوش ۞ ٤٩ يوحنــا ۞
٥٠ يوانيس ۞ ٥١ يوحنــا ۞ ٥٢ ابراهيم ۞ ٥٣ عمانــول ۞
٥٤ اسرايل ۞ ٥٥ عبديشوع ۞ ٥٦ مــارى ۞ ٥٧ يــونس ۞
٥٨ يوحنا ۞ ٥٩ ايشوعيب تانى ۞ ٦٠ اليــا ۞ ٦١ يوحنــا ۞
٦٢ سبريشوع ۞ ٦٣ عبديشوع ۞ ٦٤ مكيخا ۞ ٦٥ اليا ثانى ۞
٦٦ برصوما ۞ ٦٧ عبديشوع ۞ ٦٨ يشوعيب ۞ ٦٩ مار اليــا
ويقال ابوحليم ۞ ٧٠ يابالاها ۞ ٧١ مار سبرايشوع ابن
اخا يابالاها المقدم ذكره ۞ ٧٢ مار سبرابشوع برمسيح ۞
٧٣ مار مكيخا ۞ مار دنحا ۞ ٧٥ يابالاهــا الـتركى ۞
٧٦ طيماثاوس ۞

Versio Latina.

1. ADæus. 2. Mares. 3. Abres. 4. Abraham. 5. Jacob. 6. Achadabues. 7. Tomarsa. 8. Sciaclupha. 9. Cajuma. 10. Papa. 11. Simeon. 12. Sciaadost. 13. Barbaseminus. 14. Isaac. 15. Acha. 16. Jaballaha. 17. Dadjesu. 18. Babuæus. 19. Acacius. 20. Babæus. 21. Sila. 22. Narses. 23. Elisæus, *qui in Catalogo Salomonis ad calcem rejicitur*. 24 Paulus. 25. Mar-Aba. 26. Joseph, *ad calcem Catalogi Salomonis*. 27. Ezechiel. 28. Je-

28. Jeſujab. 29. Mar-Eme. 30. Jeſujab. 31. Gregorius. 32. Georgius. 33. Joannes. 34. Ananjeſu. 35. Joannes Arba. 36. Salibazacha. 37. Phetion. 38. Surinus, *ad calcem Catalogi Salomonis*. 39. Jacob. 40. Ananjeſu. 41. Timotheus. 42. Joſue Bar-Nun. 43. Georgius. 44. Sabarjeſus. 45. Abraham. 46. Georgius. 47. Sergius. 48. Enos. 49. Joannes. 50. Joannes. 51. Joannes. 52. Abraham. 53. Emanuel. 54. Iſrael. 55. Ebedjeſu. 56. Mares. 57. Joannes. 58. Joannes. 59. Jeſujab ſecundus. 60. Elias. 61. Joannes. 62. Sabarjeſu. 63. Ebedjeſu. 64. Machicha. 65. Elias ſecundus. 66. Barſuma. 67. Ebedjeſu. 68. Jeſujab. 69. Mar Elias, cognomento Abu-Halim. 70. Iaballaha. 71. Mar Sabarjeſu, Mar Iaballahæ præfati ex fratre nepos. 72. Mar Sabarjeſu, *Bar Meſſia*. 73. Mar Machicha. 74. Mar Denha. 75. Iaballaha Turcus. 76. Timotheus.

FINIS.